D. LVDOVICI MERCATI, MEDICI,

A CVBICVLO PHILIPPI TERTII HISPANIARVM, ET NOVI ORBIS, SEV INDIARVM REGIS POTENTISSIMI; AC PROTOMEDICI, ET in Valleſoletana Academia Primariæ Cathedræ Profeſſoris emeriti,

CONSVLTATIONES MORBORVM COMPLICATORVM, & grauiſſimorum: cum Diſputationibus neceſſariis ad naturam cuiuſque morborum capeſſendam, præſagium, & curationem.

QVIBVS ACCEDVNT,

I. Tractatvs Vnicvs, Continens Gravissimas Atqve difficiles abditarum rerum Diſputationes, magni momenti & vſus.

II. Libri Dvo, De Pverorvm Edvcatione, Cvstodia, Et Prouidentia: atque de morborum, qui ipſis accidunt, curatione.

OPERVM EIVSDEM AVCTORIS

Tomus Quintus.

Ad beatiſſ. ſacratiſſimamque Virginem MARIAM, Dei genetricem.

Francofurti, ex Officina Paltheniana.

ANNO CHRISTI M. DC. XXIX.

INCLVTO AC MAGNIFICO SENATVI REIPVBLICÆ FRANCOFVRTENSIS, DOMINIS, DOMINIS;

Prætori, Conſulibus, Conſularibus, Scabinis, ac Senatoribus; Patribus Patriæ, Iuſtitiæ Protectoribus, ac Clientum Defenſoribus;

Suo Magiſtratui obſeruandiſsimo,

S. P.

ANni, Nobiles ac Magnifici Patres, iam fere ſex cum dimidio effluxêre, quibus animi mei ad quæuis officiorum genera tum paratiſsimi, tum erga beneficia veſtra gratiſsimi, tecmerion non vulgare, dicando ſacro nomini Veſtro Opera Dn. Ludouici Mercati Medici vere Galenici, præmonſtrare nõ erubui. Id quod vos hactenus latuerit, animo potius pudenti ac inſtrenuo, quam ſtipem collatam exhaurienti, excipienti ac emendicanti adſcribitote. Præſertim verò ſolemnem illorum oblationẽ blanda perſuaſione cohibuit ac diſtinuit, Operis Pars imperfecta, quam indies ex Hiſpania ad me miſsitandam exſpectabam: ac iam miſſam Fortuna, quę fortunis plane omnibus me conabatur euertere, toruo non aſpexiſſet vultu. Iam vero cum amplificandæ for-

tunæ meæ ſpes non amplius ſit fracta, nec animus omnino abiectus, manum tam illuſtri Operi ſupplendo ſubducere amplius nolui, ſed admotam aſſidue relegendo, emaculando, breuibus Epitomis ac Indice donando, verſaui, æquumq; fore cognoui, vt cuius Nomini totum adſcripſi, eidem quoq; Pars adiudicanda veniat. Vobis itaque, Nobiles ac Magnifici Patres, Pars hæc Poſterior cùm merito debeatur, ſub V. quippe Patrocinio, quamuis præter culpam meam & bonorum omnium, iam per biennium irrequieto, concepta ac edita, Veſtrûm quoq; erit hanc Nominis veſtri auguſtam compellationem æqui boniq; facere, meque, quod hactenus cum gloria & laude feciſtis, Veſtræ benignitatis aura fouere, ac proſequi non deſiſtere. Meæ officii rationes viciſsim id, quod ciuis ſuo Magiſtratui, cliens ſuo Patrono ex lege debet, me nunquam non demiſsè pręſtare iubebunt. Hiſce Patres Patrię valete.

à

VV. M. M.

Cliente ac Seruitore

Zacharia Palthenio I.V.D.

SANCTIS-

SANCTISSIMÆ BEATISSIMÆQVE

MARIÆ, OB VIRTVTVM OMNIVM SVPREMVM EXEMPLAR, ET DEIDICÆ SAPIENTIÆ SPECIMEN, ASTRIferi æthereique orbis, ac ſublunaris, inclytæ Reginæ, & meritiſſimæ, Deiparæ ac ſimul Virgini præexcelſæ, ſingularique humanæ ſalutis fautrici, ac tutelari maximæ,

DOCTOR LVDOVICVS MERCATVS AD NITENTES TVOS virgineoſque pedes prouolutus, humili pioque animi affectu æſtuans,

HASCE LVCVBRATIONES CONSECRAT.

DVome, Virgo inclyta, pulchritudinis admirandæ, pudicitiæ, ſempiternæ bonitatis theatrum, Dei ipſius ſacroſanctum fulgentiſſimumque & innumeris ſummi architecti luminibus ſpecioſum tabernaculum, ab incepto inſtituto deterrent, quominus te tutelarem atque auxiliatricem efflagitem. Alterum celſitudo tua mirabilis & ſtupenda, qua diuino Trinitatis ſanctiſſimæ ſplendore, Angelorum cœtus inaſpectabiles, ac cœleſtes hierarchias, beatorumque omnium cohortes, & ſanctorum Patrum, Apoſtolorum, ac Prophetarum comitia, & omnium aliorum quos cœleſtis ciuitatis incolas Eccleſia mater prædicat, ac veneratur, numeroſam multamque Iſraeliticæ gentis ſobolem, longe lateq; ſuperas. Quibus illud diuinitatis ac magnitudinis tuæ acceſſit adiumentũ, vt nulla Adami labe fœdata, nullo lapſus inquinamento infecta, infinita illa atque immenſa conditoris amplitudine, anguſtis ac breuibus terminis definita, & quaſi in gyrum coacta, integerrimæ inuiolatæque pudicitiæ ineffracta cuſtodia, poſt multos ab orbe condito annorum decurſus, Deiparens Virgoque aduerſus voratrices lacus ſtygii draconis fauces, cœleſtium ciuium multa ac perenni acclamatione creata fueris. Quæ omnia atque alia permulta, quæ nullis orationis coloribus atq; ornamentis eloquentiſſimus quiſque infinitis annorum ſeculis minime perſequi poſſet, cum altiori mentis cogitatione perluſtro, mens quaſi aduerſis fluctibus vndique perculſa vacillat, ac nutat, vſque adeo, vt ipſius

)?(3 etiam

etiam cogitationis veſtigia funditus deliteſcant, & ipſe intra virtutum tuarum ſpatioſum, latiſſimumque atque inexhauſtum Oceanum diſſere-ant. Cuius quidem rei (quod alterum erat propoſiti inſtit[illegible]um) ea mihi cauſa reddenda videtur, quod abiectum, ſordidum, atque humili loco natum non deceat tuam Celſitudinem ſuſpicere, nedum admirari. Quis enim tam audax, tam inſolens, tam arrogans, tamque rerum ſuarum neſcius atque ignarus eſſe poteſt, qui in tanta bonitatis magnitudine, & tantorum ſcelerum conſpectu timore perterritus non contremiſcat? Tum maxime, quia non adumbrata diuinitatis ſtemmata, quibus vberrime ac ſucculentiſſime affulges, te longe admirabiliorem, ac digniorem oſtentant, quæ vna cum pietate ac clementia, quæ virtutum omnium metam ſuperat, æquitati ac iuſtitiæ coniuncta, notiſſima atque indubitata documenta ſubiiciunt, vnde vltionem, ac vindictam, quæ ſcelerum magnitudinem compenſet, præſtolari mihi deinceps liceret. Quamobrem clariſſima Virgo, ſponſa, parenſque Dei, vix auderem tuum poſtulare patrocinium, ac tuas quæritare ſuppetias, vt meas Lucubrationes, quæ in tuo nomine apparent, beneuole ſuſciperes, vt earum & auctoris pariter tutelarem atque auxiliatricem te ipſam præberes, niſi me ipſum Celſitudinis tuæ celeberrima atque admiranda ſpes aleret, quæ homines, tametſi calamitatibus obrutos, tam viuentes, quam vita functos, aliiſque permultis ærumnis oppreſſos, qui vix ſpiritum ducere, ac conquieſcere videbantur, vſque adeo foues ac recreas, & in ampliſſimum ſecuritatis tranquillitatiſque portum ex anguſto vitæ diſcrimine reuocas, vt tuas laudes, non terræ, ſed cœli finibus terminatas frequenter vſurpent. Teque vnicum in primis, ac ſingulare ſuæ incolumitatis inexpugnabile, ac tutiſſimum præſidium fateantur. Id enim tibi cum ſummo Deo commercii eſt, vt nihil ſit hominibus tam arduum, tam difficile, tam inſolitum, atque aduerſum, quod te auſpice obtinere ac conſequi, cuilibet integrum non appareat. Quæ cum veriſſima ac multis rerum exemplis conteſtata, necnon & Dei ipſius ſermonibus, & ſanctorum Patrum teſtimoniis comprobata, ac veteri memoria repetita, ſtupendiſque rerum miraculis confirmata videantur, nulla mihi dubitandi reliqua erat occaſio, qua te ſeruatricem ac vindicem ſtrenuam adire, flagitare, ac deprecari pertimeſcam, quin tuo fretus patrocinio (quod ſatis omnibus eſt perſpectum) officii, ſtudii, ac pietatis, in te mihi chariſſima, atque amantiſſima, ſupremi imique orbis Regina, cuius laudes, quod ægre moleſteque fero, ob minutiſſimam ſupellectilem primoribus tantum labris attigiſſe videor, non ingrata atque non pauca admodum, neque inerudita, poſteritatis beneficio, & in Chriſti Domini laudem typis excudenda dedi, atque hunc fœtum poſtremo editum tibi ſacrandum decreui. Nam quemadmodum Chriſtus Dominus Lucubrationibus meis prima attulit exordia, cui primam de febre maligna fœturam dicaueram, vnde operum monu-

monumenta auſpicatus eram, quæ indies eius auſpiciis aucta mirum in modum locupletauit, atque magnifice ornauit, vſque adeo vt nihil mihi, ſed ipſi plane tribuendum ſentiam: ea tamen mihi referenda iudico, quæ negligenter elaborata excultaque, ac minus conſentientia videantur: ita etiam Virgo parens Dei admiranda Lucubrationum mearum vitaque extremum præfixit poſtremus hic fœtus, quam Celſitudini Tuæ conſecrandum, iam pridem conſtitui, vt fauſtum felixque ſcriptorum initium Chriſto Domino ſacratum, fortunatum quoque tuo patrocinio eſſet finem habiturum.

Celſitudinis tuæ

Humilimus ac deuinctiſſimus ſeruus

Doctor Ludouicus Mercatus.

DOCTORIS FRANCISCI RVICII,

PHILIPPI TERTII, HISPANIÆ, NOVIQVE ORBIS POTENTISSIMI AVGVſtiſſimique Regis, Cubicularii Medici,

IN LAVDEM CHARISSIMI CONIVNCTISSIMIQ. PRÆCEptoris Ludouici Mercati vtriuſq; Philippi Magni, Medici & Regii Archiatri, atq; Aſclepiadum ſummi Coryphæi,

ELOGIVM.

EVIVS exceſſit, incredibili totius Reipublicæ & Medicæ artis iactura, excellentiſſimus hic noſter Medicæ familiæ Coryphæus, inter celeberrimos alios viros generis nobilitate, antiquitate, & doctrinę ſplendore clariſſimus, humanitatis exemplar, virtutum omnium ornamentis ampliſſimus, Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſſimus, æquiſſimus atq; integerrimus rerum cenſor, honeſtatis vindex acerrimus, publicæ ſalutis amantiſſimus, qui ab adoleſcentia, (quæ præcox immaturaq; ætas eſt libidinis & illecebrarum blandimentis obnoxia, virtutum omnium Charybdis voraciſſima) ita ab honeſtiſſimis & nobiliſſimis parentib. educatus atq; inſtructus, vt mirificum quoddam atq; inauditum futuræ frugalitatis ſpecimen præſtiterit. Vſq; adeo ingenuis artibus, & medicæ diſciplinæ incubuit, vt difficillima quæq; in abſtruſis rerum latibulis, & abſconditis naturæ receſſib. demerſa, incredibili ingenii acritudine, ſenſus perſpicacia, mentis acie, longe ſuperaſſe videretur. Methodi cathedram adhuc iuuenis quam primum obtinuit. Ea laude reliquis præexcelluiſſe fertur, vt ob ſingularem docendi perſpicuitatem, diſputandi ſubtilitatem, ſermonis venuſtatem & ornatum, magnam tum multarumq; rerum copiam, iure quodam academico auditores ad curſus peragendos eius lectionibus interfuturi cogerentur, quod aliis Doctoribus nunquam contigit. Huic igitur poſt aduerſarios quam honorifice ſuperatos, qui cum ipſo in eodem literario certamine poſt multa temporum curricula congreſſi erant, primus ei magiſterii locus in Medica facultate, obſtupenda ſane totius Valliſoletanæ Academiæ, & doctorum virorum, ac populari acclamatione renuntiatus eſt, ſacræ laureæ inſignibus ornatus, quaſi vectus quadrigis, victricibuſque aquilis decoratus, heroum Principumq; virorum, & Valliſoletanę nobilitatis comitatu præeunte, D. D. Ludouico Enriquez Archimarino clariſſimo, qui ſeſe honoris gratia laureato humaniſſimum comitem præbuit. Vna cum innumeris ſcholaſticorum florentiſſimæ iuuentutis cohortibus, ſuperati victiq; aduerſarii eruditiſſimi triumphum egit more academico, quem ſignifer quidam elegantiſſimus haud obſcurum emblema literis magnifice reſcriptum comitatum anteuertit: qui laureati docentis, & audientium (quorum ſuffragiis victor celebratus eſt) effigies altera manu reuinctâ, altera palmam ferente, ſinceritatis puritatiſque ſymbolum geſtabat, quos nulla fœdi ſordidiq; ambitus labes corrupit, quod ita habet:

Cur ſine ſunt manibus?
Capiant ne genia?

Qui deinde cum florentiſſima multaque diſcipulorum doctiſſimorum prole or-

natus

ratus eſſet vniuerſam fere Hiſpaniam,& regiam aulam ſui nominis celebritate complerit,per multa volumina ſuis Medicæ artis ſubſidio edidit, & alia non pauca typis excudenda commiſit:grauioribus deinceps ſtudiis allectus,ac nouis indies literatus ſtimulis percuſſus ſingula altius limauit,actius expoliuit, ſententiarum grauitate,& multiplici rerum varietate locupletauit. Auxiliorum inuentis,ac delectu, quam nemo in modum auxit, integra tandem, & ſuis numeris abſoluta poſteritati conſecrauit, quod erat tunc magnopere optandum, in magna rerum caligine, qua tunc ars Medica verſari videbatur vix enim ex barbarorum fluctibus emerſerat. Inde igitur huius viri clariſſimi ope a innumeris acceſſionibus illuſtrata,& in priſtinum ſplendorem reſtituta fuit. AdHippocratis namq; diuiniora ſecretioraq;operum oracula,viam quàm latiſſime muniuit atque amplificauit. Epidemicæ malignæ,periculoſiſq;febris immanitatem,quæ ingenti hominum clade per Europæas prouincias graſſari cœperat, omnium primus demoliri, la befactareq; docuit: ſexcenta hominum millia quaſi vitæ ſaluſiſq; vindex ſtrenuus ab atrociſſimæ huius belluæ vnguibus eripuit. Quæ cum Patauium,permultaſq; Italiæ vrbes depopulata eſſet, ſapientiſſimorum virorum conſulto (quorum animos hæc dura lues magnifice torſit)ſancitum fuit,vt Ludouici Mercati Hiſpani librum de natura febris peculiaris,& peſtilentis Valliſoleti excuſum, quamprimum recuderent: Medicoſq; publicæ ſaluti conſulentes ad libri huius ſedulam lectionem communi emolumento, tum precibus, tum quæſtu inuitarent: quo quidem ſalutari conſilio Patauinæ Reipublicæ; morbi huius immanitate iam iam occidenti, anno partus Virginei ſeſquimilleſimo nonageſimo(quæ ad paucos iam ciues redacta erat) ſapienter conſultum eſt,morbuſq; deinceps mitior factus ſalutis ſpem haud omnino dubiam polliceri cœpit. Sed quid multis morari iubet? cum exotica quærimus exempla, cum plurima nobis domeſtica ſuppetere videantur? Hinc iam ad reliqua celeberrimi huius viri monumenta redeat oratio, qui artis præſidia, tum communia, tum peculiaria, duobus libris accurate complexus eſt. Fœminarum affectus Dedaleis labyrinthis latentes mirifica indagine rimatur: Quam obrem inter illuſtriores Gyneciorum Lucubrationes reliquis longe antecelluit; quod tam exteri, quam noſtri medicinæ cultores fateri non recuſant. Sphygmicam artē multis annis perditam; ac pene extinctam ,mirabili ſolertia, quaſi redeuntem in priſtinum nitorem redegit. Atq; rei huius fidem non adumbratam faciat Valentina Academia; in qua erudiriſſimi ſapientiſſimiq; viri,quos hucuſq; clariſſimos aluit,qui Galeni procelloſum , latiſſimum & ſcopuloſum Oceanum de re ipſa vberrime luxuriantis ingreſſi ; vix portum attingere potuere,quouſq; bona fortuna ipſis Ludouici Mercati liber de pulſus arte & harmonia contigit. Deinde febrium naturam præſidiaq; ſeptem libris ſedula accurataq; doctrina proſequitur. Quibus etiam acceſſit pernicioſarum quarundam febrium tertianarum typis inuadentium exactiſſima atq; hactenus veteribus, & iunioribus ignota dilucidatio,quam ipſe omnium primus feliciter introduxit. Affectus præterea omnes à ſummo capite, vſq; ad imum pedem, quatuor libris ſapienter illuſtrauit, quibus nouam artem naturæ auxiliatricem creaſſe videtur. Medicæ artis rudimenta non tyronibus modo, ſed prouectioribus doctioribuſque viris euulgauit. Tuendæ ſanitatis præcepta; alimentorum delectum, & ordinem; quæ eximio luxu in opulentiſſimas Regum, Principumq; virorum menſas adhiberi ſolent, ſatis perſpecta cognitaque reliquit. Rerum præternaturam conſtitutionem, cauſas,& effecta, morborum viciſſitudines exituſque, ſignorum effigie non adumbrata, dietum criticorum inaſpectabiles cauſas ac deſis omnib. multa argumentorum agmina hinc inde implexa, atq; irretita, mirifica ſubtilitate explicauit,& nouis inuentis auctiora dedit. Methodum curatricem, ex affectuum generibus,& laborantium partium peculiari natura collectam, quæ Galenus longe lateq; grandi voluminum mole, medicamentorum rudi, incexculta, atque inuſitata antiquorum compoſitione confecit, ipſe præſtabilius maturiuſque, tam quæ affectuum genera poſtulare videntur, quam quæ partes affectæ, in ſynoſim artificioſe contulit, & medicæ materiæ ſyluam ampliſſimam diligentius excogitatam; domeſticis ac familiaribus medicamentis excuſa donauit. Gallici morbi non ſatis apertam naturam noua atq; indubitata [illegible], auxiliaq; longe tutiora, ratiocinio, atque obſeruatione inuenta perſcrutatur. Hæreditarios morbos inquinato ſemine ſepultos (qui ad poſteros tacita contagione transferuntur) explorauit. Auxiliatricem tandem Medicinam, quæ ſumma rerum genera ad[illegible] vſq; ſpeciem continet, in gratiam ſtudioſæ iuuentutis, pro exa-

)(5 mine

mine ſubeundo ad medicinam faciendam in compendium reuocauit. Chirurgicam Hippocratis,quatenus fracta luxataque in propriam innatamque ſedem artificiaris machinamentis reducit, diductorum oſſium redditus,fractorum coalitus expreſſis iconib. vulgares fecit, ne vnquam eius opera omnibus, etiam vulgaribus, deſiderari videretur. Reliquas Chirurgiæ partes diuinioribus ſecretioribuſq; doctrinis, & ſal[illegible]ribus conſiliis amplificauit. Poſthumus hic tandem fœtus occurrit,qui lucem vix è limine ſalutauerat,cum eius excellentiſſimus auctor poſtremos edidit ſpiritus. Nulla tandem Medicæ artis pars eſt,quæ huius viri opera non ſplendeſcat,atq; excolatur. Atq; in paucis Ludouici Mercati viri celeberrimi monumenta luſtraſſe videmur. Reliqua alia animi ornamenta primoribus tantum labris deguſtata, hoc ſermone perſequi magnopere animum pungit,ac lacerat. Cum enim hic vir clariſſimus ampliſſima rerum omnium ſuppellectile abundaret, ea enim in Deum ſummum pietate, & in pauperes beneficentia, ac liberalitate affectus eſſet, vt viduarum ac honeſtarum virginum, tam Deo ſacratarum, quam nubilium, ſiue earum, quibus cognationis vinculo coniunctus erat, ſiue aliarum inopiam ſuis ſumptibus reficeret, ac diutiſſime aleret, tacitis eleemoſynis reliquis[illegible] neglectis, vbertim indulſit, monachorum,ac monialiū familiis, quæ mendicato viuunt, ſingulari beneuolentia, conſilio, opera, victuque, ac permultis aliis adiumentis præſto fuit. Quamobrem Devs optimus maximuſq; innumeras pene rei ſuæ familiari acceſſiones,atque incrementa adiunxit. Vix dici,ſignificarique poteſt,quo pacto tam multa breui præſtare moliriq; poſſet, qui vel ædibus conſtruendis, libris conſcribendis, diſcipulis inſtituendis, ægris inuiſendis, ſimul ſufficeret, cui neq; ſtudio, neque operæ rei ruſticæ, cuius ſane cultu magnopere oblectari videbatur, rerumq; aliarum negotiis impeditus, vix otium ſuppetiiſſet, nullum tamen Devm ſeruatorem, officii, amoris, obſequii reddendi, intra abſconditos ædium ſuarum angulos tempus abfuit. Tandem rogatus,quonam pacto hæc agere poſſet; Quia, (inquit) nihil vnquam agendum in ſequentem diem diſtulimus,ſed quæq; ſuo tempore agenda curauimus. Non profuſe,ſed ſobrie temperanterq; vixit, nulli vnquam iniurius, nemini contumelioſus, in maleuolos,aduerſarios, & inuidos obtrectatores beneficentiſſimus, in omnes ſcriptores modeſtus, artis potius erudiendæ, quam refellendi,taxandi, accuſandi, & in alios inuehendi ſtudio cupidus fuit,non vt alii qui inani gloria allecti,in refellendis auctoribus omne ſtudium, operamque conferunt,ac ſi auctoris nomine ſuppreſſo, idem doctrinæ ornamentum non accederet. Nec mirum tamen videri poterit,ſi laceſſitus prior à ſe iniuriam aliquando depulerit,cuilibet namq; vim vi repellere impune licebit. Quamobrem præclare ſapiētibus,conſtitutum eſſe cenſeo,etiam vita functis honorem habendum,quibus Deo auſpice,nec ſuus cuiq; patronus deſideratur, qui ipſorum iniurias propulſet,& dignitatem tueatur: quī enim è viuorum conſortio deceſſere, minime ſunt ad certamen vocandi, nec impus precationibus inceſſendi.

Hic igitur vir iam emeritus Regiæ ſaluti annis viginti diligenter ſatis atq; honorifice conſuluit,poſt Franciſci Valleſii, doctiſſimi, grauiſſimi,ſapientiſſimi,atq; in primis viri piiſſimi infortunatum obitum, inter reliquos alios clariſſimos viros primarius Regius Archiater, & Corypheus creatus eſt, non Heroibus modo, non Comitibus, non Marchionibus, non Ducibus, ſed Regibus ipſis multis honoribus decoratus, ob conteſtatæ probitatis, Fidei, Sapientiæ,ſpecimen,ac nitorem, atq; iis octageſimum ſextum ſuæ ætatis annum attigit, quem nulla ſenii decrepitudo vexabat, nulla obliuio, nullus mentis languor, qui extremam ſenectam comitari plerumque ſolet, quin tunc animus quaſi è corporis ergaſtulo ac nexu ſolutus ad intelligendum & ratiocinandum aptiſſimus, iucundiſſimis, ſuauiſſimis, ac diſertiſſimis ſermonibus locupletiſſimos bonitatis, humanitatis, pietatis, & ſapientiæ theſauros eructabat. Atque hoc vnum pene inculpatæ vitæ exemplar,in crudeliſſimum atrociſſimumq; morbum adigitur: lotii enim inopinata ſuppreſſione ex calculo,multaq; ac ſordida crudioris pituitæ ſabuloſa, arenoſa, ac lucul[illegible]nta colluuies in vrinæ meatus arctiſſime impegit, qua decimum octauumque diem, nulla lotii redditu immanis acerbique doloris ingenti cruciatu traduxit, frequenti di[illegible] [illegible]orum corona, filiorum & cognatorum chariſſima prole, amicorum, ac totius familiæ incredibili mœrore,lugubri atq; infortunato morbi exitu, de vita contemnenda, quod ſæpiſſime cogitabat diui Hieronymi exemplo in epiſtola ad Heliodorum, ſapientis [illegible] ta mortis eſt meditatio, Orthodoxæ Fidei veritate conteſtata, Dei Maximi ac optimi, &

Mariæ

D. Ludouici Mercati.

Mariæ [illegible] Sanctorumq; omnium precato patro[illegible] ad [illegible] que mort[illegible] comparat, non vt Gor[illegible]ias orat[illegible] iam ſenex, [illegible] an[illegible] be[illegible] ne [illegible]quit, nam t[illegible] & [illegible] non in [illegible] At m[illegible] quod [illegible] omnium terribilium, [illegible] lam hab[illegible] vt Homerus [illegible] neque vllus [illegible]acrificat neque libat [illegible] mortis [illegible] viris Socrati, [illegible] Ep[illegible] te[illegible] orem maximum [illegible] ſit. [illegible] maxim[illegible] cœleſtis [illegible] ducibus [illegible] bus frequentér [illegible] Auguſtinus quoque inclytus diuinæ pietatis ſatelles mortis [illegible] ſuſpicione exp[illegible] lib. [illegible] de Do[illegible] Chriſtiana. D. Hieronymus, & permulti [illegible] veræ religionis antiſtites vix abſ[illegible] timore, mortis certamine ſuperato, ad cœleſtes ſedes conu[illegible]. Ita quoque vir hic clariſſimus incredibili timoris perturbatione fatiſcit, precibus lacrymiſq; in[illegible] ac pio abiecti ac mœrentis animi affectu, læſæ diuinæ Maieſtatis crimine, vehementer iterum atque iterum dolens, ſe totum Deo, Deiparæque Mariæ, ſanctiſque auxiliatoribus, quorum patrocinio animum Deo gratiſſimum præſtitit, pie ac ſancte vouit, venerabilis ſenectutis illa vita multis virtutum ſepta præſidiis, viuendi cupiditatē neglecta, iam pridem fortunis ſponte relictis, paterno iure abdicato, filiis ad hæreditatem æqua lance vocatis, in libera rerum omnium viciſſitudine diuini numinis charitatē æſtuans, magna beataque animi tranquillitate defecit.

D. Ruicius Parcerius.

IDEM LECTORI BENEVOLO AC PIO, SALVTEM.

EN tibi, Lector humaniſſime & benigniſſime, Ludouici Mercati ſummi coryphæi poſthumus hic fœtus, quam maxime & iure ſane à doctioribus expetitus: in quo a[ff]ectuum complicatorum implexus, conſiliis ſapienter inſtitutis, cumulate ſoluitur, (qui caliginem plerumque Medicis, tametſi haud mediocriter inſtitutis offundit) exactiſſimæ atque abſolutiſſimæ ipſorum curationes: ita etiam nonnullæ præclariſſimæ, ac luculentiſſimæ d[iſp]utationes, & accuratiſſimæ puerilium morborum medicationes, quas nu[ll]us hactenus eorum, qui de hoc argumento diſſeruerunt, ita elaboratas dedit. Ipſorum enim quiſquam ætatis puerilis, & morborum quibus quæque vexatur, peculiarem naturam, vel prætermiſit, vel leuiter attigit: Affectuſque & auxilia, generatim dumtaxat, non priuatim conſectatur: in quorum deſcriptione, permulta adducit Auctor, tam veteribus quam iunioribus ignota, quæ huius viri clariſſimi operam poſtulare videbantur: qui cum Medicis comitiis frequenter intereſſet, atq; ita dilucide, ita ſapienter atq; ornate diceret, vt conſilia vltro citroque habita, multis ac mirabilibus ſapientiæ luminibus & aptiſſimis rerum coloribus, ſecretioris diuiniorisque medicinæ theſauris longe lateq; illuſtraret, & ſuis quæq; locis concinne & venuſte coaptaret, vt ex Delphici oraculi reſponſis, aut cuiuſpiam alterius diui numinis afflatu, rem egiſſe, omnium iudicio videretur: propterea in conſultandi munere, in auxiliorum delectu, in morborum occurſu omnibus aliis creditur præſtitiſſe. Natura enim aut diuinis forte auſpiciis comparatum eſt, ſingulas ætates vnum ſaltem magnum celeberrimumque virum, & interdum plures mortalibus attuliſſe, maxime in medica diſciplina (quæ vitæ, incolumitatiſq; vindex eſt) hunc vero nobiliſſimum clariſſimumq; virum hac noſtra magnopere floruiſſe, tam Hiſpani, quam Galli, tam Itali, quam Germani prædicant, & eius monumenta ab Hiſpania, Lugduni, Venetiis, Auguſtæ Taurinorum, Francofurti, & ſæpe alibi excuſa. Quamobrem nulla tam ingrata poſteritas eſſe poteſt, quæ in viri huius clariſſimi laudibus conticeſcat. Vale, atque lucubrationibus hiſce humaniſſime Lector diutiſſime fruere.

INDEX

CAPITVM, QVÆ IN HOC LIBRO MEDICARVM CONSVLTATIONVM DOctiſſimi viri D. Ludouici Mercati continentur.

CONSVLTATIO prima de ſpurio, ſiue de illegitimo tremore, pro viro quodam nobiliſſimo; pag. 1.
Conſultatio II. de ſpuria angina, pro quodam adoleſcente; 5.
Conſultatio III. pro puella epileptica, 7.
Conſultatio IV. de faſtidio & ſiticuloſo, 12.
Conſultatio V. pro hepatico & obſtructo in cachexiam & hydropem migrante, 19.
Conſultatio VI. de calculo veſicæ ex renibus in veſicam delapſo, 27.
Conſultatio VII. de paralyſi laborante, conuulſo & tabeſcente, 34.
Conſultatio VIII. de conuulſione ex vulnere, 40.
Conſultatio IX. de phrenitide & typhomania in lethargum degenerante, 45.
Conſultatio X. de ventriculi imbecillitate, nauſea, vomitu, & ſingultu, cum ventris palpitatione, 52.
Conſultatio XI. de pleuritide in peripneumoniam mutata, & poſtea in ſuppuratione, 58.
Conſultatio XII. de complicatione fluxuum ventris, 65.
Conſultatio XIII. de muliere patiente fere omnium hyſtericarum affectionum implexum, 69.
Conſultatio XIV. de tuſſi antiqua & ophthalmia in viſus offuſcationem & ſuffuſionem migrata, 75.
Conſultatio XV. de complicatione febris ardentiſſimæ cum hyſtericis & pluribus aliis accidentibus, 81.
Conſultatio XVI. de antiquo capitis dolore cum aurium tinnitu in grauem auditum, & tandem integram ſurditatem mutato, 86.
Conſultatio XVII. de muliere quadam, quæ ex aluo diutius aſtricta, in colicos dolores frequentiſſimos, & nonnunquam in ictericioſos incidebat, ac vltimo in ilei dolorem, 93.
Conſultatio XVIII. de laborante falſiginoſa ſpuritie, quæ commigrauit in copioſam vrinæ excretionem, & mox in reliquas vrinæ difficultates, 100.
Conſultatio XIX. de ictero quodam affectu pernicioſo, 104.
Conſultatio XX. de ſterili muliere per quindecim annorum ſpatium, quæ tamen poſtea concepit quid informe, vt aliquando alias, fœtum tamen peperit monſtroſum. & vltimo curata parentibus ſimilem, & vitalem excluſit, 106.
Conſultatio XXI. pro nobiliſſimo quodam viro acuta febre correpto, qui minoratiuo, vt vocant, pharmaco in augmento febris exhibito; citra recidiuam à febre immunis omnino euaſit, 112.
Conſultatio XXII. de puero gallica infectione tabido, febriente & apoſtemoſo, 118.
Conſultatio XXIII. pro nobili quodam viro ex rheumatica affectione multigena laborante cum hypochondriaca melancholia, 122.
Conſultatio XXIV. de gutturis anginoſis & lethalibus vlceribus, vulgo garrotillo, 134.
Conſultatio XXV. de ſudore diaphoretico, & ſyncoptico, 142.

Conſul-

Conſultatio XXVI. de quodam viro, qui frequenter incidebat in animi deliquium. 148.
Conſultatio XXVII. de pernicioſo eryſipelate, 152.
Conſultatio XXVIII. de quodam viro patiente calidam iecoris intemperiem, cum ventris frigiditate, & principio hypochondriacæ affectionis, 156
Conſultatio XXIX. de colico dolore ſpurio & periodice moleſtiſſimo, pro viro quodam nobili, 16 .
Conſultatio XXX. de atrociſſimo & lethali quodam affectu, qui parturienti cuid m accidit, 163.

Finis Indicis Capitum Conſultat. Medicarum.

DISPVTATIONVM MEDICINALIVM INDEX.

PRIMA diſputat, vtrum febrilis calor à principio aliquo intrinſeco procedere poſſit, more earum rerum, quæ nobis ſecundum naturam exiſtunt, 169.

SECVNDA diſputat de numero ſpirituum noſtrum corpus gubernantium, ac de cuiuſque natura & motu, 172.

TERTIA diſputat de natura & generatione ſudoris, ac de eius differentiis, necnon de materia & efficiente, ac de cauſa ipſum expellente, 179.

QVARTA diſputat, an actio vt vitalis dici mereatur, ſpecificetur ſolum à principio intrinſeco, 182.

QVINTA diſputatio differit, quando & quomodo liceat, ſuppreſſis menſtruis purgationibus, aliunde quam à talo ſanguinem mittere, aut purganti pharmaco vti, 186.

INDEX

INDEX CAPITVM VTRIVSQVE LIBRI DE PVERORVM AFFECTIBVS.

LIBRI PRIMI PARTES DVÆ.

VNA de nutricis delectu, cuſtodia, & prouidentia, Pag. 195.
Altera de puerorum educatione & cuſtodia. 202.

LIBRI SECVNDI CAPITA.

PROOEMII loco inprimis agitur de ſpecialibus cauſis morborum in ſingulis ætatibus, pag. 207.

Cap. I. De vmbilici inflammatione, 210.

Cap. II. De lactis caſeatione, grumeſcentia & aciditate, in ventriculis puerorum, ibidem.

Cap. III. De exuperantia & vomitu tenuis pituitæ, 212.

Cap. IV. De lactis reuomitione, 213.

Cap. V. De ventris intumeſcentia, 214.

Cap. VI. De ventris duritie, & meſerei obſtructione in pueris, ſed præſertim in puellis, vſque ad ſeptimum ſuæ ætatis annum, 215.

Cap. VII. De excrementorum alui ſuppreſſione & duritie, 221.

Cap. VIII. De infantium difficili reſpiratione ac tuſſi, 222.

Cap. IX. De puerorum alui fluxibus, 224.

Cap. X. De Ani procidentia, 226.

Cap. XI. De Teneſmo, 228.

Cap. XII. De puerorum dentitione, 230.

Cap. XIII. De lumbricorum generatione & curatione in pueris, 231.

Cap. XIV. De puerorum epilepſia. 234.

Cap. XV. De ſuppreſſa vrina in pueris, 240.

Cap. XVI. De vmbilici prominentia, ac de cæteris puerorum rupturis, 241.

Cap. XVII. De febre acuta curanda in infantibus, 246.

Cap. XVIII. De puerorum ſcabie, ac de omnibus cutis affectionibus, 252.

Cap. XIX. De puerorum contabeſcentia. 25[illegible].

Cap. XX. De puerorum abſceſſibus, 262.

Cap. XXI. De Hydrocephalo, 271.

Cap. XXII. De tinea, ſeu alopecia, & reliquis vitiis, quæ puerorum capitibus ſuccreſcere ſolent, 273.

Cap. XXIII. De variolis & morbillis, 279.

APPROBATIO.

SVpremi Senatus conſulto, hunc librum clariſsimi doctiſsimiq; viri Ludouici Mercati, Medicę facultatis corypher, qua potui ſolertia, ac mirifico animi affectu, perlegi: in quo multa magnifice ac ſapienter exculta ſunt, alia à cœca rerum caligine in ampliſsimam lucis vſuram Auctor ſtudioſe admodum traduxit, non pauca vetuſtioribus, aut ignota, aut non ſatis elaborata, in abditiſsimorum morborum cognitione ac prouidentia, poſteritatis iuuandę conſilio, quaſi ſub Phydię Minerua artificioſe ſatis expreſsit. Alia tandem pręter rerum altiſsimarum indaginem ſedula, atque accurata diſputatione confecit. Quę vero ętatis puerilis adiumento conſcripta ſunt, omnem humanę mentis exſpectationem, vt alia permulta ſuperare videntur, quę ſi erudita olim nouiſſet antiquitas, Mercatum ſane ter magnum diceret, vt alterum Mercurium Triſmegiſton, ſummum namque ac pulcherrimum Philoſophię indagatorem, Medicinę cultorem mirabilem atque inexhauſtum Oceanum, Chirurgię architectum ſingularem appellaret. Quamobrem impium ac nefandum eſſet, (quod tam huius ętatis, quam poſteritatis iniuria contigiſſet) hęc monumenta, quę ſempiternis eſſent annalibus conſecranda, temere ſubticere, quę non ſemel, ſed ſæpiſsime excudenda ſentio. Madriti, ex noſtro Muſęo, primo Calen. Octob. Anno partus Virginei 1612.

D. Ruicius Parcerius.

LVDO.

LVDOVICI MERCATI CONSVLTATIONVM MEDICINALIVM LIBER VNICVS.

De ſpurio, ſeu illegitimo tremore, pro viro quodam nobiliſſimo.

CONSVLTATIO I.

ALFONSVS Enriquez vir nobilis agens principium ſenectutis, temperaturamq; habens ad calidum & humidum vergentem, cum capitis imbecillitate; qua ratione defluxum patiebatur ab eo ad neruoſas partes, cum manuum tremore: ac ſtupore vigiliis tentabatur importunis, accedebantq; flatus multi & melancholici ex cruditate exiſtentes in meſereo. Quapropter à capite ad neruoſas muſculoſaſq; partes confluebat acris fluxilisque pituita: ac ſimul è venis acrem vſtilaginem mittebat natura in eaſdem partes. quo manus tremores ferè ſemper (ſomno excepto) patiebantur ea efficacia (licet per interualla intenſius) quod opus erat, vt aliqua motum coercere, quia pleriſque actionibus erat illi impedimento.

Cui viro, cum eum curaturus acceſſiſſem, multa in eius morbo propoſui conſideratione digna, & curationi neceſſaria: non quidem circa affectus cognitionem, ſed circa eius *cauſam & differentiam à ſimilibus affectionibus*, in quo ſita eſt omnis difficultatis ratio: cum certum ſit, hoc eſſe in eius cognitione tam difficile, quam ipſum affectum eſſe notiſſimum, & vulgarem. Inſuper expendendum diligenter duxi, *quantam ſortiatur in curatione difficultatem*: tum ex ipſius natura, tum ex cauſarum diuerſitate, tum etiam ex accidentium pertinacia, quæ indies magis corpus in deterius deferebat: vltimum, *ſi curationem hoc malum aliquo modo ſuſcipere poteſt qualis futura ſit.*

Circa primam conſiderationem, de vera huius affectus natura, memini me *lib. 1 de morbis internis cap. 16. & lib. 2. cap 11.* diuiſiſſe tremorem, in legitimum & ſpurium: & hunc ſimilem eſſe motui conuulſiuo, aut medium inter tremorem & conuulſionem illegitimam: quo aliquo modo videbantur ſimiles in modo motionis. Quæ cauſa fuit, quod nonnulli arbitrati fuerint prorſus eſſe idem, aut ſimiles in principio & cauſis, ſicut in modo mouendi membrum: nec deſunt Gal. loca, quibus id probari poſſit: præterquam quod omnes hi motus, paſſiones ſunt organorum voluntati ſeruientium. Ob quam profectò ſententiam non deeſt qui taxet me, quod dixerim *loco nuper citato*, poſſe eſſe ſymptomata muſculorum & partium voluntati ſeruientium, citra voluntatis imperium (vt reuera ſunt) quia credit, id eſſe impoſſibile, & tanquam maximum erratum in bona Philoſophia, atque aduerſus Ariſtotelem. Et damnat eos, qui cenſent, in hac tremoris ſpurii ſorte nullum eſſe voluntatis imperium, & cum hoc eſſe muſculorum actionem. Et in argumentis, quæ adducit aduerſus hanc ſententiam, non amplius recordatur huius ſpurii tremoris, ſed ſolum motus conuulſiui, credens vtrumque motum idem eſſe. Et adducit Galenum, qui motum conuulſiuum melius dici tremorem ſtatuit: ac poſt multa ſuam ſententiam profert, cenſetq; in hac dubitatione tenendum eſſe, talem motum conuulſiuum muſculorum, in quantum non ceſſat ex voluntate, nullo modo fieri à facultate motiua animali, ſed ab humore incluſo intra partem, qui effectiue concitat prædictum motum. Qua ſententia euidenter conſtat, prædictum motū reducendum fore potius ad palpitationem: aut ſi, vt ipſe refert, à facultate producitur, neceſſario eam debere eſſe naturalem expellentem, quæ nullo indiget imperio voluntatis, ſaltem ea, quæ medio ſenſu tactus operatur, etiamſi non ſubordinetur per ſe imaginationi: quo pariter videtur hunc tremorem ad motum conuulſiuum reducere; inconſtantis profectò ſententiæ euidentiſſimū teſtimonium. Quibus omnibus reſpondendum cenſeo, & citra liuorem conſtituere differentiæ rationem inter hūc tremorem ſpurium & motum conuulſiuum; quantumuis aſſimilari videantur in modo motus. Namque ſæpe ea parte locutus fui de motu conuulſiuo: etiam eo loco vnde anſam accepit contradicendi, ſemper me audient, motum conuulſiuum, effectum eſſe expellentis facultatis, non animalis motiuæ: at tremorem hunc ſpurium, vt mox latius probabo, effectum eſſe motiuæ facultatis, quantumuis ci-

Tremoris ſpurii natura.

Tremor ſpurius eſt medius inter legitimum & motum conuulſiuū.

Tremor ſpurius & motus conuulſiuus in quib. differunt & conueniunt.

tra voluntatem fiat,& ab ea ſedari non poſſit,vt legitimus tremor. Quo conſtabit,ſpurium tremorem
& motum conuulſiuum,ſimiles eſſe in modo motionis membrorum,vt Gal. & fere omnes alii ſapien-
tes viri fatentur;verum longiſſimis interuallis cum hoc differre,principio & cauſa agendi.
Cuius dubii gratia ſciendū eſt,ſcriptorum labores eo eſſe vtiliores, quo aliquid à veteribus,aut 3
oblitum,aut obſcurum,aut diminutum,vel falſo traditum,clarius,verius,& certius explicuerint.Hoc
dixerim,quia ex eo,quod Gal.aut alii autores,huius ſpurii tremoris non meminerint,non ob id, tan-
quam falſum, protinus reiiciendum foret:ſed verum ne,an falſum ſit, diligenter, & æquo animo ex-
pendendum, vt mox audies,ſi prius conieceris,an huiuſmodi tremores reperiantur: quod profecto
negandum non eſt:nam & iuuenibus & aliis ſuccreſcunt citra cōuulſiuas motiones ac citra membro-

Tremores ſpurii cauſa.

rum ob ſenectutem aggrauationem,& voluntatis imperium.Quod ſane dogma adeo eſt verum,quod
huius veritatis poteſtas coegerit Galenum dicere,motiones quaſdam ex his,quæ ſimiles ſunt conuul-
ſiuis,ſatius eſſe nuncupare tremores:quo profecto loco non voluit intelligere verum tremorem,neq;
ipſas conuulſiuas motiones; ſubticuit tamen rationem differentiæ, quam expoſitores neceſſum eſt
exprimere.

Tremor ſpurius differt à motu conuulſiuo cauſa & principio effectiuo.

In qua re ſciendum eſt, quod licet ſpurius tremor adeo ſit motibus conuulſiuis ſimilis in modo 4
motus, quod nullam videantur ſortiri differentiam: cum hoc tamen mille modis ab eis diſſidet, ſed
maxime ratione cauſæ & principii effectiui. Nam licet vterq; motus reperiatur in inſtrumentis vo-
luntati ſeruientibus, cōuulſiuus ſemper fit à facultate naturali vtente voluntatis inſtrumentis, expel-
lente eius potentia,ſe quatiente, & conante quod eā moleſtat expellere: quo fit,vt vehementiſſimos
concitet motus,non ſolum in vna parte, ſed in vniuerſo corpore ad penſum & vehementiam motus
ex voluntate facti,vt in epilepticis motionibus, in quib. irritatur etiam ipſa vis motiua, præter volun-
tatem,ad coefficiendos prædictos motus: præterquam q dilatatiuam & compreſſiuam cerebri præci-

Tremor ſpurius fit à facultate motiua animali, citra voluntatis imperium.

pue eo caſu moueri eſt arbitrandum,vt ſuo loco latius explicui. Tremor ēt ſpurius à facultate fit,cæte-
rum motiua, animali, & citra voluntatis imperium operante; quod huic viro doctiſſimo videtur dif-
ficile:quia is motus neque à voluntate inſtituitur, neque etiam, ſi velit,ſedare poteſt. Modus autem
quo hoc ſymptoma fit, etiam diuerſus eſt à modo, quo fit motus conuulſiuus, licet aſſimilari aliquo
modo videantur:quia in conuulſiuo natura mouetur vt expellat;at in hoc tremore ita moleſtatur mo-
tiua potentia,vt nullibi permittat quieſcere membrum, etiā ſi homo velit, aut conetur alicubi firma-
re ſeipſum. Inſuper in conuulſiuo motu nil agit grauitas membri ad motum: cæterum in tremore ſpu-
rio ſe habet veluti concauſa coadiuuans motum à vi motiua factum,eo quod membrum non ſe poſſit
continere,niſi quieſcat alicubi firmatum;quod facultas non permittit:quo videtur,medium eſſe mo-
tum inter verum tremorem & conuulſiuum motum.Nec ob id mirandum eſt,ſi inſtrumenta volun-
tati ſeruientia,cum præter modum & naturæ ordinem irritantur,& veluti coguntur,motum citra vo-
luntatis imperium exequantur, etiamſi non præcedat actio ſenſus aut appetitus: quos Ariſtot.3 *de
anim.cap.*10. tanquam motus voluntarii principia dixit. Quod profecto intelligendum fore arbitror,
dum homo naturæ legibus gubernatur:nam cum præter naturam eſt,vt in delirantibus,aut aliter ma-
le affectis,ſuperior illa potentia non ſemper eſt in actu imperii, & cum hoc motiua facultas exequitur

Tremor ſpurius medius motus eſt inter tremorem verum & motum conuulſiuum.

actum motionis. Neque ob id credendum eſt,voluntatem noſtram neceſſitari irritatione:nam ſat eſt,
motiuam facultatem neceſſitari laceſſitam,ad finem aliquem conſequendum. Præterquam quod, *vt
alibi dictum eſt 3. vulg.* Galenus poſuit, rigorem & prædictos motus conuulſiuos, in membris volun-
tati ſeruientibus,citra voluntatem fieri,etiam à facultate ipſa naturali,modo dicto,ſumptò principio
ex ſenſu: quod etiam efficitur citra euerſionem veri dogmatis. Sed quid immorandum eſt? Cum in
epilepſia adeo expellens facultas cerebri, membra mouet & in conſenſum trahit motiuam facultα-
tem, quod validiores concitat motiones, citra voluntatis imperium, quam dum eos exequitur homo
voluntate imperante.

Tremores ſpurios ſenſuum fides euentuſque comprobat.

Verum vt conſtet, conſtituendam fore prædictam tremoris ſpurii differentiam à legitimo tre- 5
more, & à motu conuulſiuo atque rigore, expende, id euidenti euentu probari poſſe, etiam ex modo
motus, licet primo acceſſu ſimiles videantur:vt dictum eſt. Quippe legitimus tremor ſemper com-
ponitur ex motibus ſurſum & deorſum factis: ſpurius vero plerumque efficit motum verſus partem,
in quam membrum quietem habet, & poſituram naturalem: at conuulſiuus citra ordinem vllum, in
omnem loci differentiam,& motus varietatem agitatur. Ratio profecto in promptu eſt,quia cū verus
tremor conſtet ex membri grauitate,quæ ex ſua natura deorſum ſemper vergit,& ex animali potentia,
quæ nititur ſurſum eleuare, ob id ſemper (niſi voluntas aliud imperet) hac lege mouetur. Cæterum
cum ſpurius tremor ob irritationem motiuæ facultatis, membrum quieſcere non permittat, etiamſi
homo velit, ex aſſueto & natiuo inſtituto, membrum ad locum mediæ poſituræ ſemper inclinat, quo
placide quieſcat. Et ſic manus ſenum, vtcumque moueantur, motum efficiunt ex ſurſum & deorſum
compoſitum: aliorum vero qui morboſo & ſpurio tremore mouentur, ſemper ad thoracem, aut ven-
trem ſubſultant,quia ibi eſt media brachii figura;quod profecto frequentius fieri conſpicies. At con-
uulſiuus motus, cum ex maiori fiat irritatione, & à natura non conante quieſcere, ſed, quomodocū-
que poſſit, moleſtum expellere, citra ordinem & legem vbique mouetur, quo facilius ſeſe exoneret.

Dubium.
Calambre.

Quod ſi quis quæſierit, *cur in huiuſmodi irritamentis nihil in ſenſu tactus percipiatur, vt in vehementiſſimis rigo-
ribus,& in ea conuulſiuis motus ſpecie, quæ ex flatu orta,* (*apud nos* calambre *nuncupata*) *doloriſice & moleſte ſem-
per aliquid perſentitur.* Huic dubitationi reſpondere poteris: quia huiuſmodi irritamenta vel lenia,pau-
latim & à leui cauſa fiunt,vt in febrium moribus conuulſiuis obſeruamus:vel quaſi habitualis iam fa-
cta cauſa,citra euidentem ſenſationem irritat;vt in tremore ſpurio conſpicimus,in quo laborantes nil

mole-

moleſtum ſe ſentire proferunt: quia obiectum ſupra ſentientem partem, moleſtiam citra notitiam optime poterit cauſare, quia ab eo non fit paſſio.

6 Supereſt nunc ad cauſas, quæ hunc ſpurium tremorem cõcitant, peruenire, maxime in viro hoc, *Tremoris ſpurii cauſa.*
eo male affecto. In qua re certum eſt, autores nihil vtile dixiſſe, præter id, quod ad motus conuulſiuos attinet, & ob id oportet clarius eas exprimere. Concitatur hic affectus ex duplici cauſa: quarum altera eſt imbecillitas orta ex ea intemperie, quæ vel ex proprio alimento vitiato, vel crudo tenuem & acrem fluxionem conciter, vel idem patiatur ſuſceptis ſimilibus ſuccis aut excrementis à toto corpore, quibus neruoſę muſculoſæque partes inquietudinem illam patiantur. Altera vero cauſa vaporum acrium & mordacium, eſt continuus motus à venis prauis ſuccis refertis, ad partes vicinas muſculoſas ac neruoſas, quo pari modo in continuum motum agitantur. Quibus ſic conſideratis, tria neceſſum eſt in hoc ſymptomate reperire: vnum eſt, prædictarum partium imbecillitas, & ſenſus acrimonia, ex capitis quoque imbecillitate, & exacto ſenſu communicata, aut ob prauorum ſuccorum in venis exiſtentium viciniam, qua cedunt facile cuiuis cauſæ irritanti: Alterum eſt cauſa irritans nuper adducta; & reliquum membri grauitas naturalis, quæ non cedit facile motui facultatis, vt vbi mouetur quieſcat, ſed etiam ex innata grauitate in motu ponatur. Quæ ſane grauitas non ita ponderoſa & potentiam ſuperans exiſtit, ſicut in ſenibus & vero tremore reperitur, ſed ſolum quantum ſat eſt, vt motum conetur, non tamen perficiat, ac deorſum ruat, ſed incipiat, & ex irritamento facultatis (non ex voluntatis imperio, vt in legitimo tremore) in ſpurium tremulumque motum degeneret: quia facultas irritata non permittit membrum quieſcere vbi animal vult, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, ſiue ad latera moueatur, ſiue, quod proprius eſt, in parte aliqua membri ſubſidat: nam ibidem etiam ſubſultat; quod in vero & ſenili tremore non contingit, quia ex imperio voluntatis mouetur & tremit, & niſi moueatur, non tremit: at in hoc tremore non ita; quippe ſic affecti facilime tremunt, non ſolum ex cauſis prædictis, ſed etiam quauis animi paſſione, aut vehementi diſputatione, gaudio, aut ira, quæ natæ ſunt ſpirituum motum citra aliquam ex prædictis cauſis, vltra ſolitum mouere, quo creſcit tremor. Quas profecto cauſas omnes in hoc laborante reperio: quippe caput habet imbecille, ac neruoſas etiam partes: partim ex curis, partim ex vigiliis, partim etiam ex vini generoſi vſu, maxime cum accedit veneris immoderantis: tum quo cruditatibus abundant homines. Quod etiam contingit his, qui verſantur in auriſodinis, vel argenti viui: his qui verſantur circa niuoſa loca, atque etiam his, qui vaſa habent humoribus acribus & mordacibus plena, & ea ratione vigiles efficiuntur & tremunt, præſertim cum aliquid efficere tentant, etiamſi velint quieſcere: ex quo nõ contemnenda ſuccreſcunt melancholica accidentia. Tremunt etiam manus, quia ſpiritus & viæ à cerebro deſcendentes, vel leuiores & tenuiores ſunt, vel obſtructæ: qua ſæpe cauſa fit, quod altera manus tremula fiat, reliqua vero non ita, neque alia corporis pars.

7 Præſagium in his affectionibus ſimile eſt ei, quod Hippocrates de apoplexia protulerat: quippe *Tremoris*
fortem curari, dixit *eſſe impoſſibile & debilem, non facile.* Sic profecto verum & legitimum tremorem cura- *ſpurii præſa-*
re, eſt impoſſibile, quia vtraque eius cauſa auxilia non admittit: certum enim eſt, grauitatem membri *gium.*
minui non poſſe, neq; poſſibile eſt in ſenibus, vires ad iuuenilem firmitudinem reducere, & ob id nequit curari. At ſpurius tremor difficilime curatur, quia fundamentum habet in capitis & neruoſarum partium iactura, maxime habituali: quo fit, vt adhuc in adoleſcentibus difficulter curetur: tum ob adductam rationem: tum etiam quia libero & erroneo vtuntur victus & vitæ inſtituto, quo fit, vt præter id vereri oporteat, ne in paralyſim aut epilepſiam, vel grauius aliquod malum commigret affectio, maxime in his qui parum ſui cuſtodiam curant.

8 Hunc vitium curare inſtitui, non quidem ſalutis ſpe promiſſa, ſed ſolum gratia præcauendi, ne *Tremoris*
malum vltra modum creſceret, aut aliud maius acceſſeret. In qua re, vitæ & victus ratione inſtituta, ex *ſpurii cu-*
cibis optimi & laudabilis nutrimenti parciſſima cœna (niſi gratia ſomni liberaliori vteris) potu ex a- *randi ratio.*
qua China vel ſaſafraſa Indica, cinnamomi, aut coriandri præparati cum tadue ſcilicet conditis ex ſaccharo
purgata. Maxime etiam vſus fuit aqua ex *decoctione lentiſci, aut ex eius infuſione.* Conſului etiam exercitia *Victus ratio.*
ante prandium & cœnam moderatiſſima, cæterum ſingulis diebus citra intermiſſionem facta. Abſtinentiam à vino & venere: ſomnum, quia vigil erat homo, quacunq; hora diei aut noctis capere potuiſſet: hilari animo ſemper eſſe, & negotiis liberum, atque regionem mutare ad temperatiorem, vel ad mediam & temperatam, quæ his affectionibus congruentior exiſtit.

9 Quod vero ad aliorum auxiliorum vſum attinet, quatuor medicamentorum ſortes illi inſtitui. *Medicamenta.*
Primas tenet ſyrupus quidam ex inuentione noſtra, quo bis aut ſemel in menſe vterentur, ſumptis eius duabus aut tribus vnciis. Hic recipit *foliorum lupulorum m. iij. ſaluiæ m. ſ. florum ſtœchados p. ij florum borraginis & bugloſſæ ana p. j. epit.* ℥ j ſ. bulliant in *lib. 3. aqua ad conſumptionem tertiæ partis*, & facta leui colatura, infunde *agarici troſciſcati* ʒ iij *pulpæ ſeminis cartami* ℥ ij ſ *foliorum ſenæ* ℥ ij iterum bulliant & colentur, & huius colaturæ ſume ℥ xij. & adde *ſucci borraginis & roſarum rubearum ana* ℥ iij. ſ & cum ſaccharo fiat ſerapium. Item ne vno auxilio faſtidiret curari tentaui, in reſiduo huius colaturæ addidi, vt quarto quoque die ſumeret, vt ventrem lubricum obtineret *paſſularum Corinthiarum* ℥ ij. *aut prunorum Damaſcenorum n. xiij.* & poſt leuem ebullitionem extrahi iuſſi, & vmbra ſiccari, & *prunorum quinque aut ſex* porrigebam, aut *paſſularum cochlearia tria*, quo bis, terue deponebatur venter. Proſunt & *pilulæ Arabicæ de hiera, & de agarico*, aut *cochiæ*, maxime ſi corpus fuerit robuſtum, aut caput pituita craſſa plenum.

10 His factis, inſtitui ſudationem ex *ligno Guaiaco* & *radice China*, inſtillatis hac via. Excipe *ligni Gua-* *Sudatio ex*
iaci raſi lib. j. radicis Chinæ confractæ ℥ iij *florum ſtœchados p. ij. foliorum ſaluiæ m. ij. florum borraginis p. ij.* co- *Guaiaco.*
quantur in *lib. viij. aquæ*, vaſe cooperto, ad conſumptionem tertiæ partis, & omnia ſimul ponantur in alembi-

alembico vitreo, & inſtillentur in duplici vaſe, ac interim pone in ligatura *confectionis Alchermes, de hyacintho & electarij de gemmis ana* ℨ i. ſ. cuius inſtillationis porrigebam ℥ iij. cum modico decocto *cinnamomi, fœniculi aut aniſi*. Et licet non plurimum ſudaſſet, illi tamen plurimum proficiebat. Atque cum iam hoc modo diebus aliquot ſudaſſet, iuſſi vt noctu, dum iret dormitum, ℥ j. eiuſdem *aquæ ſtillatitiæ* ſumeret, quæ vicem reſolutorii auxilii gerens, non erat minoris momenti, quam cætera auxilia.

Balnea. Inſuper conſului, vt *balneis* vteretur *ſulphureis*; quod præſidium his, qui pituita flaxili plurimum abundant, proficuum fore prædixi, ſicut his, qui vel bili tenui, vel acribus ac mordacibus ſuccis & vaporibus ſcatent, ex vſu forent balnea *aquæ dulcis tepidæ*, maxime hominibus, qui dum vehementer iraſcuntur, gaudent, diſputant aut loquuntur, vehementius tremunt. 11

Quibus omnibus præmiſſis, quæ (quantum mali renitentiam permittere erat poſſibile) ex vſu ſemper fuerunt, ad conterendas pituitoſi aut crudi ſucci vel vaporis reliquias, iuſſi eum ſummo mane ſumere ℨ i. *tabellarum, quæ recipiunt, pulueris diamargariton frigidi, corticis citri, aromatici roſati, & electarij de gemmis*, ℈ i. *diamuſci* g v. *ſacchari quod ſufficiat*. vt cum *aqua napha & florum tiliæ* fiant tabellæ. Profuerunt etiam *paſſularum ante noctem maceratarum in aqua ſaſſafraſſæ aut cinnamomi*, vel in *decocto ſaluiæ*, aut omnium ſimul, vel *lentiſci*, ſummo mane ſumere ſemunciam. Nec minoris fuit momenti, in vltimis menſis ſumere paruum cochleare *pulueris qui recipit, liquiritiæ, aniſi, fœniculi, dictami, cinnamomi, & roſarum ana* ℨ ij. *pulueris cranei humani* ℈ i. *ſacchari ad pondus omnium*. Proſunt etiam condita ex *conſeruis florum & radicum cordialium*, & maxime quod recipit *pulpæ pullorum ciconiarum in vino elixatorum* ℥ iij. *cerebri leporis aſſati* ℥ i *amygdalarum dulcium mundatarum nu.* 30. *pinearum recentium lotarum in hydromellite nu.* 20. *paſſularum* ℥ i *cinnamomi* ℨ iij. *gariophyllorum, galangæ, maceris ana* ℈ i. *cardamomi* ℈ ſ. *moſci* g. ij *ſacchari candi* ℥ ij. *mellis deſpumati quod ſufficiat vt fiat conditum*. In omni tremoris ſorte cum certum ſit ex impotentia fieri facultatis, ſiue ab hac, ſiue ab alia cauſa imbecillitas contrahatur, roborationis gratia, mille teſtimoniis probatum reperio eſum *nycticoracum*: quarum loco vſus *columbarum ſylueſtrium* mirum in modum prodeſſe, neſcio qua proprietate vidimus. Sic profecto aqua ſtillatitia ex his columbis, aut nycticoracis carnibus ſemicoctis, cum earum iure in duplici vaſe inſtillatis, cum myrobalanis chebulis, addita cuiuis cibariorum, aut noctu dum homo it dormitum, miræ eſt efficaciæ. In quo caſu multum profuit mirabilis quædam aqua quæ vim maximam ſortitur in roborandis neruis, & capite, reficiendis ſpiritibus, & conterendis capitis & neruorum reliquiis cuiuſuis humorum. Hæc quidem recipit *pullos duos ex Indicis gallinis, qui non excedant menſes quatuor*: eos confractis oſſibus coquito vaſe cooperto in *libris* 10. *aquæ* additis ℥ iiij *mirobalanorum*, chebulorum, & facta colatura cum expreſſione, in hoc iure adde *vini odoriferi* ℥ v. *ſucci pomorum redolentium l. ij. confectionis Alchermes, theriacæ ſmaragdorum & theriacæ magnæ veteris, electarii de hyacinto, ana* ℨ iiij. *pulueris electarii de gemmis & diamargariton, ana* ℨ ij. ſ. *foliorum ſaluiæ, pentaphylli, maioranæ & maarterica ana m.* iij *florum ſtœchados & maiorana ana p.* ij. omnia proiiciantur, & in duplici vaſe inſtillentur.

Aqua mirabilis pro roborandis neruis & capite.

Præterea, ſicut in malis, quæ ſunt fere habitualia, nec prorſus eſt plurimum præſidiis natura laceſſenda, nec omnino pati ac diſſipari permittenda: ita in hoc laborante me geſſi, curans externis auxiliis modice, & per interualla reſoluere vaporum & tenuium ſuccorum, quod citra noxam poſſibile exiſtimaui. Solet enim hoc malum ſeſe externis & perperam ac importune adhibitis, ad paralyſim extendere. Quod vt vitarem, conſului, bis in hebdoma dorſum inungere *liquamento ambra in oleo veteri, aut iaſminorum, vel napha*, facto: vel vnguento quod recipit *pulueris iba arterica, ſchinanti calami aromatici, nucis muſcatæ ana* ℨ. ſ *hermodactylorum ſatyrionis ana* ℨ. ſ. *ſucci ſaluiæ quartam vnam, olei de caſtoreo* ℨ. iij. ceræ *quod ſufficiat* vt fiat vnguentum. Item aliquando cum *ſtillatitio liquore ex theriaca & ſucco ſaluiæ extracto*, cum his quæ in hoc vnguento nuper adducto, in maiori quantitate recipiuntur, additis *iba arterica, herba paralyſis, ſtyrace liquida, opopanaco, carpobalſamo, myrrha & aloe*: eandem inunctionem commendabis. Præterea cum *oleo iaſminorum & napha*, & *modico vino roris marini*, aut inungere, aut calidis dorſum fouere curaui. Iuſſi etiam ceratum efficere ex eiſdem oleis cum modico *ambragriſia*, & dorſo apponere. Manus item abluere *vino decoctis ſaluiæ*, & aliquando cum prædicta inſtillatione ex *theriaca* & reliquis quæ nuper diximus ad conficienda vnguenta. Quæ ſane omnia, cum iuxta deſiderium prodeſſe non conſpexiſſem, quia malum fere erat immedicabile, ob id rarius adhibere conſului, & optimo viuendi modo omne negotium commiſi. Nec cenſeo fore abs re fontanellam in altero brachiorum aparire, ſi caput prædictis ſuccis abundet. 13

Tremoris ſpurii mederi in paralyſim migrat, externis auxiliis mordinate adhibitis.

De ſpuria

De ſpuria angina, pro adoleſcente.

CONSVLTATIO II.

1 ANGINOSVS quidam adoleſcens, qui ſtudiis literarum nimium deditus, ex aſſiduo carbonum praue ſuccenſorum vſu ob impenſum frigus, cœpit difficulter reſpirare, ſed libere deglutiebat; tandem ad deglutitionis & reſpirationis vitium perueniens, dolorem etiam leuem perſentiebat in gutture & faucibus, maxime in deglutitione, & vehementi vociferatione.

Hunc laborantem cum primo forem accerſitus vt curarem, conſideraui affectionem eſſe angi-
2 noſam; cæterum dubitaui *qualis natura, ſpeciei aut cauſæ eſſet?* In quo caſu, vt rei veritatem intelligerem, putaſſem, in memoriam reuocaui, omnem anginæ ſpeciem (ſiue ſpuria ſit, ſiue legitima) in ea ſolum morbi ratione conſiſtere, quod foramina, quæ aperto ore viſuntur, coarctentur, vt anguſtioribus factis, anxius fiat laborans, ac ſuffocationi proximus. Nam licet guttur aut aſpera arteria infra hunc locum oculis conſpicuum coarctentur, angina non fit, ſed aliqua ex ſpeciebus difficilis reſpirationis. Ratio differentiæ eſt (etiam ſi idem videatur in vtroque affectu ſymptoma) quod licet requiratur læſio muſculorum in vtraque parte, aliud quidem eſt, & longe diuerſum, aerem trahere, & longe aliud, aerem admittere: trahunt quidem aerem muſculi inferiorum partium laryngis, vt gutturis alimentum: admittunt quidem vtrunque foramina, quæ conſpicua ſunt aperto ore mediis gutturis & laryngis muſculis, ſiue interni ſint, ſiue externi. Sic profecto illi, hoc eſt inter totum partium laryngis, vbi inflammantur, vnam ex ſpeciebus difficilis reſpirationis efficiunt: hi vero anginam. In quorum muſculorum inflammatoriis affectionibus, propterea foramina prædicta coarctantur, & legitimam anginam conſtituere arbitramur. ſpuriam vero, ſi ea quæuis alia cauſa, ſiue morbo antecedente, qui etiam prædictam coarctationem efficiat, aut ſpiritus comprimat, & quaſi immobiles efficiat, ac veluti corrumpat.

Angina duplex ſpuria & legitima.

Vtraq; autem angina, ſpuria nimirum & legitima, diuidi ſolet, vel quoad periculum, quod nata
3 eſt inferre, vt Hippocr. feciſſe conſtat *lib. 1. prorrh.* 14 *& 3 prog.* 6. & ſpeciatius *lib. 1. de coacis præ. ſect. 2.* ſtatuentem, eam grauiſſimam eſſe, quæ nihil conſpicuum oſtendit aperto ore, cum dolore vehementi & reſpiratione difficili: minus grauem, quæ in conſpicuo eſt ore aperto, & minus dolet, cum tumore apparente. Vel diuiditur, licet hæc diuiſio coincidat cum ea, qua diſſecatur in quatuor gradus periculi, iuxta naturam partium, quas obſidet, nimirum muſculos internos, aut externos, gutturis vel laryngis, *vt alibi latius ſcripſi.* Sed quæ ad vſum noſtri laborantis magis incumbit, ea eſt anginæ diuiſio, quam adducit Hippocr. 4 *acut.* 30. *&* 31. ex natura humoris fluentis ad prædictas partes: nam refert ſuboriri, vel pituitoſis ſuccis confluentibus, vel bilioſis & aduſtis, vel mixtis, iuxta prædominium cuiuſuis prædictorum humorum. Huius autem conditionis eſt ea, quam patiebatur noſter anginoſus, quæ cum hoc, quod ex ſpuriis eſſet (quia inflammatione carebat) minime tamen eſt periculoſa, eo quod minus in tumorem eleuentur prædictæ partes: vt ſtatuit Auic. & confirmauit Fernelius: nam neque febrem, neque difficilem reſpirationem notatu dignam ſecum habet: illud quidem, quia non concitatur in ea inflammatorius affectus: hoc vero, quia parum in tumorem eleuat partes, licet in deglutitione difficilius ſe habeat.

Angina diuiſio & , ac et iam ad periculi magnitudinem.

4 In hac cum anginæ forte, habita diligenti relatione de cauſa procatartica, quæ veluti occaſio fuit omnium, quæ modo ſucreuerunt, intellexi, illi accidiſſe ex fumo carbonum praue ſuccenſorum eam anginæ ſpeciem, quam inter alias ſpuriam appellauit *lib. de curandis morbis.* & ex mente Aretei retuli factam ex aere male affecto (vt in charoneis frequenter conſpicimus tiernque ſunt ſpecus prauum eructantes odorem, vt conſtat ex 13. *lib. Strabonis*) a fumo vel à vapore vini feruentis, vt ex huius autoris verbis colligitur: nam inquit *lib. 1. de cau.* Alteri autem generi contraria eueniunt, inſtrumentorum collapſio gracilitas maior quam pro cuiuſque natura, & ſtrangulatio vehemens, vt ipſiſmet in pectore latentioribuſque partibus circum cor atque pulmonem abdita eſſe inflammatio videatur. Tandem exiſtimat, ſpiritus etiam eſſe vitium per conuerſionem ad calidiſſimum. Et probat, id poſſe ita contingere, quia in charoneis & locis aliis fumo aut vapore muſti plenis, citiſſima ſuffocatione perielitantur homines, citra aliud corporis vitium: vnde mirum non eſt, ſi ſola ſpirituum ſuccenſione ſuffocarentur etiam homines, cum impenſa ſit, citra aliud corporis vitium: etiamſi ad alium affectum diuerſum ab angina pertinere videatur, vt mox docebo: ſi prius dixero, Eraſiſtratum dixiſſe, hos ſuffocari præ nimia ſpirituum tenuitate. Galenus tamen cenſuit ſuffocari ſic affectos, ob aeris à fumo vel muſto contractam qualitatem inimicam: ſicut res ſe habet in alimentis, quorum quædam ſunt nobis amica, quędam vero, vt *cicuta* & *napellus*, prorſus aduerſa & lethalia; qualem iudicat fumum aut muſti vaporem. In quare non deeſt, qui carpat nos & præſtantiſſimum Vergam, tanquam diminute explicantes prædicti autoris ſententiam, eo quod non meminerim ſpiritus vitalis ſuccenſi: cum Areteus ipſe ſpiritum vitalem inflammari dixerit. Cui viro ſit ſatis, quod autoribus, qui ſolum curant aliquid ex aliis aſcenſum elicere, non incumbit, quæ ſunt extra propoſitum afferre: ſed ſolum quæ præſenti negotio proficua & neceſſaria videntur; alioquin ſcribere, nil aliud eſſet, quam librum ex libris conficere. Sic pro facto mihi ex parte contigit: nam ſecunda illa ſpecies anginoſæ ſuffocationis duas continet conſiderationes: Alteram & primam, quæ pertinet ſolum ad anginam, quæ ſtatuit, partes illas ita coarctari, conſtringi, & anguſtari, quod vel breuiſſimo tempore hominem ſuffocet, vt in charoneis & locis prædictis ſtrangulatus citra vllum corporis affectum contingit, ad modum ſuffocatorum, aut laqueo

Angina ſpuria ex carbonibus praue ſuccenſis.

Anginam ex vaporibus fumoſis ſpuriam eſſe.

Angina ſpuria duas conſiderationes, quibus neglegentia arguuntur autores.

ſuſpen-

ſuſpenſorum; de qua ego hac parte loquor, vt de angina vere ſpuria, quæ non tenetur aliquem affe-ctum præmittere ad ſtrangulatum, præter foraminum gutturis & faucium coarctationem, per partium & laterum veluti collapſionem, ſeu, vt rectius dixeris, comprehenſionem; quia eadem foraminis occluſio vtroque modo ſuccreſcit. Sed hæc duas continet partes. Vnam, quæ mox interficit, & veluti ictu oculi vehementer ſuffocat; quæ non eſt noſtræ conſiderationis. Reliquam, quæ licet à prædictis occaſionibus & cauſis ſuboriatur, non ſubito interficit, ſed humoribus euocatis ad prædictas partes, minime eſt periculoſa, ſed diuturna; cuius naturæ & conditionis eſt ea, quam noſter anginoſus patiebatur, vt mox leges. Alteram vero & ſecundam, ex impenſa ſpirituū ſuccenſione, quam, ſtatuendum eſt tanquam certiſſimum, non pertinere ad anginam, ſed ſolum ad eam difficilis reſpirationis ſpeciem, quæ ex impenſo cordis & ſpirituum calore prodit, vt euidenter monſtrant autoris verba. Nam ſcribit ita ſpiritus incaleſcere, vt interna viſcera videantur inflammatione vexari, atque id ſine vllo corporis aff. ctu, licet foramina faucium coarctentur. Quod ſi dixeris, eadem ratione, qua reducimus impenſum cordis calorem ad illam aſthmatis ſpeciem, teneri etiam omnes legitimæ anginæ ſpecies (eo quod fiant vitio inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium) ad aliam ſpeciem aſthmatis reducere, quæ ex vitio prædictorum inſtrumentorum prodeat: expende, aliud eſſe, prædicta inſtrumenta lædi, & longe aliud, principium viarum, per quod ipſa reſpirationis organa aerem trahunt, & emittunt fuligĩnoſa excrementa. Nam in his foraminibus & partibus quæ ipſa conſtituunt, vere & proprie omnes anginæ ſpecies fiunt: at in reliquis partibus quæ aeris ſuſceptioni, mediante motu voluntario ſubſeruiunt, legitimæ difficilis reſpirationis tres ſpecies conſiſtunt. Namque non quæuis difficilis reſpiratio eſt angina, ſed quæ vitio prædictorum foraminum prodit, quam elegantiſſime profecto explicuerat Hippocr. *lib. 3. de morbis*, loquens de vera angina, ſic dicens. *Ab angina appellata ſuffocatur homo* vt eam ſepararet ab omni alia ſuffocationis ſorte, peculiaria eius accidentia ſic depingit) & in *faucibus magis ipſi inhærere videtur, & neque ſaliua, neque quidquam aliud detrahitur, & oculi affecti ſunt, ac prominent veluti ſtrangulatis, & patente per ipſos vides, & ipſos conuertere non poteſt, & anxius eſt, & exilit frequenter, & facies & fauces ardent imo etiam collum, at videntibus nihil mali habere videtur, & videt ac audit obtuſius, & præ ſuffocatione non intelligit, neque quid dicat, neque quid audiat, aut faciat, ſed hians decumbit ſaliuam fundens.* Qua ſententia euidentiſſima extat differentia inter veram anginam, & hanc ſpuriam noſtri laborantis, ad omnes difficilis reſpirationis ſortes, licet in omnibus aliquid ſuffocationis appareat; differenter quidem, vel ratione partis affectæ, vel ratione affectionis in quauis prædictarum partium, aut ratione alicuius particularis modi lædendi, vt videre eſt in his, qui ſuffocantur, quia aerem non recipiant, quia viæ ſunt coarctatæ, aut cauitatem non habent vacuam & expeditam vnde recipiatur, vt in his, qui hydrope pulmonis laborant: aut ob humores defluentes, & replentes cauitatem, aut ob caloris incendium, vel ſpirituum vitium aliquod. Nam cum aſpera arteria principium ſortiatur à ſummo gutture, & in pulmonem diſtribuatur, fit, vt quotiens ægri thoracem cum collo recte extendunt, arteriam ipſam dilatari contingit, ſimulque cum ipſa propagines omnes, quæ pulmonibus inſeruntur, aucta interim capacitate interiori; ob quam cauſam in quauis ſpecie anginæ, & in pleriſque pulmonis affectibus, ægri difficulter reſpirant, quoniam paucus aer inſpiratus ad imas thoracis partes propter obſtructionem non videtur poſſe pertingere, ſed in ſublimibus eius partibus conſiſtit. Quæ profecto reſpirationes non ſunt magnæ, vt nonnulli arbitrantur, ſed paruæ & denſæ; niſi velimus magnitudinem metiri, non multa inſpirati aeris eſſentia, ſed ſola thoracis dilatatione, vt Hipp. aliquando docuit. Quæ profecto vitia magis ac minus pro cauſæ copia vigent, vt noſter anginoſus oſtendit. Sed de re leui hæc ſint ſatis, & ad noſtrum laborantem redeamus, & modum cauſarum ſiue anginæ explicemus, quo clarius conſtabit differentia inter hanc ſpuriam anginam & reliquas.

Angina ſpuria naturam diſſimo continuandam proſequitur author.

Hæc ſane cauſa ſiue occaſio ita frequenti fumo partes faucium praue diſpoſuit, quod procinus ſuccis quibuſdam ad eaſdem euocatis, fere omnes muſculos ibidem exiſtentes, anginoſos ex fluxili pituita reddidit: quibus profecto prædictæ partes preſſius coarctatæ, ob denſitatem, tum cutis interioris ex fumo, tum vero ob humorum qui fluxerunt, imbibitionem, non ſolum anginam diuturnam concitauit, ſed & vocem etiam vitiauit cum leui dolore, & maximo, dum vehementer loqui conaretur laborans. Quibus intellecta anginæ huius idea, ex occaſione externa, & morboſa defluxione ad fauces compoſita, veritus ſum, ne, ſi tarde humor ille ibidem imbibitus pelleretur, aut reſolutione euaneſceret, in thoracem, aut pulmones dilabens, grauius efficeret malum, quantumuis laue primo acceſſu ſeſe oſtenderet; & ob id curationem inſtitui, maxima prouidentia cauſarum præhabita. 5

Angina ſpuria, qua reddita ſpuria per os vindicatum.

Sic enim initium ſumam ab his, quæ autores in eo caſu conſulunt. Haliabas *6. ſuæ practicæ cap.* 6
4. ſic inquit. *Qui autem ex fumo fuerit ſuffocatus, & diſſolutus, ſi ab eius ore ſpuma exierit, nulla via eſt ad eius ſalutem. qui autem non ſic, violarum gargariſſet oleo, & aquam tepidam ſorbitionem ex furfure: atque à clamore arceatur,* & verbis multis. Curat etiam ſic affectos pinguibus, & ſuffitibus aromatum non calidorum, ſed odoramentis frigidis, vt *nymphea, roſarum papaueris*, ob qualitatem manifeſtam fumo contrariam: quibus aer lucidus, clarus, & huius odoribus aſperſus vtiliſſimus eſt. Sed cum in noſtro laborante, licet ab hac cauſa malum originem duxerit, alia etiam non minoris momenti, *vt dictum eſt*, acceſſit, ob id alia eſt incedendum via.

Anginam ſpuriam curandi ratio.

Iuſſi primo prorſus occaſionem carbonum, fumi aut praui vaporis auferre: nam licet non fuiſſet 7.
tam intenſæ efficaciæ, quod protinus ſuffocaret, ex aſſiduo vſu, praua ad ſuccorum ſuſceptionem partes diſpo-

res diſponebat, & aeri laborantem expoſui puro & temperatiori in actiuis & paſſiuis, locauique in aere calidiori, non tamen ex igne, ſed ex protectione à frigore, & in cubili cuſtodito ornamentis quæ ipſum calfacerent. Hæc enim eſt prima & potiſſima ſubueniendi ratio ſuffocatione periclitantibus ex hac cauſa, nimirum aeri ipſos exponere puro & frigidiori; puro, ne caliginem augeat; frigidiori, quo ſpiritus calfacti refrigerentur. Sed in noſtro laborante temperatiori aere fuit vtendum, quia complicata affectio id expoſtulabat, vt mox audies.

8 Verum quia ex prædicta occaſione fluxione concitata, alia ex legitimis anginæ ſpeciebus ſuborta fuit, quæ ſolum imbibitione earum partium, muſculos moueri liberè impediebat, citra inflammatoriorum affectum: ob id quinque generibus præſidiorum præter viræ & victus inſtitutionem, hominem ad integram ſanitatem reduxi. Qua ratione conſideraui primo, in hac anginæ ſorte, ſolum eſſe humorum imbibitionem, & non affectionem phlegmonoſam, & ea cauſa alia via incedendum fore in eius curatione, quam ſit ea, quæ ab autoribus paſſim ſcribitur. Quapropter victum inſtitui ad ſiccius quodammodo inclinantem (quia occaſionem ſuffocationis ex fumo, primo abſtuli) ex *paſſulis & amygdalis toſtis*, *carnibus aſsis*, aut ſine iurulentis ſorbitionibus: exhibitis in vltima menſa *aniſo*, *fœniculo*, vel *in puluerem redactis*, aut *tabellis ex eis confectis cum ſacchato*. Potum iuſſi, ſemoto vino, ex aqua *decocta cinnamomo*, *radice China*, quam mutaui tranſacto breui tempore in aquam ex *ſaſafraſa*, & *ſpartaparella*. Inſtitui modicum exercitium, exterum continuum, ne immodico difficilius laborans reſpiraſſet, & vt continuitate ſufficienter imbibitum ſuccum tenuaret, & ſuperabundantem diſcuteret. Victus ratio.

9 Præterea frequentibus purgationibus minutim factis fluxionem curaui, alio transferre, & copiam minuere: cui vſui ſyrupum paraui hac lege. Excipe *ſaſafraſa Indica* ℥. i. *epithymi* ℥. ſ. *paſſularum ſine granis* ℥ i. ſ. bulliant in lib. 4. aquæ ad conſumptionem tertiæ par. & facta colatura, ſume eius *l. ii.* ſ. & adde *pulpæ ſeminis cartami* ℥. ii. ſ. *foliorum ſenæ.* ℥. i. ſ. *agarici trochiſcati* ℥. iii. ſ. iterum bulliant parum, & cum leui expreſſione colentur, & adde *ſucci borraginis & roſarum rubearum*, *ana* ℥. iii. ſ. *ſacchari quod ſufficiat* vt fiat ſerapium. Cuius porrige primo ℥. i. ſ. *cum aqua borraginis*: & poſtea ℥. ij. tandem plus minuſue miniſtrabis, prout operatio eius copioſior aut minor fuerit; quo vti poteris bis, ter ve in menſa. Syrupus diureticus.

10 Verum quia non ſat fuit, vt priſtinæ ſanitati reſtitueretur laborans, paraui *ſtillaticam aquam*, cuius noctu, dum iret dormitum ℥ ij. ſumeret, qua reliquias tum partis affectæ, tum totius corporis conterere facilius potuiſſet: maxime quia deperditam fere vocem recuperari ſibi laborans anxie poſtulabat. Quam ſic parabis. Recipe *ligni Guaiaci raſi. l. ſ. ſparteparella* ℥. iiii. *radicis China confracta* ℥ ii. *ſaſafraſa Indica* ℥. i *florum borraginis & violarum ana p. i florum thymi p. ſ. foliorum ſerpylli. m. i. hordei decorticati p. ii. ſacchari l. is* Coquantur vaſe cooperto *in l. iiii. aqua ad conſumptionem medietatis*, & tunc omnia ſimul excipiantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe diſtillentur. Aqua ſtillatitia.

11 His & reliquis perſentiebat laborans non leue præſidium; Cæterum cum nihil ſpueret, protrahebatur affectio, & ea de cauſa collutionem inſtitui ex *decocto fœniculi & liquiritia*, *ac ſpartaparella cum melle & guttulis aceti*, & poſtea cum modico oxymellite: hoc vtebatur bis ante prandium, & eodem modo ante cœnam. Collutio.

12 Item quo facilius, quod imbibitum erat in parte, renuaretur ac reſolueretur, iuſſi ſub mento vtrinque partes inungere *oleo liliorum alborum iaſminorum aut deapha*, & aliquando inſtitui modicum *theriaca magna* in prædictis oleis diſſoluere. Tandem ex omnibus ſimul cum modica cera, *ceratum*, aut ſi id non ſufficeret, *ceratum cum modico emplaſtro filii Zacharia*. Cæterum quia rebellis affectio & fluxionis acquiſita conſuetudo non ita facile auxiliis cedebat, ad *ſudationem ex China & ſpartaparella* perueni: quo beneficio ſemel in die præſtito, mirum in modum ſanitati videbatur accedere. Vnguentum. Ceratum. Sudatio.

13 Cum hoc tamen, quia ſemper aliquid tenue ad prædictas partes confluebat, fontanellam in altero brachiorum aperiri iuſſi, qua, tanquam cum vltimo præſidio, rem terminauimus, & ad ſalutem integram, Deo auſpice, reduximus laborantem. Fontanella.

De puella epileptica.

CONSVLTATIO III.

PVELLA ſeptem annorum, billioſæ & ſanguineæ naturæ, voraciſſima erat, & præter id, prauis vtebatur, vt terra, & gypſo; Hæc cum prope ignem ſteti ſſet, caputq; ob id plus iuſto incaluiſſet, cœpit pandiculare & oſcitari plus ſolito; ac poſtmodum tremore motui conuulſiuo perſimili correpta eſt iuxta brachium & crus ſiniſtrum, cum leui ſenſuum exteriorum obtuſione, & interiorum detentione: tandem à tenui pituita per os excreta, veluti à ſomno excitata, in ſeſe rediens, nihil eorum quæ paſſa fuerat, recordabatur: tamen de laſſitudine moleſta conquerebatur. Hæc deinceps, dum vel præ ira aut gaudio, vel alia animi paſſione ex vehementioribus moueretur, in eandem affectionem incidebat, ſicut dum vel à calore, aut grandi exercitio alterationem inconſuetam ſuſceptaret; ſicut cum vehe-

menter perturbaretur. Verum, quod maioris erat conſiderationis in hac laborante, acceſſiones non ſemper eodem modo ſuccreſcere, ſed nunc cum grandi ſenſuum omnium oblæſione, nunc cum minori: aliquando cum vehementiſſimis motibus, & non raro cum mitioribus: & vltimo cum imperceptibili motu, ſed ſomno veluti profundo: item cum faciei pallore: ac poſtea, cum menſes fluere inſtabant, præcedente grandi capitis dolore, grauitate & faciei rubore, incidebat in acceſſionem, mutato protinus rubore in ſubalbidum colorem, cum pulſus oppreſſione.

Fuit profecto hæc fœmina adeo famoſa malis, quod fere omnium Medicorum huius Regni 2 conſilio vſa fuerit, citra vllum horum morborum leuamen. Nec mirum quidem, cum cauſarum varietas, & earum viciſſitudo in concitandis acceſſionibus, adeo fuerit difficulter comprehenſibilis, quod neque vno præſidio, neque multis, ei ſatisfactum fuiſſet: & ob id accerſitus ad hoc conſilium, multa mihi viſum fuit conſiderare ante curationis decretum.

Epilepſia varietas in nobili puella inquiritur, & a iorum etiam ſymptomatum natura.

Primo itaq; conſideraui, affectionem hanc eſſe epilepſiam, ex motibus conuulſiuis, nō aſſiduis, 3 ſed fere in toto: & ex ſenſuum oblæſione & oppreſſione cum rerum obliuione conſtitutam: prodeuntem quidem ab innumeris cauſarum & occaſionum ſortibus, cæterum efficientibus in parte anteriori & poſteriori cerebri duplicem tantum morborum ſortem. Quales vero hi morbi ſint, cum inter autores, neque adhuc in ſcriptis Hipp. & Gal. ſatis conſtet vna ſententia, difficillimum aliquibus viſum fuit, verum & vnum de hac re proferre decretum. Cæterum, quia latius libro *de curandis internis affectionibus*, huius rei naturam expoſuimus adeo accurate, quod opus non ſit aliquid mutare, ſolum hac in parte, quæ huic laboranti proficua fuerunt, ad cognitionem cauſarum & varietatis acceſſionum integram notitiam, ſcribam, quibus curandi ratio certior fiet.

Referam tamen, adeo fuiſſe vtilem autorum varietatem in indagatione naturæ huius morbi, 4 quod ex ea proculdubio emanauit integra & perfecta eius notitia, quo magis eorum ſententias laudare, & amice recipere, quam (vt nonnulli faciunt) vitio vertere, æquiſſimum iudico. Nam qui ſtatuerunt, morbum in hac affectione eſſe obſtructionem, veriſſimum tenent: cæterum limitanda eſt hæc ſententia amico conceptu, nimirum non eſſe omnimodam obſtructionem, quo ſecluderetur ab apoplexia, quę eſt omnimoda priuatio ſenſus & motus: quo à poſteriori colligimus, eſſe omnimodam obſtructionem. Hanc etiam ſententiam limitat ea, quæ tenet, in epilepſia per primam affectionem neceſſario obſtructionem adeſſe, vt dictum eſt: verum in ea quę per conſenſum fit, ſufficere irritationem: quo conſtat, aliam cauſam, præter obſtructionem, eſſe addendam in omni epilepſia. Vltimo vero & verius atq; communius omnibus epilepſiis, arbitrantur, qui has omnes ſententias ita explicant, quod in omni epilepſia opus ſit vtroque morbo, nimirum obſtructione & mordacitate, quæ certum quendam ſolutionis continui modum efficiant. Quod profecto ex natura ipſius rei ita oportuit fieri: nam in omnimoda obſtructione ita vincitur & ligatur cerebri potentia, quod ne minimum quidem operetur: quo fuit neceſſarium in epilepſia, humores nō prorſus obſtruere, ſed rariores eſſe vt aliquid virtutis ſupereſſet liberum, quo & ſentire potuiſſet irritamentum, ac excitaretur ad nocui pulſum; quod in apoplexia ob adductam rationem non contingit. Cui cauſæ ſic diſpoſitæ accedit, vel grauari naturam, vel mordere partes: nam vt mea mens tenet, ſemper aliquid acre ac mordax his ſuccis accedit, naturam laceſſens: verum in hac epilepſia per eſſentiam, eſt longe minor mordicatio, quam ſit obſtructio: & ſic maior ſenſuum iactura, quam motus conuulſiuus: at in ea, quæ per conſenſum fit, maior morſus & motionum vehementia, & grandius irritamentum & illegitima & minor obſtructio, qua non obturatur cauitas, ſed ob prauam membranarum & cerebri motionem, non remanet æquali modo aperta via, ſed hincinde pro motus diuerſitate coarctatur: ſic in hac epilepſia minor fit ſenſuum iactura, imo aliquando paruiſſima, aut fere nulla. Quibus libero animo intellectis, conſtabit imbecillitas redargutionis, qua nonnulli conantur euertere hanc veritatem: forſan recidentes in eandem, ratione ter coacti, quantumuis primo acceſſu conentur infirmare.

Epilepſia quæcunq; obſtructionē & continui ſolutionem poſtulat.

Hæc profecto de eſſentia ſufficere videntur ad veram notitiam affectionis noſtræ laborantis: 5 nam certum eſt, omnes has epilepſiæ ſortes viciſſim eam apprehendere; quod ad veram curationem maxime proficuum ſit. Patiebatur quidem hæc puella, toto tempore, ante debitum tempus menſtruæ purgationis, acceſſionem cum graui ſenſuum omnium oppreſſione, & vehementibus etiam motionibus. Ratio profecto erat, magnus prouentus crudorum ſuccorum ob ingentem voracitatem prauorum. Item motus vehementes ob bilis (quia biliosa erat) admixtionem, quo acrior & mordacior ac tenuior facta cruda materia, frequentius ad cerebrum agebatur: & ſic frequentibus acceſſionibus erat correpta: maxime cum accedebat aliqua cauſa externa, vt ignis; aut interna, quæ calorem concitaret, quo humores concitati ac rariores facti, protinus corripiebatur acceſſione. Quæ profecto cauſa euidenter docet, ſenes non poſſe in epilepſiam incidere, vt pueri, qui cum voraciſſimi ſint, & crudis ſuccis pleni, rarius in apoplexiam incidunt, & frequentiſſime in epilepſiam: ad cuius veritatis probationem non opus eſt autorum decretis, quia euentus fidem facit, & cauſa ea rei natura commonſtrat, adeo vt contrariæ rationes, quæ poſſint afferri, non ſolum veritatem non euertunt, ſed potius videntur confirmare: quia hoc habent proprium leuia argumenta, quæ aduerſus ea, quæ rationi conſona ſunt, opponuntur, quod potius veritatem comprobent, quam redarguant. Succreſcebat non raro huic puellæ acceſſio vehementioribus motibus concitata, vt de bilis commixtione dictum eſt: nam ipſa bilis raro ſola epilepſiam concitat: non quod obſtruere non poſſit, ſed quod vel alium affectum, cerebrum irrigans, prius concitaret, vel breuiter efficeret totam acceſſionem: aut ſi quando id nata eſt mouere, erit pituita admixta, & tunc prædominante bile, acceſſio incipiet à quadam delirij ſpecie, quam mentis turbatio primo à bile facta oſtendit, vt mox obſtructionem cum pituita tenui efficiat: ſed hæc

Senes cur non epileptici, ſed apoplectici: pueri contra.

raro

taru viſuntur, quia ante obſtructionem, vel aliud malum commouebit, vel faciliter expurgabitur.

Erat inſuper hæc puella aliquando mœſta, taciturna & mœrore plena: maxime cum ex aliqua animi paſſione in melancholicum affectum perueniebat: à quo in acceſſionem procidens, oculis intentis, cordis partes manibus veluti dilacerare ſtudebat, & poſt acceſſionem nihil excernebat per os, ſed ſuſpiriis ingemiſcebat, & ploratu magno excitabatur; ſignum profecto melancholici humoris, vel euaporantis, vel cum pituita permixti. Namque ſola melancholia raro concitat epilepſiam, quia difficilius attenuatur quam pituita: quippe, mutua viciſſitudine, licet mutentur affectus melancholici in epilepſiam, hoc fit profecto, mutata melancholiæ natura in tartiorem formam, acceſſu alicuius ſucci tenuioris.

6 Præterea non raro ſubito caſu in vehementiſſimam procidebat epilepſiam ex flatu aut vapore ab vtero eleuato, idque cum tredecim eſſet annorum, & menſtruum ſanguinem non expurgandum, propter obſtructionem à prauis edulijs, coogregare inciperet. In qua acceſſionum forta coniectandum eſt, epilepſiam fieri per conſenſum: cæterum non ob id credendum eſt, citra obſtructionem poſſe ſuccreſcere; quia licet minus ſenſibus orbata conciderer; tamen ob vehementes motiones, certus quidam modus obturationis ſuccreſcebat, qui licet, *vt dictum eſt*, diuerſus ſit à vera obſtructione; tamen cum hoc impeditur ſpirituum motio, & ſenſuum operatio: quem modum Aui. *fen. 2. p. doctrina 1. cap. 3.* larga oratione explicuit. Nam cum certum ſit, cerebri facultatem, vt ſeſe expedlat à moleſtia mordicantis, concuſſionem efficere in partibus, quæ moleſtantur, ſimul coadiuuante motu dilatatiuo & compreſſiuo ipſius cerebri, partibus etiam neruoſis in conſenſum conocatis: ſic enim ſtatuit *Gal. 7. apho. comment. 76.* dicens: *Quia vaporoſa ſubſtantia membranas cerebri & neruos concutit; ad motum enim membranarum nerui & muſculi prauo motu agitantur:* Verum quod certius ſit, virtutem illam motiuam in tunicis & in cerebro ſimul reſidere (quod iam probare aggredior) multa enim tollit hæc aſſertio inconuenientia in motionibus cerebri, maxime cum ſatis ſit in re dubia in experimentum huic ſententiæ accedere, quia viuente animali, cerebri ſubſtantiam impoſſibile eſt motu carere, & viuo adhuc animali cernimus membranas in vulneribus aliquando eſſe immobiles: quod ſi ad motum cerebri mouerentur, non poſſent viuo animali quieſcere, quia cerebrum eo tempore quieſcere eſt impoſſibile, ac ex conſequenti conſtat etiam ſua ſponte & ea ſe moueri, & ob aliquam cauſã extra naturæ leges quieſcere. Nec valet, Gal. dixiſſe *6 de pla. cap. 8.* membranas & reliquas partes ſimplices eodem modo ſe habere in vniuerſo corpore; quia id intelligitur de natiua compoſitione, non de officio. *Epilepſia per conſenſum fieri non poteſt abſq; obſtructione.*

7 Accedit huic probationi ratio non minoris momenti, ex fine actionum cerebri deſumpta: nam ſi certum eſt, membranas feciſſe naturam in ſubſidium & tutelam medullaris ſubſtantiæ, credibile non eſt, ipſam coegiſſe eaſdem mouere perpetuo labore, quo maius foret onus & detrimentum perpetuæ motionis, quam beneficium ea tutela. Præterquã quod membro adeo principi & altiſſimo miniſterio ſenſuum omnium dicato: alienum videbatur à ratione committere miniſterium adeo laborioſum, quod ipſum poſſet diſtrahere à præcipuo eius miniſterio: aut ſaltem erat impoſſibile, cerebrum non fatigari in perpetua illa eleuatione, pondere duarum membranarum. Sed vt clarius conſtet huius rei veritas, expende, cerebrum duas ſortiri membranas, quarum vtraque ſimul cum cerebro mouetur; quod monſtrat ocularis fides: cæterum hæc eſt in motu differentia, quod cerebrum & tenuis membrana à ſe ipſis mouentur; dura vero non niſi à motu tenuis, quæ ſubtus iacet, ne vtraq; eſſet cerebro graue onus. Sic enim tenuis, inter alios vſus, quos præſtat, vim habet, craſſam ſubleuandi, quo libere cerebrum moueri poſſit. Sic profecto in vulneribus capitis prauiſſimum eſt ſignum, craſſam tunicam immobilem apparere: non quidem quod ea ſe motum habeat, ſed quod arguat, tenuem feritate vulneris immobilem factam fuiſſe: præludium profecto lethalis cerebri ipſius quietis; cum certum ſit, ipſum non poſſe viuo animali prorſus quieſcere: atque hæc de re dubia ſufficiant.

8 Vltimo, dum præteriiſſet iam in hac fœmina tempus menſtruationis, quia decimumſextum agebat annum, & menſes adhuc non proruperant, acceſſiones paulo poſt plenilunium, aut parum ante ipſum, cæteris temporibus totius menſis erant longe vehementiores, antecedente maxima capitis grauitate, dolore & faciei rubore, ita vt copioſum ſanguinem illuc commigraſſe, viſum fuerit, licet incipiente acceſſione, rubor in ſubalbidum colorem mutaretur.

9 In qua re dubitatum fuit ab antiquis, *an ex ſanguine poſſet fieri epilepſia*, & nos libro noſtro Praxis latius diſputauimus. Cæterum ex ſanguine fieri, adeo difficile viſum fuit antiquis, quod vel eius rei nulla apud pleroſque reperiatur mentio, vel modum quo fieri potuiſſet, non exacte explicuerint. Ego tamen ea parte poſſe fieri probaui ex Hippocr. Galen. & Auicen. mente: modum autem ex me propoſui, adeo verum & facilem, quod creditu ſit difficile, alia via poſſe fieri. Quippe dictum eſt, ſcilicet compreſſione cerebri cauitates coarctari, non tamen prorſus, ſed quantum ſat ſit, vt aliquid ſpiritus permeet, & natura conetur maius malum præcauens, conuulſiuis motibus excitatis, id vitare. Namque in cerebro ſanguinem extrauenari in epilepſia, vt reliquos humores, conſpicimus, ac obſtructionem modo communi efficere, citra id quod in grumos concreſcat, vt nonnulli cenſent, vel putredinem contrahat, vel alicubi ſenſibiliter expurgetur, aut apoplexia facta, hominem interficiat, non ita facile capiet intellectus. Quippe ſi grumeſcit, perpetuam efficiet epilepſiam: quia nullibi poteſt expurgari, neq; vllo modo tam cito liberaretur ab acceſſione laborans: vel maius malum efficeret, ſicut dum putreſcit: aut ſi nil horũ fecerit, neceſſum erit alicubi expurgari, aut aliunde tranſmitti; quod huc uſque non vidimus, aut ſcriptum comperimus. Certum itaque eſt, ſanguinem poſſe obſtruere (hoc *Epilepſia an à ſanguine oriri poſſit.*

eſt,

eſt, præ venarum abundantia, cauitates coarctari, vt epilepſiam efficiat) ſolum modo dicto nam aliter
videtur creditu difficile. Sit ne ſanguis corruptus, aut ſecus, conſiderata, nullius eſt momenti ad ob-
ſtructionem huius naturæ efficiendam.

Sic profecto in hac puella menſtrualis ſanguis non purgatus ad ſuperiora recurrebat, & repletis 10
venis, dolorem, grauitatem ac ruborem concitabat in capite & facie: ac mox ob prædictum obſtru-
ctionis modum in epilepſiam incidebat, qua excitata, mediantibus prædictis motibus, ſanguis iterũ
ad proxima & inferiora vaſa dilabens, decolor reddebatur; cæterum laſſitudinẽ & capitis maxima im-
becillitate adeo male affecta, quod nec vocem, nec lucem per aliquod temporis ſpatiũ perferre potuiſſet.

Quibus omnibus diligentiſſime conſideratis, euidenter conſtitit, hanc laborantem pati epile- 11
pſiam; tum per conſenſum ab vtero, & aliquando à iecore, per bilis admixtionem cum pituita non-
nunquam etiam capite male affecto per eſſentiam, incidere in acceſſionem à pituitoſo & craſſo ſucco:
& aliquando à melancholico nimis attenuato: & viro iam matura, à ſanguine, vt nuper diximus. Quo
mihi perſuaſi, difficiliter poſſe ſanitati reſtitui; quinimo periclitari plurimum ob acceſſionum fre-
quentiam, quam tam ingens cauſarum varietas & efficacia minatur certitudine maxima: præſertim
cum eius caput ſumme eſſet imbecillitate fere natiua affectum.

Epilepſiam curandi ratio.

Ad curationem huius laborantis accerſitus fui, parum ante menſtruæ purgationis tempus, malo 12
iam multis annis inueterato: in quo obſeruaui diligenter prædictam acceſſionum varietatem. Et ſic
primo mali acceſſu, cognita iſtius fœminæ voracitate & vſu terræ, conieci ex hoc, terreſtrem & melan-
cholicum ſuccum congeri, & adiungi cum aduſto ex vbertate bilis, non parum: ex voracitate vero,
crudorum ſuccorum adeſſe etiam copiam: item ex calido iecore bilis prouentum: & ea menſibus non
purgatis, vel prauos vapores ſanguinis caput aſcendere, vel ſanguinem ipſum, illic efficientem epile-
pſiam modo dicto.

Victus ratio.

Quibus conſideratis, primo inſtitui viuendi modum, ex toto præcauens vſum terræ, quantum 13
potui, & mox alimenti quantitatem metiens, præcepi ſolum ingerere quantum videbatur probe poſſe
concoqui, vt protinus monſtrabat vrina melioris coloris, & alui excrementum laudabilius quam
antea. Præſtiti alimenta boni ſucci, ex carnibus *auium*, *arietis* & *vituli*; cum ouis ſorbilibus in cœ-
na, vel pulli aut pullæ modicum, quam ſemper parciorem conſului, non tamen adeo exquiſitam,
quod iecur & bilioſum corpus calidius, ſiccius & feruidius efficerentur. Iuſſi tamen in prima
menſa, hyberno tempore, *paſſulis* vti cum *amygdalis* toſtis, & conceſſi ex fructibus cuiuſuis temporis
anni modicum: in vltima vero menſa tragea.m ex *coriandro preparato*, vel ex puluere *grauorum & ra-
dicis peonia*. Potum inſtitui ex *aqua cinnamomi*, *aut ſaſafraſa*, *coriandro praeparato vel radice peonia*, *aut ſcor-
zonera decocto*. Curaui inſuper diligenter omnem animi paſſionem vitare, nam facillime corripieba-
tur. Exercitium continuum, ſed moderatum, ob iecoris incendium, inſtitui: ſomnum diuturnum
interdixi, & nocturnum ſolum ſex horarum conceſſi, qui ſufficiens erat coctioni alimentorum, & ca-
put non replebat.

Menſes qua ratione euocentur.

Vita ſic inſtituta, primo menſes euocare ſtudui; cui vſui, ante Lunæ coniunctionem, ex brachio 14
ſanguinem miſi bis, vno menſe interpoſito, non tamen copioſe. At parum ante plenilunium ex talo
copioſius ſanguinẽ extrahi iuſſi, quo acceſſiones quæ ea ſanguine ſuccreſcebant, mitiores erant; ſignũ
profecto futuri beneficii ea menſtruali purgatione. Nec plurimum curaui pharmacis purgatoriis vti;
cæterum dum menſes non fluebant, leui pharmaco corpus purgaui, maxime ex *ſyrupo roſarum ſoluto
cum modica lacte ſeminis cartami*, & aliquando *infuſo agarici aut rhabarbari*, prout humorem dominari
conie[illegible].

Syrupus menſes mouens.

Tandem menſes euocaui exhibito ſerapio noſtræ compoſitionis, qui recipit, *quinque radicum diu-* 15
*reticarum ana l ſ. foliorum lupulorum, myrica & capillorum veneris, ana manip. ij. graminis m. ij. radicis rumicis &
rubeæ ana ℥ ij florum cordialium ana p. ij. ſaſafraſa Indica ℥ iij. cinnamomi ℥ iij* bulliant omnia vaſe cooperto
in lib. v aquæ ſecundum artem, vſque ad conſumptionem quartæ partis, & omnia ſimul ponantur in *alem-
bico vitreo*, cum *drachmis duabus confectionis Alkermes*, & totidem *electarii de hyacinto*, quæ diſſoluantur in
modica *aqua roſarum*, & miſceantur & inſtillentur in duplici vaſe. Huius aquæ ſume *l. ij.* & adde *ſucci po-
morum dulcium lupulorum & borraginis ana ℥. v.* & cum ſacchar o fiat ſerapium: cuius porrigebam ℥ iii.
cum modica *aqua capillorum veneris*. & iuſſi ſummo mane exercitium fieri per locum accliuem & decli-
uem: quo facto viginti dierum ſpatio, ex eodem ſyrupo accepi ℥ a. cui admiſcui *pulueris diamargariton
frigidi ℥ ii. pulueris radicis rubeæ ℥ i. & ſ chalybis ſubtiliter limati & loti aqua roſacea ℥ iiii.* & exhibito mane hu-
ius opiatæ cochleare vno, idem exercitium commendaui: præcauens tamen, ne iecur incaleſceret ex-
ercitiis, inſtitui opiatam ſumere tertio quoquo die, & diebus intermediis præbui ius pulli decocti ci-
chorio, ſcariola, lupulo & borragine; quo ſumpto quieſcere iuſſi.

Quibus factis duorum menſium ſpatio, & eo tempore adhibitis crurum lauacris, & ſemel ſan- 16
guine miſſo ex talo, menſes apparere cœperunt, & continuato ſyrupo prædicto cum minori exerci-
tio, iuxta plenilunium iterum menſes fluxerunt: cæterum quia non erat pro ratione copiæ ſan-
guinis, quem iecur calidum gignebat, decreui fontanellam in crure dextro aperire, coactus acceſſio-
num feritate: nam cruris fonticulis aperiri, vbi opus eſt menſes fluere, non ſemper eſt tutum, niſi in
his quibus fluere deſierunt, ſed de hoc alibi: quæ mitiores deinceps aderant acceſſiones, eæ præſertim
quæ oſtendebant, copioſum ſanguinem caput irruere, nec non & eę quæ per conſenſum ab vtero pro-
ueniebant.

At quia acceſſiones prodeuntes ex craſſis & melancholicis ſuccis indies magis ingraueſcebant, 17
conſului purgationibus hos ſuccos minuere, quo minor fieret eorum aſcenſus in caput: cui vſui aſſum
mihi

mihi fuit, ſemel in menſe in temporibus calidis, & bis in frigidis, ſerapium purgatiuum porrigere, hac lege confectum. Accipe *decocti pugini ſine gingibert. l. ſ. lactis ſeminis cartami* ℥ *iiij. liquoris ex nouem infuſionibus roſarum Perſicarum, aut ſucci earundem roſarum* ℥ *vi. ex infuſionibus violarum* ℥ *iiij. ſacchari quod ſufficiat*, vt fiat ſerapium, cuius præbui ℥ ij. & ſ. Syrupus purgatiuus.

Verum quia licet ſufficienter corpus fuiſſet purgatum, & ab his recrementis liberum, adhuc magis ingraueſcebant acceſſiones, decreui aliam fontanellam aperire in ſiniſtro brachio, quia intellexi, morbum adeo diuturnũ factum iam exiſtere in cerebro, quod certum erat ipſum ſemper his luccis abundare, quibus purgationes per ventrem videbantur non ſufficere. Fontanella.

Neque ob id malum quantum par erat, miteſcebat, ſed ob frequentiam & feritatem, mortem citiſſimam minabatur, aut ad minus commeatum in alium grauiorem affectum: & ob id optima ratione ductus conieci connaturalẽ cerebri intemperiem, non ſolum ipſum faciliter excrementa recipere; cæterum iam ipſummet ex proprio alimento, quantumuis laudabili, excrementa præſtabat grauiſſimas cõcitantia acceſſiones. Quo ſane diſcurſu ductus, occipitium ferro candenti inurere iuſſi & foramen diu apertum conſeruare, per quod expirabat id, quod quotidie cerebrum non ſolum ſuſcipiebat, ſed & generabat. Quod præſidiũ eius fuit poteſtatis, quod deinceps rarius in acceſſiones incideret, & cum hoc mitiores erant, adeo vt ipſa & aſſiſtentes crederent integram ſanitatem fuiſſe adeptam. Cauterium.

Verum quia mali natura erat nimis antiquata, & ex innata conditione reuerſiua, prouidi eis vti auxiliis, quæ prauorum ſuccorum reliquias, in toto & in capite contererent, quantum poſſibile fuiſſet in morbo tantæ feritatis & diminutæ ſpei ſalutis. Sic profecto tertio quoque die porrigebam ℥ j. mirabilis aquæ, quæ hac lege conficitur. Accipe *mellis ſcibillitici* ℥ *viij. ſyrupi ſtœchados & lupulorum ana* ʒ *vi. foliorum lupulorum. m. iiij. Epithymi* ℥ *i. ſ. borraginis, linguæ ceruinæ, viſci quercini ana m. q. calami aromatici, ſerici crudi ana* ℥ *i. herbæ paralyſis. m. iii. betonicæ, maiorana, ana. m. ij radicis ariſtolochiæ, peoniæ, ana. l. ſ. radicis ſcorzoneræ. l. i. florum cordialium, florum tiliæ lauendulæ, antos & genyſtæ ana* ℥ *q.* conterantur omnia & miſceantur, & adde *theriacæ ſmaragdorum & electuarij de hyacinto, & confectionis Alkermes ana* ʒ *iij.* diſſoluantur in *libris quatuor aquæ ceraſorum & tiliæ* & recipiantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe inſtillentur. Alia maioris momenti ad omnẽ epilepſiam, ſed maxime ad inueteratã paralyſim, quæ recipit *florum lilij conuallis l. ſ. florum peoniæ, lauendulæ, betonicæ ana. l. ſ. foliorum tiliæ, verbaſci odorati ana* ℥ *iij. radicis peoniæ & ſeminis eiuſdem ana* ℥ *ij. ſ. radicis ariſtolochiæ longæ* ʒ *i. & ſ. viſci quercini* ʒ *viij cubebarũ* ℥ *i. piperis nigri, caſtorei pontici ana* ℥ *ſ.* inſcindantur inſcindenda, & infundantur *in lib. 3.* vini optimi ſpatio trium ſeptimanarum, & Soli exponantur in loco calido, & quotidie agitentur, tandem inſtillentur in balneo Mariæ. Profuit & aliis pleriſq; non minus opiata ad magnitudinem fabæ mane exhibita, quæ recipit *hirundinum deplumatarum & lotarum vino, num. 5.* aſſentur lento igne, & ſæpe ipſas illiniendo *butyro liquato aceto ſcibillitico*, ita vt minus comburantur, & poſtea in furno exſiccentur, donec in puluerem redigi poſſint, & adde *conſeruæ florum peoniæ, & florum herbæ paralyſis ana* ℥ *i. pulueris radicis peoniæ* ʒ *iiij. conſeruæ antos* ℥ *ſ.* miſce cum *modico exymellite ſcibillitico*, & fiat ad modum opiatæ. Hæc quidem licet guſtui grata admodum non ſit, ſummum præſtat beneficium in acceſſione & extra ipſam, tum liquata cum aqua ceraſorum, & facta colatura iniectis guttulis eius per os; tum abluta facie: item præſeruationis gratia omni tempore. Ex quibus profecto, ſi Medicus ſtudiis deditus ſit, mille alia medicamenta effingere poterit: hoc vno adſeruato, quod his, qui pituitoſo abundant ſucco, *exymellitem* & incidentia addat: his qui melancholico, ea quæ melancholiam corrigant. Sic melancholicis confert conditum, quod recipit *conſeruæ borraginis & bugloſſæ* ʒ *i. theriacæ ſmaragdorum & Mithridatij ana* ʒ *i. exymellitis ſcibillitici quartam vnam, ſyrupi de pomis & ſtœchados ana* ℥ *i. lapidis hematitis* ℈ *i. miſce cum lamina auri.* Inſuper pituitoſis confert, præter hæc omnia, puluis cum *iure pulli exhibitus, qui recipit ſeminum peoniæ pulueris cranei humani ana* ℥ *iii. gariophyllorum, nucis muſcatæ, ſeminis citri ana* ʒ *i. miſce & porrige* ʒ *i.* cum iuret vel ex prædicto puluere fiat conditum cum *exymellite ſcibillitico, & conſeruæ florum ſtœchados, maioranæ & ſiminum.* Reliquias prauorum ſuccorum vtiliter remouentia medicamenta. Aqua mirabilis ad reliquias paralyſis. Aqua ad epilepſiam inueteratam. Opiata ad epilepſiam. In melancholicis. In pituitoſis.

Conſului etiam tabellis vti ante cœnam, quæ recipiunt *radicis & ſeminis peoniæ ana* ʒ *i. ariſtolochiæ rotundæ* ʒ *q. myrrhæ electæ coralli rubei, raſuræ cornu cerui, & oſſis de corde cerui, ac eboris ana* ʒ *ſ. baſiliconis cardamomi & ſtaphiſagriæ ana* ℈ *i. viſci quercini* ℈ *ſ. pulueris cranei humani* ʒ *i. & ſ. pulueris lapidis bezoar, & electarij de gemmis ac diamargaritonis frigidi ana* ℈ *i. ſacchari diſſoluti in aqua tiliæ quod ſufficiat* vt fiant tabellæ. Item mane porrigebam *mellis ſcyllitici modicum*, aut *paſſulas madefactas in aqua tiliæ*, cum modico *exymelite*. Maximi etiam fuit momenti ſemel in ſeptimana vti guttulis duabus *olei vitrioli in lib. ij aquæ tiliæ iniectis*, & huius mixturæ porrigere ℥ ij. Profuerunt plurimum capitis lauacra ex *ligno Guaiaco*: item ex *aqua mulſa*, in qua ferbuerint *pulegium, ſerpyllum, calamentum, & flores ſtœchados.* Pari ratione poſt lauacra adhibui, dum dolore caput premebatur, in circuitu eius, tres aut quatuor hirudines, quæ parum ſanguinis extraherent. Inſuper vtebar cataplaſmate confecto ex *panis & amygdalis amaris* cum *floribus ſtœchados & tiliæ, & calamento & radicibus ireos*, cum modico *caſtoreo* optime decoctis in aqua mulſa. Tabellæ. Oleũ vitrioli. Lauacra. Hirudines. Cataplaſmata.

Vſus etiam fui toto tempore mali, decocto *ligni Guaiaci* cum *radice peoniæ*, tum cum cibis exhibito, tum & per ſe mane, aut cum laborans iret dormitum; quod magni fuiſſe vſus expertus ſum, maxime ad craſſos ſuccos & flatus conterendos, quibus omnibus longe melius ſe habuit laborans: licet ex toto non fuerit ſanitati reſtituta. Decoctum Guaiaci.

De faſtidito & ſiticuloſo.

CONSVLTATIO IV.

VIR quidam nobili familia ortus, cum ageret quadrageſimum tertium annum, correptus fuit poſt Caniculæ ortum febre tertiana adeo extenſa, quod continuitatem obtinere, quis putaret: tandem à Medicis curatus euaſit ſine febre ſexageſimo die; cæterum cum ingenti ciborum faſtidio, & ſiti moleſtiſſima. Erat autem laborans natura biliosus, cum iecoris calore, ſed ex intempeſtiuis potionibus, & ciborum deprauatorum vſu, pituitoſis & male affectis cruditatibus abundans: & cum hoc ventriculi os, palatum & fauces ſalſuginoſa defluxione à capite irrigabantur: quia ea vbertate & mobilitate bilis aliquid ad caput ea crudis recurrebat ſimul; quod ſalſuginoſum factum, iterum ad prædictas partes confluens, ſitim concitabat. Atq; cum ſemiputrida & mucilaginoſa, ac male affecta pituita ventriculum inundaſſet, faſtidio etiam incredibili infeſtabatur homo. Quibus profectu, cum ventris etiam tremore, & crurum atq; brachiorum extenuatione laborans plurimum moleſtatus ad noſtras peruenit manus, patiens inſuper multa accidentia, ſcitu ſummopere digna, & quæ maximam in cognitione & curatione inferebant difficultatem.

Fames quid Verum vt ab eis, quæ in hac re ſunt difficilia, me poſſim breuiter eruere, decreui primo ea omnia diligenter expendere (ſi prius dixero, nullo alio modo poſſe commodius explicari ciborum faſtidia, quam ſatis intellecta natura famis & ſitis, quæ ſunt faſtidio quodammodo contraria) quod profecto clarius intelliges, ſi conſideraueris, quid apud Hippocrat. nomine famis liceat percipere. Nam *2. aph.* 16. ſummam dicit eſſe eſuritionem, ſiue voluntaria ſit, ſiue coacta, ob annonam, in quib. laborandum non eſſe cenſuit, & ſic conſulit, carnes habentes humidas decere ieiunare *7. apho.* 57. Aliter vero accipitur fames, pro deſiderio & appetitu alimentorum: quo ſuppoſito, diligenter explicare incumbit, in quo ſita exiſtat famis & ſitis vera ratio.

Fames neceſſaria requiſita. Cui vſui expedit multa ſcire. Primum eſt, tria eſſe, quæ ſummopere ſunt ad faméſcendũ neceſſaria: nimirum, *qualis natura & fortis ſit potentia, cui natura commiſit hoc fameſcendi miniſterium*: ſecundum, *quod ſit obiectum quo hac potentia mouetur ad id opus*: tertium, *quo medio moueat potentiam obiectum, vt in opus fameſcendi excitetur*. Inſuper ſciendum eſt, conferre ad rei veritatem indagandam, explicare, *an ſitis prerequirat eadem media, ac fames, vel aliquo modo diuerſa*. Præterea diſceptandum eſt, *an cum ſibi faſtidio poſſit ſanitas coniungi*. Inſuper ſcire conuenit, *an citra id accidens, quod vere dicitur fames, alicui inſit appetitus alimenti*. Vltra quæ omnia inquirere oportet, *an in vno eodemq; ventris ore, appetentia potus, & ſibi faſtidium ſimul coniungi poſſit*. Vltimum vero erit, diſquirere, *quomodo tanto potu, quanto hic laborans vtebatur, ſitis nunquam ſubſidium ſuſcepiſſet*: quibus explicatis, via ſternitur ad cognitionem naturæ & cauſarum faſtidii & ſitis huius laborantis, & ad vtriuſque medelam.

Potentia fameſcendi qualis natura & fortis ſit. Circa primum ex tribus, quibus fames concitatur, quod eſt, potentiæ, cui incumbit cognitio, ſtatuendum eſt, varietatem opinionum de hac re diſceptantium, non omnia eſſe poſthabendam, ſiquidem earum quælibet aliquid vtile habet, aut neceſſarium ad inquirendam veritatem: ſcilicet nulla earum prorſus integrauerit dubii enodationem. In qua re cenſeo, quod ſicut ventris fundo natura coquendi munus largita eſt, ita profecto Gal. *2. aph.* 20. & *1. de ratione vict. com. vicento* 18. nos docet fameſcendi miniſteriũ naturam ſoli ventris ori conceſſiſſe, media tamen ſenſus tactus actione; dummodo intelligas, quid tactus in ea parte peculiarius operetur, quam in quauis alia, vbi tactus vtitur tangendi munere. Ori itaq; ventris primo exactiſſimum præſtitit & acutiſſimum ſenſum natura, adeo vt à quouis tangibili facillime alteretur, ita vt dolores maximos & syncopticos perpetiatur. Præterea ob id acutũ ſenſum huic parti tribuit, quia talem expoſtulabat fameſcendi munus, huic ſoli parti tributum: quia fames res erat ſummopere indiuiduo neceſſaria. In quo mirabili munere ſciendum eſt, quod hac in parte ſenſus tactus duo efficit opera: alterum eſt, quoduis tangibile acutiſſime percipere, & etiam famem ſeu appetitum concitare: ita vt (licet tactus per vniuerſum corpus fuerit diſperſus) ſolum in hac parte ſenſus ad fameſcendum reperiatur, ea dignitate & præſtantia ſupra communem tangendi poteſtatem inſignitus, quod videatur aliquo modo diuerſus, quatenus par ad diſtinguendum hoc fameſcendi munus, in animalis tutelam, & alimenti proſecutionem, à communi tangendi officio, ne quouis ana diſſipatione periret ocyſſime. Namq; id eſt priuilegium, & ea eſt poteſtas huius facultatis in hac parte, quod alterationes & paſſiones ſui organi, citra externum incurſum poſſit percipere: non quidem quod percipiat ſenſationes ipſas, ſed quia ſentit obiecta illarum ſenſationum: nam i[illegible] altioris eſt potentię.

Quippe ea fuit ratio, propter quam acutiſſimo tactu donatur, vt dum certo quodam modo immutaretur (& non quomodocumque) ac deuiaret à ſua natura; quamuis quod illi offertur, non ſit immutatiuum ſenſus in alia parte, ob ſui paruitatem & peculiarem modum: tamen ex ventriculi proprio tactus acumine, & ſingulari hac dignitate & poteſtate concitandi, famem percipit, & leui quadã doloris ſorte moleſtatur, & inſurgit ad id miniſterium. Quo conſtat, qualis & quanta interſit differentia inter verum dolorem, non ſolum in quauis corporis parte ſentiente, ſed etiam inter dolorem oris ventriculi ab aliis cauſis, quæ famem non poſſunt concitare, & modum doloris, & ſenſationis, qua fameſcit. Quippe ex vero & communi dolore non excitatur appetitus, neque poteſt ant appetere adæquatum ſibi præſidium: at ex famelico dolore edocta eſt natura quærere ſignatim alimentum, & inſiti potum, vt conſtet dignitas huius tactus in ore ventriculi, diuerſa ab omni aliarum partium tactu; ſiquidem diuerſo & altiori modo operatur, & propter diuerſum finem. Namq; animal ex fame concitatur ad ſu-

ad fugam (media proſequutione alimenti) doloroſæ illius affectionis ratione: quæ ſane affectio, licet videatur contra naturam eſſe, & eo quod moueat ad fugam, non eſt talis cenſenda, quia non poſtulat medicum auxilium, etiamſi ſit cum aliqua leui corruptione: & ob id intenditur à natura, non quidem tanquam finis, ſed tanquam medium ad quærendum ſubſidium. Quæ cauſa fuit, quod pleriſque viſum fuerit, famem partim eſſe naturalem, & partim præter naturam: ſed id decretum aliter licet intelligere, aut ad cauſas referre, vt latius adduximus explicantes ordinem naturæ in concitanda fame, quam nos *non naturalem* appellauimus. Namq; ex inanitione vtilis humidi partibus iuxta cutem, mouetur natura ad appetentiam naturalem earum, forſan per inclinationem quandam ad aliud, aut per potentiam naturalem. Inſuper excitatur ob id ad tractionem vtilis, quæ incipiens ab eiſdem partibus, proſequitur eandem operationem, vſque ad ventriculum: à quo vicinæ partes ſugunt; quo excitatur animal ex moleſtia illata à ſuctione ad appetendum, media fuga triſtabilis, & proſequutione neceſſarii & delectabilis; quo conſequuto, tanquam fine, ceſſat actio: quibus conſtat dignitas huius partis, & officii eius, quamuis id exequatur medio tactus miniſterio, quia alio modo hæc omnia proſequitur.

Similis profecto ſenſus tactus poteſtas ab omnibus etiam partibus diuerſa, reperitur in ſeminis genitalis excretione: nam dum exit per fiſtuloſum foramen, & ad glandem peruenit, titillationis ſenſum maximum mouet, qui ſtatim delectationem in appetitu ſenſitiuo concitat. Quod ſane ſemen in nulla alia corporis parte, interna aut externa, quamuis acutiſſimo polleat ſenſu tactus, titillationem natum eſt mouere, niſi in prædictis particulis. Neque rurſus in eadem parte, quod maioris eſt momenti, obiectum aliquod licet ipſam attingat, quantumuis natum ſit tactum afficere, & ſuapte natura tangibile, prædictam titillationem concitauit. Itaq; vt ſoli ventriculo ad tutelam indiuidui, natura hanc actus perfectionem præſtitit, ita profecto peni ex ſemine ad ſpeciei propagationem donauit peculiarem illum ſentiendi modum, illi ſoli parti conceſſum: idq; non à quouis obiecto tangibili, ſed à quodam proprio & peculiari huic tactus ſorti & peculiari naturæ. Neque ob id quod diuerſo ac perfectiori modo tangendi munere vtantur prædictæ partes, credendum eſt, ſextum debere addi ſenſum; quia id ſtatuit natura, non mutata conditione organi, quod eſt ſumme neceſſarium ad probandam vnitatem potentiæ. Deniq; facultas quæ excitat animal ad famem, quæ vere eſt appetitus humidi ſolidi, vt fugiat moleſtiam illatam tactu à re moleſtante medio ſuctu, ipſamet tangendi potentia eſt: non tamen eo modo, quo vniuerſum corpus illuſtrat, ſed ea, quæ ſolum ineſt ori ventris, quæ non patitur eundem modum poſſeſſionis aut alterationis, ſed certum & ſibi peculiarem.

Secundum quod in hac prima dubitatione explicandum propoſui (cognita natura potentiæ, cui munus eſt famem mouere) eſt, diſſerere, *qualis natura ſit, & quotuplex obiectum, quo ſenſus tactus mouetur ad fameſcendum*. In qua re, quæ magni eſt momenti, etſi grandioris difficultatis, vt clarior ſuperſit, primo ſciendum eſt, in quo nam horum motuum qui contingunt in ſenſu & appetitu, ſita ſit fameſcendi ratio. Prætermitto hac in parte, plures ex ſapientioribus cum Gal. *cap. 7. lib. de ſympto. cauſ.* ad ſenſum tactus, & perceptionem illam moleſtam reduxiſſe famem: alios ad appetitiuam potentiam, cum Ariſt. Fernelio & aliis: nonnullos quoque ad vtramque; quam ſententiam mordicus quidam regerit: quia nefas arbitratur, vnius rei eſſentiam conſtitui poſſe intrinſece, ex rebus adeo diuerſæ naturæ, vt eſt cognitio & appetitus: ſed cenſet cum hoc, forſan re ipſa coactus, pertinere formaliter ad appetitum, & cauſaliter ad ſenſum: quo Gal. conciliat cum aliis. Sed his miſſis, neceſſum eſt diſquirere, quid vnicuique harum potentiarum in hoc opere tribui poſſit? cum certum ſit, has potentias ſemper coniunxiſſe naturam, quia vtriſque opus habebat ad hæc munera, & plura alia exequenda. Quare ſemper difficile fuit habitum, nimirum quid ſit obiectum adæquatum, quo potentia moueatur ad famem, cuius ratione ſtatuendum eſt, duplicem potentiam huic miniſterio concurrere, & triplex obiectum. Potentiarum vna eſt ſenſus tactus, & reliqua ſenſus appetitus: obiectorum vero duo, quæ vere tangibilia ſunt, tactiuam potentiam alterantia, ſeu informantia (alterum vt proprium, & reliquum vt commune) reliquum vero, quod vt triſtabile, vel delectabile reſultat tactus alteratione, appetitui proprium. Prima itaque facultas, quod ſui muneris eſt exequitur, nimirum ſenſus tactus, qui percepta re moleſtante (non quidem qua ſolum moleſta eſt, vt reliquæ partes ſentientes, ſed qua talis modus moleſtiæ aut qualitatis illi accedit, & qua talis etiam conditionis & dignitatis eſt illud ſenſorium oris ventriculi) ex ſuctu doloroſa moleſtia afficitur ſingulari moleſtiæ modo, qui *fames* dicitur (vt mox explicabo) alioqui à quouis obiecto corrumpatur ſenſorium, fameſceret, aut fames vbique excitaretur, accedentibus his, quæ ad famem concitandam accedunt ori ventris: quod nunquam ita contingere vſquam viſum fuit: ſiquidem vt natura tribuit huic parti peculiarem tactus ſortem: ita profecto tribuit peculiarem alterationis modum, ex proprio obiecto, & non ex vllo alio ex tangibilibus. Eſt igitur primum obiectorum tactus, ſuctus ille, qui infert certum modum corruptionis in organo, quo veluti medio, inſurgit notitia, quam *famem* abſolute nominant, huic parti, huic potentiæ, ex hoc obiecto ſolum emanans, & tributa adeo ſingulari modo, quod non liceat hunc actum ſubiicere legibus & conditionibus reliquorum ſenſuum, neque ad hunc ſenſus ipſius tactus. Huic etiam potentiæ accedit ſecundum obiectum, quod proprium arbitramur, quo magis actus fameſcendi ſpecificatur, eo modo quem mox audies: (ſi prius dixero nõ deeſſe qui cenſeant, hunc primum actum ſenſationis ventriculi, & cognitionem interni ſenſus, ſe habere præſuppoſitiue & neceſſario: & profecto recte colligunt, ſiquidem rationi conſonum videtur, aſſerere, ſi neceſſarium eſt ad famem, aliquod eius habere veſtigium, & aliquod præſtare principium, quale ſit ſufficiens, vt fames dicatur; quod profecto vere eſt qualitas reſultans ex diſpoſitione relicta in parte inanita, repræſentata ſenſui tactus per ſpecies.

alembico vitreo, & inſtillentur in duplici vaſe, ac interim pone in ligatura *confectionis Alkermes, de hyacintho & electarij de gemmis ana* ʒ i. ſ. Ceterum inſtillationis porrigebam ℥ ij. cum modico *decocto cinnamomi, fœniculi aut anisi*. Et licet non plurimum ſudaſſet, illi tamen plurimum proficiebat. Atque cum iam hoc modo diebus aliquot ſudaſſet, iuſſi vt noctu, dum iret dormitum, ℥ j. eiuſdem *aquæ ſtillatitiæ* ſumeret, quæ vicem reſolutorii auxilii gerens, non erat minoris momenti, quam cætera auxilia.

Balnea.

11 Inſuper conſului, vt *balnea* vteretur *ſulphurea*; quod præſidium his, qui pituita fluxili plurimum abundant, proficuum fore prædixi, ſicut his, qui vel bili tenui, vel acribus ac mordacibus ſuccis & vaporibus ſcatent, ex vſu forent balnea *aquæ dulcis tepidæ*, maxime hominibus, qui dum vehementer iraſcuntur, gaudent, diſputant aut loquuntur, vehementius tremunt.

Tabellæ.

12 Quibus omnibus præmiſſis, quæ (quantum mali renitentiam permittere erat poſſibile) ex vſu ſemper fuerunt, ad conterendas pituitoſi aut crudi ſucci vel vaporis reliquias, inſtitui ſummo mane ſumere ʒ i. *tabellarum, quæ recipiant, pulueris diamargariton frigidi, corticis citri, aromatici roſati, & electarij de gemmis,* ℈ i. *diamoſci* g v. *ſacchari quod ſufficiat*. vt cum *aqua napha & florum tiliæ* fiant tabellæ. Profuerunt etiam *paſſularum ante noctem maceratarum in aqua ſaſſafras aut cinnamomi*, vel *in decocto ſaluiæ*, aut omnium ſimul, vel *lentiſci*, ſummo mane ſumere ſemunciam.

Puluis.

Nec minoris fuit momenti, in vltima menſa ſumere paruum cochleare *pulueris qui recipit, liquiritiæ, anisi, fœniculi, dictami, cinnamomi, & roſarum ana* ʒ ij. *pulueris cranei humani* ℈ i. *ſacchari ad pondus omnium*.

Condita.

Proſunt etiam condita ex *conſerua florum & radicum cordialium*, & maxime quod recipit *pulpa pullorum ciconiarum in vino elixatorum* ℥ iij. *cerebri leporis aſſati* ℥ i *amygdalarum dulcium mundatarum nu.* 30. *pinearum recentium lotarum in hydromelite na.* 10. *paſſularum* ℥ i *cinnamomi* ʒ iij. *gariophyllorum, galangæ, macerum ana* ℈ i. *cardamomi* ℈ ſ. *moſci* g. ij *ſacchari candi* ℥ ij. *mellis deſpumati quod ſufficiat vt fiat conditum*. In omni tremoris ſorte cum certum ſit ex impotentia fieri facultatis, ſiue ab hac, ſiue ab alia cauſa imbecillitas contrahatur, roborationis gratia, mille teſtimoniis probatum reperio eſum *nycticoracum*: quorum loco vſus *columbarum ſyluestrium* mirum in modum prodeſſe, neſcio qua proprietate vidimus. Sic profecto aqua ſtillatitia ex his columbis, aut nycticoracis carnibus ſemicoctis, cum earum iure in duplici vaſe inſtillatis, cum myrobalanis chebulis, addita

Aquæ mirabiles pro roborandis neruis & capite.

cuiuis ciborum, aut noctu dum homo it dormitum, miræ eſt efficaciæ. In quo caſu multum profuit mirabilis quædam aqua quæ vim maximam ſortitur in roborandis neruis, & capite, reficiendis ſpiritibus, & conterendis capitis & neruorum reliquiis cuiuſuis humorum. Hæc quidem recipit *pullos duos ex Indica gallina, qui non excedant menſes quatuor*: eos confractis offibus coquito vaſe cooperto in *libris* 10. *aquæ* additis ℥ iij *mirobalanorum*, chebulorum, & facta colatura cum expreſſione, in hoc iure adde *vini odoriferi* ℥ v. *ſucci pomorum redolentium* l. ij. *confectionis Alkermes, theriacæ ſmaragdorum & theriacæ magnæ veteris, electarii de hyacintho, ana* ʒ iiij. *pulueris electarii de gemmis & diamargariton, ana* ʒ ij. ſ. *foliorum ſaluiæ, pentaphylli, maioranæ & iuæ artheticæ ana m. ij florum ſtœchados & maioranæ ana p. ij.* omnia proiiciantur, & in duplici vaſe inſtillentur.

Transverſarum vertebrarum in paralyſim vergentium, externis auxiliis moderate adhibitis.

13 Præterea, ſicut in malis, quæ ſunt fere habitualia, nec prorſus eſt plurimum præſidiis natura laceſſenda, nec omnino pari ac diſſipari permittenda: ita in hoc laborante me geſſi, curans externis auxiliis modice, & per interualla reſoluere vaporum & tenuium ſuccorum, quod citra noxam poſſibile exiſtimaui. Solet enim hoc malum ſeſe externis & perperam ac importune adhibitis, ad paralyſim extendere. Quod vt vitarem, conſului, bis in hebdomada dorſum inungere *liquamento ambræ in oleo veteri, aut iaſminorum, vel napha*, facto: vel vnguento quod recipit *pulueris iuæ artheticæ, ſchœnanthi calami aromatici, nucis muſcatæ ana* ʒ. ſ *hermodactylorum ſatyrionis ana* ℥ ſ. *ſucci ſaluiæ quartam vnam, olei de caſtoreo* ℥. ij. *ceræ quod ſufficiat* vt fiat vnguentum. Item aliquando cum *ſtillatitio liquore ex theriaca & ſucco ſaluiæ extracto*, cum his quæ in hoc vnguento nuper adducto, in maiori quantitate recipiantur, addita *iua arthetica, herba paralyſis, ſtyrace liquida, opopanace, carpobalſamo, myrrha & aloe*: eandem inunctionem commendabis. Præterea cum *oleo iaſminorum & napha*, & *modico vino roris marini*, aut inungere, aut calidis dorſum fouere curaui. Iuſſi etiam ceratum efficere ex eiſdem oleis cum modico *ambra griſia*, & dorſo apponere. Monui item abluere *vino decocto ſaluiæ*, & aliquando cum prædicta inſtillatione ex *theriaca* & reliquis quæ nuper diximus ad conficienda vnguenta. Quæ ſane omnia, cum iuxta deſiderium prodeſſe non conſpexiſſem, quia malum fere erat immedicabile, ob id rarius adhibere conſului, & optimo viuendi modo omne negotium commiſi. Nec cenſeo fore abs re fontanellam in altero brachiorum aperire, ſi caput prædictis ſuccis abundet.

De ſpuria

De ſpuria angina, pro adoleſcente.

CONSVLTATIO II.

1 ANGINOSVS quidam adoleſcens, qui ſtudiis literarum nimium deditus, ex aſſiduo carbonum praue ſuccenſorum vſu ob impenſum frigus, cœpit difficulter reſpirare, ſed libere degluriebat; tandem ad deglutitionis & reſpirationis vitium peruenietus, dolorem etiam leuem perſentiebat in gutture & faucibus, maxime in deglutitione, & vehementi vociferatione.

2 Hunc laborantem cum primo forem acceſſitus vt curarem, conſideraui affectionem eſſe anginoſam; cæterum dubitaui *qualis natura, ſpeciei aut cauſæ eſſet?* In quo caſu, vt rei veritatem intelligere potuiſſem, in memoriam reuocaui, omnem anginæ ſpeciem (ſiue ſpuria ſit, ſiue legitima) in ea ſolum morbi ratione conſiſtere, quod foramina, quæ aperto ore videntur, coarctentur, vt anguſtioribus factis, anxius fiat laborans, ac ſuffocationi proximus. Nam licet guttur aut aſpera arteria ruſia hunc locum oculis conſpicuum coarctentur, angina non fit, ſed aliqua ex ſpeciebus difficilis reſpirationis. Ratio differentiæ eſt (etiam ſi idem videatur in vtroque affectu ſymptoma) quod licet requiratur læſio muſculorum in vtraque parte, aliud quidem eſt, & longe diuerſum, aerem trahere, & longe aliud, aerem admittere: trahunt quidem aerem muſculi inferiorum partium laryngis, vt gutturis alimentum: admittunt quidem vtrunque foramina, quæ conſpicua ſunt aperto ore medii gutturis & laryngis muſculis, ſiue interni ſint, ſiue externi. Sic profecto illi, hoc eſt inferiorum partium laryngis, vbi inflammentur, vnam ex ſpeciebus difficilis reſpirationis efficiunt: hi vero anginam. In quorum muſculorum inflammatoriis affectionibus, propterea foramina prædicta coarctantur, & legitimam anginam conſtituere arbitramur. ſpuriam vero fieri à quauis alia cauſa, ſiue morbo antecedente, qui etiam prædictam coarctationem efficiat, aut ſpiritus comprimat, & quaſi immobiles efficiat, ac veluti corrumpat.

Angina duplex ſpuria & legitima.

3 Vtraq; autem angina, ſpuria nimirum & legitima, diuidi ſolet, vel quoad periculum quod nata eſt inferre, vt Hippocr. feciſſe conſtat *lib. 1. prorrhe. t. 4 & 3. prog.* 6. & ſpecialius *lib. 1. de coacis præ. ſect. 2.* ſtatuentem, eam grauiſſimam eſſe quæ nihil conſpicuum oſtendit aperto ore, cum dolore vehementi & reſpiratione difficili: minus grauem, quæ in conſpicuo eſt ore aperto, & minus dolet, cum tremore apparente. Vel diuiditur, licet hæc diuiſio coincidat cum ea, qua diſtecatur in quatuor gradus periculi, iuxta naturam partium, quas obſidet, nimirum muſculos internos, aut externos, gutturis vel laryngis, *vt alibi latius ſcripſi.* Sed quæ ad vſum noſtri laborantis magis incumbit, ea eſt anginæ diuiſio, quam adducit Hippocr. 4 *acut.* 30. & 31. ea natura humoris fluentis ad prædictas partes: nam refert ſuboriri, vel pituitoſis ſuccis confluentibus, vel bilioſis & aduſtis, vel mixtis, iuxta prædominium cuiuſuis prædictorum humorum. Huius autem conditionis eſt ea, quam patiebatur noſter anginoſus, quæ cum hoc, quod ex ſpuriis eſſet (quia inflammatione carebat) minime tamen eſt pericoloſa, eo quod minus in tumorem eleuentur prædictæ partes: vt ſtatuit Au c. & confirmauit Fernelius: nam neque febrem, neque difficilem reſpirationem notatu dignam ſecum habet: illud quidem, quia non concitatur in ea inflammatorius affectus: hoc vero, quia parum in tumorem eleuat partes, licet in deglutitione difficilius ſe habeat.

Anginæ diuiſio & ſpec et eius aperienti magnitudinem.

4 In hac ecorum anginæ ſorte, habita diligenti relatione de cauſa procatartica, quæ veluti occaſio fuit omnium, quæ mox ſuccreuerunt, intellexi, illi accidiſſe ex fumo carbonum praue ſuccenſorum eam anginæ ſpeciem, quam inter alias ſpuriam appellauit *lib. de curandis morbis.* & ex mente Aretei retuli factam ex aere male affecto (vt in charoneis frequenter conſpicimus, tetrique ſunt ſpecus prauum eructantes odorem, vt conſtat ex 11. *lib. Strabonis*) à fumo vel à vapore vini feruentis, vt ex huius autoris verbis colligitur: nam inquit *lib. 1. de can.* Alteri autem generi contraria eueniunt, inſtrumentorum collapſio, gracilitas maior quam pro cuiuſque natura, & ſtrangulatio vehemens, vt ipſiſmet in pectore latentioribuſque partibus circum cor atque pulmonem abdita eſſe inflammatio videatur. Tandem exiſtimat, ſpiritus etiam eſſe vitium per conuerſionem ad calidiſſimum. Et probat, id poſſe ſic contingere, quia in charoneis & locis aliis fumo aut vapore multiplenis, citiſſima ſuffocatione periclitantur homines, citra aliud corporis vitium: vnde mirum non eſt, ſi ſola ſpiritum ſuccenſione ſuffocarentur etiam homines, cum impenſa ſit, citra aliud corporis vitium: etiamſi id ad alium affectum diuerſum ab angina pertinere videatur, vt mox dicerbo: ſi prius dixero, Eraſiſtratum dixiſſe, hos ſuffocari præ nimia ſpirituum tenuitate. Galenus tamen cenſuit ſuffocari ſic affectos, ob aeris à fumo vel muſto contractam qualitatem inimicam: ſicut res ſe habet in alimentis, quorum quædam ſunt nobis amica, quędam vero, vt *cicuta* & *napellus*, prorſus aduerſa & lethalia; qualem iudicat fumum aut muſti vaporem. In qua re non deeſt, qui carpat nos & præſtantiſſimum Vergam, tanquam diminute explicantes prædicti autoris ſententiam, eo quod non meminerim ſpiritus vitalis ſuccenſi: cum Areteus ipſe ſpiritum vitalem inflammari dixerit. Cui vero ſit ſatis, quod autoribus, qui ſolum curant aliquid ex aliis aſſenſum elicere, non incumbit, quæ ſunt extra propoſitum afferre: ſed ſolum quæ præſenti negotio proficua & neceſſaria videntur; alioquin ſcribere, nil aliud eſſet, quam librum ex libris conficere. Siquidem factum mihi ea parte contigit: nam ſecunda illa ſpecies anginoſæ ſuffocationis duas continet conſiderationes: Alteram & primam, quæ pertinet ſolum ad anginam, quæ ſtatuit, partes illas ita coarctari, conſtringi, & anguſtari, quod vel breuiſſimo tempore hominem ſuffocet, vt in charoneis & locis prædictis ſtrangulatus citra vllum corporis affectum contingit, ad modum ſuffocatorum, aut laqueo ſuſpen-

Angina ſpuria ex carbonibus praue ſuccenſis.

Anginam ex vaporibus fumoſi ſpuriam eſſe.

Angina ſpuria duas conſiderationes, quibus negligentia arguuntur Arete...

ſuſpenſorum; de qua ego hac parte loquor, vt de angina vere ſpuria, quæ non tenetur aliquem affe-ctum præmittere ad ſtrangulatum, præter foraminum gutturis & faucium coarctationem, per partium & laterum veluti collapſionem, ſeu, vt rectius dixeris, comprehenſionem; quia eadem foraminis occluſio vtroque modo ſuccreſcit. Sed hæc duas continet partes. Vnam, quæ mox interficit, & veluti ictu oculi vehementer ſuffocat; quæ non eſt noſtræ conſiderationis. Reliquam, quæ licet à prædictis occaſionibus & cauſis ſuboriatur, non ſubito interficit, ſed humoribus euocatis ad prædictas partes, minime eſt periculoſa, ſed diuturna; cuius naturæ & conditionis eſt ea, quam noſter anginoſus patiebatur, vt mox leges. Alteram vero & ſecundam, ex impenſa ſpirituū ſuccenſione, quam, ſtatuendum eſt tanquam certiſſimum, non pertinere ad anginam, ſed ſolum ad eam difficilis reſpirationis ſpeciem, quæ ex impenſo cordis & ſpirituum calore prodit, vt euidenter monſtrant autoris verba. Nam ſcribit ita ſpiritus incaleſcere, vt interna viſcera videantur inflammatione vexari, atque id ſine vllo corporis affectu, licet foramina faucium coarctentur. Quod ſi dixeris, eadem ratione, qua reducimus impenſum cordis calorem ad illam aſthmatis ſpeciem, teneri etiam omnes legitimæ anginæ ſpecies (eo quod fiant vitio inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium) ad aliam ſpeciem aſthmatis reducere, quæ ex vitio prædictorum inſtrumentorum prodeat: expende, aliud eſſe, prædicta inſtrumenta lædi, & longe aliud, principium viarum, per quod ipſa reſpirationis organa aerem trahunt, & emittunt fuliginoſa excrementa. Nam in his foraminibus & partibus quæ ipſa conſtituunt, vere & proprie omnes anginæ ſpecies fiunt: at in reliquis partibus quæ aeris ſuſceptioni, mediante motu voluntario ſubſeruiunt, legitimæ difficilis reſpirationis tres ſpecies conſiſtunt. Namque non quæuis difficilis reſpiratio eſt angina, ſed quæ vitio prædictorum foraminum prodit, quam elegantiſſime profecto explicuerat Hippocr. *lib. 3. de morbis*, loquens de vera angina, ſic dicens. *Ab angina appellata ſuffocatur homo* vt eam ſepararet ab omni alia ſuffocationis ſorte, peculiaria eius accidentia ſic depingit) & in *faucibus magis ipſi inhærere videtur, & neque ſaliua, neque quidquam aliud detrahitur, & oculi affecti ſunt, ac prominent veluti ſtrangulatis, & intente per ipſos videt, & ipſos conuertere non poteſt, & anxius eſt, & exilit frequenter, & facies & fauces ardent imo etiam collum, at videntibus nihil mali habere videtur, & videt ac audit obtuſius, & præ ſuffocatione non intelligit, neque quid dicat, neque quid audiat, aut faciat, ſed hians decumbit ſaliuam fundens.* Qua ſententia euidentiſſima extat differentia inter veram anginam, & hanc ſpuriam noſtri laborantis, ad omnes difficilis reſpirationis ſortes, licet in omnibus aliquid ſuffocationis appareat; differentur quidem, vel ratione partis affectæ, vel ratione affectionis in quauis prædictarum partium, aut ratione alicuius particularis modi lædendi, vt videre eſt in his, qui ſuffocantur, quia aerem non receptant, quia viæ ſunt coarctatæ, aut cauitatem non habent vacuam & expeditam vnde recipiatur, vt in his, qui hydrope pulmonis laborant: aut ob humores defluentes, & replentes cauitatem, aut ob caloris incendium, vel ſpirituum vitium aliquod. Nam cum aſpera arteria principium ſortiatur à ſummo gutture, & in pulmonem diſtribuatur, fit, vt quoties ægri thoracem cum collo recte extendunt, arteriam ipſam dilatari contingit, ſimulque cum ipſa propagines omnes, quæ pulmonibus inſeruntur, aucta interim capacitate interiori; ob quam cauſam in quauis ſpecie anginæ, & in pleriſque pulmonis affectibus, ægri difficulter reſpirant, quoniam paucus aer inſpiratus ad imas thoracis partes propter obſtructionem non videtur poſſe pertingere, ſed in ſublimibus eius partibus conſiſtit. Quæ profecto reſpirationes non ſunt magnæ, vt nonnulli arbitrantur, ſed paruæ & denſæ; niſi velimus magnitudinem metiri, non multa inſpirati aeris eſſentia, ſed ſola thoracis dilatatione, vt Hipp. aliquando docuit. Quæ profecto viri magis ac minus pro cauſæ copia vigent, vt noſter anginoſus oſtendit. Sed de re leui hæc ſint ſatis, & ad noſtrum laborantem redeamus, & modum cauſarum ſiue anginæ explicemus, quo clarius conſtabit differentia inter hanc ſpuriam anginam & reliquas.

Angina ſpuria naturam diſpſnoæ contiuntiam proſequitur auſter.

Hæc ſane cauſa ſiue occaſio ita frequenti fumo partes faucium praue diſpoſuit, quod pro- 5
tinus ſuccis quibuſdam ad eaſdem euocatis, fere omnes muſculos ibidem exiſtentes, anginoſos ex fluxili pituita reddidit: quibus profecto prædictæ partes preſſius coarctatæ, ob denſitatem, tum cutis interioris ex fumo, tum vero ob humorum qui fluxerunt, imbibitionem, non ſolum anginam diuturnam concitauit, ſed & vocem etiam vitiauit cum leui dolore, & maximo, dum vehementer loqui conaretur laborans. Quibus intellecta anginæ huius idea, ex occaſione externa, & morboſa defluxione ad fauces compoſita, veritus ſum, ne, ſi tarde humor ille ibidem imbibitus pelleretur, aut reſolutione euaneſceret, in thoracem, aut pulmones dilabens, grauius efficeret malum, quantumuis leue primo acceſſu ſeſe oſtenderet; & ob id curationem inſtitui, maxima prouidentia cauſarum præhabita.

Angina ſpuria, quæ redditur ſpuria per os medicinum.

Sic enim initium ſumam ab his, quæ autores in eo caſu conſulunt. Haliabas *6. ſuæ practicæ cap.* 6
4. ſic inquit. *Qui autem ex fumo fuerit ſuffocatus, & diſſolutus, ſi ab eius ore ſpuma exierit, nulla via eſt ad eius ſalutem: qui autem non ſic, violarum gargariſſet oleo, & aquam tepidam ſorbitionem ex furfure: atque à clamore arceatur,* & verbis multis. Curat etiam ſic affectos pinguibus, & ſuffitibus aromatum non calidorum, ſed odoramentis frigidis, vt *nymphea, roſarum papaueris*, ob qualitatem manifeſtam fumo contrariam: quibus aer lucidus, clarus, & bonis odoribus aſperſus vtiliſſimus eſt. Sed cum in noſtro laborante, licet ab hac cauſa malum originem duxerit, alia etiam non minoris momenti, *vt dictum eſt*, acceſſit, ob id alia eſt incedendum via.

Anginam ſpuriam curando ratio.

Iuſſi primo prorſus occaſionem carbonum, fumi aut praui vaporis auferre: nam licet non fuiſſet 7
tam intenſæ efficaciæ, quod protinus ſuffocaret, ex aſſiduo vſu, praue ad ſuccorum ſuſceptionem partes diſpo-

res diſponebat, & aeri laborantem expoſui puro & temperatiori in actiuis & paſſiuis, locauique in aere calidiori, non tamen ex igne, ſed ex protectione à frigore, & in cubili cuſtodito ornamentis quæ ipſum calfacerent. Hæc enim eſt prima & potiſſima ſubueniendi ratio ſuffocatione periclitantibus ex hac cauſa, nimirum aeri ipſos exponere puro & frigidiori; puro, ne caliginem augeat; frigidiori, quo ſpiritus calfacti refrigerentur. Sed in noſtro laborante temperatiori aere fuit vtendum, quia complicata affectio id expoſtulabat, vt mox audies.

8 Verum quia ex prædicta occaſione fluxione concitata, alia ex legitimis anginæ ſpeciebus ſuborta fuit, quæ ſolum imbibitione earum partium, muſculos moueri libere impediebat, citra inflammatorium affectum: ob id quinque generibus præſidiorum præter vitæ & victus inſtitutionem, hominem ad integram ſanitatem reduxi. Qua ratione conſideraui primum, in hac anginæ ſorte, ſolum eſſe humorum imbibitionem, & non affectionem phlegmonoſam, & ea cauſa alia via incedendum fore in eius curatione, quam ſit ea, quæ ab autoribus paſſim ſcribitur. Quapropter victum inſtitui ad ſiccius quodammodo inclinantem (quia occaſionem ſuffocationis ex fumo, primo abſtuli) ex *paſſulis & amygdalis toſtis*, *carnibus aſſis*, aut ſine iurulentis ſorbitionibus: exhibitis in vltima menſa *aniſo. fœniculo*, vel *in puluerem redactis*, aut *tabellis ex eis confectis cum ſaccharo*. Potum iuſſi, ſemoto vino, ex aqua *decocta cinnamomo, radice Chinæ* quam mutaui tranſacto breui tempore in aquam ex *ſaſafraſa, & ſpartaparella*. Inſtitui modicum exercitium, cæterum continuum, ne immodico difficilius laborans reſpiraſſet, & vt continuitate ſufficienter imbibitum ſuccum tenuaret, & ſuperabundantem diſcuteret. *Victus ratio.*

9 Præterea frequentibus purgationibus minutim factis fluxionem curaui alio transferre, & copiam minuere: cui vſui ſyrupum paraui hac lege. Excipe *ſaſafraſæ Indicæ* ℥.i. *epitymi* ℥.ſ. *paſſularum ſine granis* ℥.i. bulliant in lib. 4. aquæ ad conſumptionem tertiæ par. & facta colatura, ſume eius l. i. ſ. & adde *pulpæ ſeminis cartami* ℥.ii.ſ. *foliorum ſenæ.* ℥.i.ſ. *agarici troshiſcati* ℥.iii.ſ. iterum bulliant parum, & cum leui expreſſione colentur, & adde *ſucci borraginis & roſarum rubearum, ana* ℥.iii.ſ. *ſacchari quod ſufficiat* vt fiat ſerapium. Cuius porrige primo ℥.i.ſ. *cum aqua borraginis*: & poſtea ℥.ij. tandem plus minuſue miniſtrabis, prout operatio eius copioſior aut minor fuerit; quo vti potens bis, ter ve in menſa. *Syrupus digestiuus.*

10 Verum quia non ſat fuit, vt priſtinæ ſanitati reſtitueretur laborans, paraui *ſtillaticam aquam*, cuius noctu, dum iret dormitum ℥ij. ſumeret, qua reliquias tum partis affectæ, tum totius corporis conterere facilius potuiſſet: maxime quia deperditam fere vocem recuperari ſibi laborans anxie poſtulabat. Quam ſic parabis. Recipe *ligni Guaiaci raſi. l.ſ. ſparteparellæ* ℥.iiii. *radicis Chinæ confractæ* ℥ii. *ſaſafraſæ Indicæ* ℥.i *florum borraginis & violarum ana p.* i *florum thymi p.ſ. foliorum ſerpylli. m.* i. *hordei decorticati p.* ii. *ſacchari l.ii* Coquantur vaſe cooperto *in l.* iiii. *aquæ ad conſumptionem medietatis*, & tunc omnia ſimul excipiantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe inſtillentur. *Aqua stillatitia.*

11 His & reliquis perſentiebat laborans non leue præſidium; Cæterum cum nihil ſpueret, protrahebatur affectio, & ea de cauſa collutionem inſtitui ex *decocto fœniculi & liquiritiæ*, *ac ſparteparella cum melle & guttulis aceti*, & poſtea cum modico oxymellite: hoc vtebatur bis ante prandium, & eodem modo ante cœnam. *Collutio.*

12 Item quo facilius, quod imbibitum erat in parte, tenuaretur ac reſolueretur, iuſſi ſub mento vtrinque partes inungere *oleo liliorum alborum iaſminorum aut deapha*, & aliquando inſtitui modicum *theriacæ magnæ* in prædictis oleis diſſoluere. Tandem ex omnibus ſimul cum modica cera, *ceratum*, aut ſi id non ſufficeret, *cerotum cum modico emplaſtro filii Zachariæ*. Cæterum quia rebellis affectio & fluxionis acquiſita conſuetudo non ita facile auxilijs cedebat, ad *ſudationem ex China & ſpartaparella* perueni: quo beneficio ſemel in die præſtito, mirum in modum ſanitati videbatur accedere. *Vnguentum. Ceratum. Sudatio.*

13 Cum hoc tamen, quia ſemper aliquid tenue ad prædictas partes confluebat, fontanellam in altero brachiorum aperiri iuſſi, qua, tanquam cum vltimo præſidio, rem terminauimus, & ad ſalutem integram, Deo auſpice, reduximus laborantem. *Fontanella.*

De puella epileptica.

CONSVLTATIO III.

PVELLA ſeptem annorum, bilioſæ & ſanguineæ naturæ, voraciſſima erat, & præter id, prauis vtebatur, vt terra, & gypſo; Hæc cum prope ignem ſteriſſet, caputq; ob id plus iuſto incaluiſſet, cœpit pandiculare & oſcitari plus ſolito, ac poſtmodum tremore motui conuulſiuo perſimili correpta eſt iuxta brachium & crus ſiniſtrum, cum leui ſenſuum exteriorum obtuſione, & interiorum detentione: tandem à tenui pituita per os excreta, veluti à ſomno excitata, in ſeſe rediens, nihil eorum quæ paſſa fuerat, recordabatur: tamen de laſſitudine moleſta conquerebatur. Hęc deinceps, dum vel præ ira aut gaudio, vel alia animi paſſione ex vehementioribus moueretur, in eandem affectionem incidebat, ſicut dum vel à calore, aut grandi exercitio alterationem inconſuetam ſuſceptaret; ſicut cum vehementes

menter perſtringeretur. Verum, quod maioris erat conſiderationis in hac laborante, acceſſiones non ſemper eodem modo ſuccreſcere, ſed nunc cum grandi ſenſuum omnium oblæſione, nunc cum minori: aliquando cum vehementiſſimis motibus, & non raro cum mitioribus: & vltimo cum imperceptibili motu, ſed ſomno velut profundo: item cum faciei pallore: ac poſtea, cum menſes fluere inſtabant, præcedente grandi capitis dolore, grauitate & faciei rubore, incidebat in acceſſionem, mutato protinus rubore in ſubalbidum colorem, cum pulſus oppreſſione.

Fuit profectò hæc fœmina adeo famoſa malis, quod fere omnium Medicorum huius Regni conſilio vſa fuerit, citra vllum horum morborum leuamen. Nec mirum quidem, cum cauſarum varietas, & earum viciſſitudo in concitandis acceſſionibus, adeo fuerit difficulter comprehenſibilis, quod neque vno præſidio, neque multis, ei ſatisfactum fuiſſet: & ob id accerſitus ad hoc conſilium, multa mihi viſum fuit conſiderare ante curationis decretum. 2

Epilepſia varietas in nobili puella inquiritur, & a variorum etiam ſymptomatum natura.

Primo itaq; conſideraui, affectionem hanc eſſe epilepſiam, ex motibus conuulſiuis, nõ aſſiduis, ſed fere in toto: & ex ſenſuum oblæſione & oppreſſione cum rerum obliuione conſtitutam: prodeuntem quidem ab innomeris cauſarum & occaſionum ſortibus, cæterum efficientibus in parte anteriori & poſteriori cerebri duplicem tantum morborum ſortem. Quales vero hi morbi ſint, cum inter autores, neque adhoc in ſcriptis Hipp. & Gal. ſatis conſtet vna ſententia, difficillimum aliquibus viſum fuit, verum & vnum de hac re proferre decretum. Cæterum, quia latius libro *de curandis internis affectionibus*, huius rei naturam expoſuimus adeo accurate, quod opus non ſit aliquid mutare, ſolum hac in parte, quæ huic laboranti proficua fuerunt, ad cognitionem cauſarum & varietatis acceſſionum integram notitiam, ſcribam, quibus curandi ratio certior fiet. 3

Referam tamen, adeo fuiſſe vtilem autorum varietatem in indagatione naturæ huius morbi, quod ex ea proculdubio emanauit integra & perfecta eius notitia, quo magis eorum ſententias laudare, & amice recipere, quam (vt nonnulli faciunt) vitio vertere, æquiſſimum iudico. Nam qui ſtatuerunt, morbum in hac affectione eſſe obſtructionem, veriſſimum tenent: cæterum limitanda eſt hæc ſententia amico conceptu, nimirum non eſſe omnimodam obſtructionem, quo ſecluderetur ab apoplexia, quæ eſt omnimoda priuatio ſenſus & motus: quo à poſteriori colligimus, eſſe omnimodam obſtructionem. Hanc etiam ſententiam limitat ea, quæ tenet, in epilepſia per primam affectionem neceſſario obſtructionem adeſſe, vt dictum eſt: verum in ea quæ per conſenſum fit, ſufficere irritationem: quo conſtat, aliam cauſam, præter obſtructionem, eſſe addendam in omni epilepſia. Vltimo vero & verius atq; communius omnibus epilepſiis, arbitrantur, qui has omnes ſententias ita explicant, quod in omni epilepſia opus ſit vtroque morbo, nimirum obſtructione & mordacitate, quæ certum quendam ſolutionis continui modum efficiant. Quod profectò ex natura ipſius rei ita oportuit fieri: nam in omnimoda obſtructione ita vincitur & ligatur cerebri potentia, quæ ne minimum quidem operetur: quo fuit neceſſum in epilepſia, humores nõ protſus obſtruere, ſed rariores eſſe vt aliquid virtutis ſupereſſet liberum, quo & ſentire potuiſſet irritamentum, ac excitaretur ad nocui pulſum; quod in apoplexia ob adductam rationem non contingit. Cui cauſæ ſic diſpoſitæ accedit, vel grauari naturam, vel mordeti partes: nam vt mea mens tenet, ſemper aliquid acra ac mordax his ſuccis accedit, naturam laceſſens: verum in hac epilepſia per eſſentiam, eſt longe minor mordicatio, quam ſit obſtructio: & ſic maior ſenſuum iactura, quam motus conuulſiuus: at in ea, quæ per conſenſum fit, maior morſus & motionum vehementia, & grandius irritamentum & illegitima & minor obſtructio, qua non obruitur cauitas, ſed ob prauam membranarum & cerebri motionem, non remanet æquali modo aperta via, ſed hinc inde pro motus diuerſitate coarctatur: ſic in hac epilepſia minor fit ſenſuum iactura, imo aliquando paruiſſima, aut fere nulla. Quibus libero animo intellectis, conſtabit imbecillitas redargutionis, qua nonnulli conantur coarctere hanc veritatem: forſan reincidentes in eandem, ratione rei coacti, quanuis primo acceſſu conentur infirmare. 4

Epilepſia quæcunq; obſtructionẽ & continui ſolutionem poſtulat.

Hæc profectò de eſſentia ſufficere videntur ad veram notitiam affectionis noſtræ laborantis: nam certum eſt, omnes has epilepſiæ ſortes viciſſim eam apprehendere; quod ad veram curationem maxime proficuum ſit. Patiebatur quidem hæc puella, toto tempore, ante debitum tempus menſtruæ purgationis, acceſſionem cum graui ſenſuum omnium oppreſſione, & vehementibus etiam motionibus. Ratio profectò erat, magnus prouentus crudorum ſuccorum ob ingentem voracitatem prauorum. Item motus vehementes ob bilis (quia biliosa erat) admixtionem, quo acrior & mordacior ac tenuior facta cruda materia, frequentius ad cerebrum agebatur: & ſic frequentibus acceſſionibus erat correpta: maxime cum accedebat aliqua cauſa externa, vt ignis; aut interna, quæ calorem concitaret, quo humores concitati ac rariores facti, protinus corripiebatur acceſſione. Quæ profectò cauſa euidenter docet, ſenes non poſſe in epilepſiam incidere, vt pueri, qui cum voraciſſimi ſint, & crudis ſuccis pleni, rarius in apoplexiam incidunt, & frequentiſſime in epilepſiam: ad cuius veritatis probationem non opus eſt autorum decretis, quia euentus fidem facit, & cauſa ex rei natura commonſtrat, adeo vt contrariæ rationes, quæ poſſint afferri, non ſolum veritatem non euertunt, ſed potius videntur confirmare: quia hoc habent proprium leuia argumenta, quæ aduerſus ea, quæ rationi conſona ſunt, opponuntur, quod potius veritatem comprobent, quam redarguant. Succreſcebat non raro huic puellæ acceſſio vehementioribus motibus concitata, vt de bilis commixtione dictum eſt: nam ipſa bilis raro ſola epilepſiam concitat: non quod obſtruere non poſſit, ſed quod vel alterum affectum, cerebrum irrigans, prius concitaret, vel breuiter efficeret totam acceſſionem: aut ſi quando id nata eſt mouere, erit pituita admixta, & tunc prædominante bile, acceſſio incipiet à quadam delirij ſpecie, quam menſtis turbatio primo à bile facta oſtendit, vt mox obſtructionem cum pituita tenui efficiat: ſed hæc 5

Senes cur non epileptici, ſed apoplectici: pueri contra.

raro

raro viſuntur, quia ante obſtructionem, vel aliud malum commouebit, vel faciliter expurgabitur.

Erat inſuper hæc puella aliquando mœſta, taciturna & mœrore plena: maxime cum ex aliqua animi paſſione in melancholicum affectum perueniebat: à quo in acceſſionem procidens, oculis intentis, cordis partes manibus veluti dilacerare ſtudebat, & poſt acceſſionem nihil excernebat per os, ſed ſuſpiriis ingemiſcebat, & ploratu magno excitabatur; ſignum profecto melancholici humoris, vel euaporantis, vel cum pituita permixti. Namque ſola melancholia raro concitat epilepſiam, quia difficilius attenuatur quam pituita: quippe, mutua viciſſitudine, licet mutentur affectus melancholici in epilepſiam, hoc fit profecto, mutata melancholiæ natura in rariorem formam, acceſſu alicuius ſucci tenuioris.

6 Præterea non raro ſubito caſu in vehementiſſimam procidebat epilepſiam ex flatu aut vapore ab vtero eleuato, idque cum tredecim eſſet annorum, & menſtruum ſanguinem non expurgandum, propter obſtructionem à prauis eduliis, congregare inciperet. In qua acceſſionum forte coniectandum eſt, epilepſiam fieri per conſenſum: cæterum non ob id credendum eſt, citra obſtructionem poſſe ſuccreſcere; quia licet minus ſenſibus orbata concideret; tamen ob vehementes motiones, certus quidam modus obturationis ſuccreſcebat, qui licet, *vt dictum eſt*, diuerſus ſit à vera obſtructione; tamen cum hoc impeditur ſpirituum motio, & ſenſuum operatio: quem modum Aui. *fen. 1. 3. doctrina 1. cap. 3.* larga oratione explicuit. Nam cum certum ſit, cerebri facultatem, vt ſeſe expediat à moleſtia mordicantis, concuſſionem efficere in partibus, quæ moleſtantur, ſimul coadiuuante motu dilatatiuo & compreſſiuo ipſius cerebri, partibus etiam neruoſis in conſenſum euocatis: ſic enim ſtatuit Gal. *7. apho. commento 76.* dicens: *Quia vaporoſa ſubſtantia membranas cerebri & neruos concutit, ad motum enim membranarum nerui & muſculi prauo motu agitantur*: Verum quod certius ſit, virtutem illam motiuam in tunicis & in cerebro ſimul reſidere (quod iam probare aggredior) multa enim tollit hæc aſſertio inconuenientia in motionibus cerebri, maxime cum ſatis ſit in re dubia in experimentum huic ſententiæ accedere, quia viuente animali, cerebri ſubſtantiam impoſſibile eſt motu carere, & viuo adhuc animali cernimus membranas in vulneribus aliquando eſſe immobiles: quod ſi ad motum cerebri mouerentur, non poſſent viuo animali quieſcere, quia cerebrum eo tempore quieſcere eſt impoſſibile, ac ex conſequenti conſtat etiam ſua ſponte & ex ſe moueri, & ob aliquam cauſā extra naturæ leges quieſcere. Nec valet, Gal. dixiſſe *6 de pla cap.* 8. membranas & reliquas partes ſimplices eodem modo ſe habere in vniuerſo corpore; quia id intelligitur de natiua compoſitione, non de officio.

7 Accedit huic probationi ratio non minoris momenti, ex fine actionum cerebri deſumpta: nam ſi certum eſt, membranas feciſſe naturam in ſubſidium & tutelam medullaris ſubſtantiæ, credibile non eſt, ipſam coegiſſe eaſdem mouere perpetuo labore, quo maius foret onus & detrimentum perpetuæ motionis, quam beneficium ex tutela. Præterquā quod membro adeo principi & altiſſimo miniſterio ſenſuum omnium dicato: alienum videbatur à ratione committere miniſterium adeo laborioſum, quod ipſum poſſet diſtrahere à præcipuo eius miniſterio: aut ſaltem erat impoſſibile, cerebrum non fatigari in perpetua illa eleuatione, pondere duarum membranarum. Sed vt clarius conſtet huius rei veritas, expende, cerebrum duas ſortiri membranas, quarum vtraque ſimul cum cerebro mouetur; quod monſtrat oculata fides: cæterum hæc eſt in motu differentia, quod cerebrum & tenuis membrana à ſe ipſis mouentur; dura vero non niſi à motu tenuis, quæ ſubtus iacet, ne vtraq; eſſet cerebro graue onus. Sic enim tenuis, inter alios vſus, quos præſtat, vim habet, craſſam ſubleuandi, quo liberè cerebrum moueri poſſit. Sic profecto in vulneribus capitis prauiſſimum eſt ſignum, craſſam tunicam immobilem apparere: non quidem quod ex ſe motum habeat, ſed quod arguat, tenuem feritate vulneris immobilem factam fuiſſe: præludium profecto lethalis cerebri ipſius quietis; cum certum ſit, ipſum non poſſe viuo animali prorſus quieſcere: atque hæc de re dubia ſufficiant.

8 Vltimo, dum præteriiſſet iam in hac fœmina tempus menſtruationis, quia decimumſextum agebat annum, & menſes adhuc non proruperant, acceſſiones paulo poſt plenilunium, aut parum ante ipſum, cæteris temporibus totius menſis erant longe vehementiores, antecedente maxima capitis grauitate, dolore & faciei rubore, ita vt copioſum ſanguinem illuc commigraſſe, viſum fuerit, licet incipiente acceſſione, rubor in ſubalbidam colorem mutaretur.

9 In qua re dubitatum fuit ab antiquis, *an ex ſanguine poſſet fieri epilepſia*, & nos libro noſtro Praxis latius diſputauimus. Cæterum ex ſanguine fieri, adeo difficile viſum fuit antiquis, quod vel eius rei nulla apud pleroſque reperiatur mentio, vel modum quo fieri potuiſſet, non exacte explicuerint. Ego tamen ea parte poſſe fieri probaui ex Hippocr. Galen. & Auicen. mente: modum autem ex me propoſui, adeo verum & facilem, quod creditu ſit difficile, alia via poſſe fieri. Quippe dictum eſt, ſeu compreſſione cerebri cauitates coarctari, non tamen prorſus, ſed quantum ſat ſit, vt aliquid ſpiritus permeet, & naturā conetur maius malum præcauens, conuulſiuis motibus excitatis, id vitare. Namque in cerebro ſanguinem extrauenari in epilepſia, vt reliquos humores, conſpicimus, ac obſtructionem modo communi efficere, citra id quod in grumos concreſcat, vt nonnulli cenſent, vel putredinem contrahat, vel alicubi ſenſibiliter expurgetur, aut apoplexia facta, hominem interficiat, non ita facile capiet intellectus. Quippe ſi grumeſcit, perpetuam efficiat epilepſiam: quia nullibi poteſt expurgari, neq; vllo modo tam cito liberaretur ab acceſſione laborans: vel maius malum efficeret, ſicut dum putreſcit: aut ſi nil horū fecerit, ne ceſſum erit alicubi expurgari, aut aliunde tranſmitti; quod hucuſque non vidimus, aut ſcriptum comperimus. Certum itaque eſt, ſanguinem poſſe obſtruere (hoc

eſt,

Epilepſia per conſenſum fieri non poteſt abſq; obſtructione.

Epilepſia an à ſanguine oriri poſſit.

eſt, præ venarum abundantia, cauitates coarctari, vt epilepſiam efficiat) ſolum modo dictorum aliter
videtur credita difficile. Sit ne ſanguis corruptus, aut ſecus, conſiderare, nullius eſt momenti ad ob-
ſtructionem huius naturæ efficiendam.

Sic profectò in hac puella menſtrualis ſanguis non purgatus ad ſuperiora recurrebat, & repleris 10
venis, dolorem, grauitatem ac ruborem concitabat in capite & facie: ac mox ob prædictum obſtru-
ctionis modum in epilepſiam incidebat, qua excitata, mediantibus prædictis motibus, ſanguis iterũ
ad proxima & inferiora vaſa dilabens, decolor reddebatur; cæterum laſſitudinẽ & capitis maxima im-
becillitate adeo male affecta, q nec vocem, nec lucem per aliquod temporis ſpatiũ perferre potuiſſet.

Quibus omnibus diligentiſſime conſideratis, euidenter conſtitit, hanc laborantem pati epile- 11
pſiam; tum per conſenſum ab vtero, & aliquando à iecore, per bilis admixtionem cum pituita: non-
nunquam etiam capite male affecto per eſſentiam, incidere in acceſſionem à pituitoſo & craſſo ſucco:
& aliquando à melancholico nimis attenuato: & vtro iam matura, à ſanguine, vt nuper diximus. Quo
mihi perſuaſi, difficiliter poſſe ſanitati reſtitui; quinimo periclitari plurimum ob acceſſionum fre-
quentiam, quam tam ingens cauſarum varietas & efficacia minatur certitudine maxima: præſertim
cum eius caput ſumme eſſet imbecillitate fere natiua affectum.

Epilepſiam curandi ratio. Ad curationem huius laborantis accerſitus fui, parum ante menſtruæ purgationis tempus, malo 12
iam multis annis inueterato: in quo obſeruaui diligenter prædictam acceſſionum varietatem. Ex ſic
primo mali acceſſu, cognita iſtius fœminæ voracitate & vſu terræ, conieci ex hoc, terreſtrem & melan-
cholicum ſuccum congeri, & adiungi cum aduſto ex vbertate bilis, non parum: ex voracitate vero,
crudorum ſuccorum adeſſe etiam copiam: item ex calido iecore bilis prouentum: & ex menſibus non
purgatis, vel prauos vapores ſanguinis caput aſcendere, vel ſanguinem ipſum, illic efficientem epile-
pſiam modo dicto.

Victus ratio. Quibus conſideratis, primo inſtitui viuendi modum, ex toto præcauens vſum terræ, quantum 13
potui, & mea alimenti quantitatem metiens, præcepi ſolum ingerere quantum videbatur probe poſſe
concoqui, vt protinus monſtrabat vrina melioris coloris, & alui excrementum laudabilius quam
antea. Præſtiti alimenta boni ſucci, ex carnibus *auium*, *arietis* & *vituli*; cum ouis ſorbilibus in cœ-
na, vel pulli aut pullæ modicum, quam ſemper parciorem conſului, non tamen adeo exquiſitam,
quod iecur & bilioſum corpus calidius, ſiccius & feruidius efficerentur. Iuſſi tamen in prima
menſa, hyberno tempore, *paſſulis* vti cum *amygdalis* toſtis, & conceſſi ex fructibus cuiuſuis temporis
anni modicum: in vltima vero menſa tragematis ex *coriandro preparato*, vel ex puluere *granorum & ra-
dicis peonia*. Potum inſtitui ex *aqua cinnamomi*, *aut ſaſafraſa*, *coriandro preparato vel radice peonia*, *aut ſchor-
ſionera decocto*. Curaui inſuper diligenter omnem animi paſſionem vitare, nam facillime corripieba-
tur. Exercitium continuum, ſed moderatum, ob iecoris incendium, inſtitui: ſomnum diurnum
interdixi, & nocturnum ſolum ſea boratum conceſſi, qui ſufficiens erat coctioni alimentorum, & ca-
put non replebat.

Menſes qua ratione euocentur. Vita ſic inſtituta, primo menſes euocare ſtudui; cui vſui, ante Lunæ coniunctionem, ex brachio 14
ſanguinem miſi bis, vno menſe interpoſito, non tamen copioſe. At parum ante plenilunium ex talo
copioſius ſanguinẽ extrahi iuſſi, quo acceſſiones quæ ex ſanguine ſuccreſcebant, mitiores erant; ſignũ
profecto futuri beneficii ex menſtruali purgatione. Nec plurimum curaui pharmacis purgationis vti;
cæterum dum menſes non fluebant, leui pharmaco corpus purgaui, maxime ex *ſyrupo roſarum ſimato
cum modice lacto ſeminis cartami*, & aliquando *infuſo agarici aut rhabarbari*, prout humorem dominari
coniectabam.

Syrupus menſes euocans. Tandem menſes euocaui exhibito ſerapio noſtræ compoſitionis, qui recipit, *quinque radicum diu-* 15
*reticarum ana l. ſ. foliorum lupulorum, myrica & capillorum veneris, ana manip. ij. graminis m. ij. radicis rumicis &
rubea ana ℥ ij florum cordialium ana p. ij. ſaſafraſa Indica ℥ iij. cinnamomi ℥ iij* bulliant omnia vaſe cooperto
in lib. v aqua ſecundam artem, vſque ad conſumptionem quartæ partis, & omnia ſimul ponantur in *alem-
bico vitreo*, cum *drachmis duabus confectionis Alkermes*, & totidem *electarii de hyacinto*, quæ diſſoluantur in
modica *aqua roſarum*, & miſceantur & inſtillentur in duplici vaſe. Huius aquæ ſume *l. ij.* & adde *ſucci po-
morum dulcium*, *lupulorum & borraginis ana ℥. v.* & cum ſacchar o fiat ſerapium: cuius porrigebam ℥ iii.
cum modica *aqua capillorum veneris* & iuſſi ſummo mane exercitium fieri per locum accliuem & decli-
uem: quo facto viginti dierum ſpatio, ex eodem ſyrupo accepi ℥ a. cui admiſcui *pulueris diamargariton
frigidi ℥ ij. pulueris radicis rubea ℥ i. & ſ. chalybis ſubtiliter limati & loti aqua roſacea ℥ iiij.* & exhibito mane hu-
ius opiatæ cochleare vno, idem exercitium commendaui: præcauens tamen, ne iecur incaleſceret ex-
ercitiis, iuſſi cui opiatam ſumere tertio quoque die, & diebus intermediis præbui ius pulli decocti *ci-
chorio, ſcariolis, lupulo & borragine*; quo ſumpto quieſcere iuſſi.

Quibus factis duorum menſium ſpatio, & eo tempore adhibitis crurum lauacris, & ſemel ſan- 16
guine miſſo ex talo, menſes apparere cœperunt, & continuato ſyrupo prædicto cum minori exerci-
tio, iuxta plenilunium iterum menſes fluxerunt: cæterum quia non erat privatione copiæ ſan-
guinis, quem iecur calidum gignebat, decreui fontanellam in crure dextro aperire, coactus acceſſio-
num feritate: nam cruris fonticulis aperiri, vbi opus eſt menſes fluere, non ſemper eſt tutum, niſi in
his quibus fluere deſierunt, ſed de hoc alibi: qua mitiores deinceps aderant acceſſiones, ex præſertim
quæ oſtendebant, copioſum ſanguinem caput irruere, nec non & eç quæ per conſenſum ab vtero pro-
ueniebant.

At quia acceſſiones prodeuntes ex craſſis & melancholicis ſuccis indies magis ingraueſcebant, 17
conſului purgationibus hos ſuccos minuere, quo minor fieret eorum aſcenſus in caput: cui vſui viſum
mihi

mihi fuit, ſemel in menſe in temporibus calidis, & bis in frigidis, ſerapium purgatiuum porrigere, hac lege confectum. Accipe *decocti pugini ſine gingibere. l. ſ. lactis ſeminis cartami* ℥. iiij *liquoris ex nouem infuſionibus roſarum Perſicarum, aut ſucci earundem roſarum* ℥ vi. *ex infuſionibus violarum* ℥ iiij. *ſacchari quod ſufficiat, vt* fiat ſerapium, cuius præbui ℥ ij. & ſ. *Syrupus purgatiuus.*

Verum quia licet ſufficienter corpus fuiſſet purgatum, & ab his recrementis liberum, adhuc magis ingraueſcebant acceſſiones, decreui aliam fontanellam aperire in ſiniſtro brachio, quia intellexi, morbum adeo diuturnũ factum iam exiſtere in cerebro, quod certum erat ipſum ſemper his ſuccis abundare, quibus purgationes per ventrem videbantur non ſufficere. *Fontanella.*

Neque ob id malum quantum par erat, miteſcebat, ſed ob frequentiam & feritatem, mortem citiſſimam minabatur, aut ad minus commeatum in alium grauiorem affectum: & ob id optima ratione ductus conieci connaturalẽ cerebri intemperiem, non ſolum ipſum faciliter excrementa recipere, cæterum iam ipſum met ea proprio alimento, quantumuis laudabili, excrementa præſtabat grauiſſimas cõcitantia acceſſiones. Quo ſane diſcurſu ductus, occipitium ferro candenti inurere iuſſi & foramen diu apertum conſeruare, per quod expirabat id, quod quotidie cerebrum non ſolum ſuſcipiebat, ſed & generabat. Quod præſidiũ eius fuit poteſtatis, quod deinceps rarius in acceſſiones incideret, & cum hoc mitiores erant, adeo vt ipſa & aſſiſtentes crederent integram ſanitatem fuiſſe adeptam. *Cauterium.*

Verum quia mali natura erat nimio antiquata, & ex innata conditione reuerſiua, prouidi eã vti auxiliis, quæ prauorum ſuccorum reliquias, in toto & in capite contererent, quantum poſſibile fuiſſet in morbo tanta feritatis & diminutæ ſpei ſalutis. Sic profecto tertio quoque die porrigebam ℥ j. mirabilis aquæ, quæ hac lege conficitur. Accipe *mellis ſcilitici* ℥. *viij. ſyrupi ſtœchados & lupulorum ana* ℥. *vi. foliorum lupulorum. m. iiij. Epithymi* ℥ *i. ſ. borraginis, linguæ ceruinæ, viſci quercini ana m. ij. calami aromatici, ſerici crudi ana* ℥. *i. herbæ paralyſis. m. iij. betonicæ, maioranæ, ana. m. ij. radicis ariſtolochiæ, peoniæ, ana. l. ſ. radicis ſcorzonera. l. i. florum cordialium, florum tiliæ, lauendulæ, antos & genyſtæ ana* ℥ ij. conterantur omnia & miſceantur, & adde *theriacæ ſmaragdorum & electarij de hyacinto, & confectionis Alchermes ana* ʒ iij. diſſoluantur in *libris quatuor aquæ ceraſorum & tiliæ* & recipiantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe inſtillentur. Alia maioris momenti ad omnẽ epilepſiam, ſed maxime ad inueteratã paratur, quæ recipit *florum lilij conuallis l. i. florum peoniæ, lauendulæ, betonicæ ana. l. ſ. foliorum tiliæ, verbaſci odorati ana* ℥ *iij. radicis peoniæ & ſeminis eiuſdem ana* ℥ *ij. ſ. radicis ariſtolochiæ longæ* ʒ *i. & ſ. viſci quercini* ʒ *viij. cubebarũ* ℥ *i. piperis nigri, caſtorei pontici ana* ℥ *ſ.* inſcindantur inſcindenda, & infundantur in *lib. 3.* vini optimi ſpatio trium ſeptimanarum, & Soli exponantur in loco calido, & quotidie agitentur, tandem inſtillentur in balneo Mariæ. Profuit & aliis pleriſq; non minus opiata ad magnitudinem fabæ mane exhibita, quæ recipit *hirundinum deplumatarum & lotarum vino, num 5.* aſſentur lento igne, & ſæpe ipſas illiniendo *butyro liquato aceto ſcillitico*, ita vt minus comburantur, & poſtea in furno exſiccentur, donec in puluerem redigi poſſint, & adde *conſeruæ florum peoniæ, & florum herbæ paralyſis ana* ʒ *i. pulueris radicis peoniæ* ʒ *iij. conſeruæ antos* ℥ ſ. miſce cum *modico oxymellis ſcillitico*, & fiat ad modum opiatæ. Hæc quidem licet guſtui grata admodum non ſit, ſummum præſtat beneficium in acceſſione & extra ipſam, tum liquata cum aqua ceraſorum, & facta colatura iniectis guttulis eius per os; tum abluta facie: item præſeruationis gratia omni tempore. Ex quibus profecto, ſi Medicus ſtudiis deditus ſit, mille alia medicamenta effingere poterit: hoc vno adſeruato, quod his, qui pituitoſo abundant ſucco, *oxymellitem* & incidentia addat: his qui melancholico, ea quæ melancholiam corrigant. Sic melancholicis confert conditum, quod recipit *conſeruæ borraginis & bugloſſæ* ʒ *i. theriacæ ſmaragdorum & Mithridatii ana* ʒ *i. oxymellitis ſcillitici quartam vnam, ſyrupi de pomis & ſtœchados ana* ʒ *i. lapidis hæmatitis* ℈ *i. miſce cum laminis auri.* Inſuper pituitoſis confert, præter hæc omnia, puluis cum *iure pulli exhibitus, qui recipit ſeminis peoniæ pulueris cranei humani ana* ℥ *iii gariophyllorum, nucis muſcatæ, ſeminis citri ana* ʒ *i. miſce & porrige* ʒ, cum iure: vel ex prædicto puluere fiat conditum cum *oxymellite ſcillitico, & conſerua florum ſtœchados, maioranæ & ſimilium.* *Reliquias prauorum ſuccorum conterentia medicamenta. Aqua mirabilis ad reliquias paralyſis. Aqua ad epilepſiam inueteratam. Opiata ad epilepſiam. In melancholicis. In pituitoſis.*

Conſului etiam tabellis vti ante cœnam, quæ recipiunt *radicis & ſeminis peoniæ ana* ʒ *i. ariſtolochiæ rotundæ* ʒ *ij. myrrhæ electæ, coralli rubei, raſuræ cornu cerui, & oſsis de corde eius, ac eboris ana* ʒ *ſ. baſiliconis cardamomi & ſtaphiſagriæ ana* ℈ *i. viſci quercini* ℈ *ſ. pulueris cranei humani* ʒ *i. & ſ. pulueris lapidis bezoar, & electarii de gemmis ac diamargariton frigidi ana* ℈. *i. ſacchari diſſoluti in aqua tiliæ quod ſufficiat* vt fiant tabellæ. Item mane porrigebam *mellis ſcyllitici modicum*, aut *paſſulas madefactas in aqua tiliæ*, cum modico *oxymelite*. Maximi etiam fuit momenti ſemel in ſeptimana vti guttulis duabus *olei vitrioli in lib. ij aquæ tiliæ mixtis*, & huius mixturæ porrigere ℥. ij. Profuerunt plurimum capitis lauacra ex *ligno Guaiaco*: item ex *aqua mulſa*, in qua ferbuerint *pulegium, ſerpyllum, calamentum, & flores ſtœchados*. Pari ratione poſt lauacra adhibui, dum dolore caput premebatur, in circuitu eius, tres aut quatuor hirudines, quæ parum ſanguinis extraherent. Inſuper vtebar cataplaſmate confecto ex *pane & amygdalis amaris* cum *floribus ſtœchados & tiliæ, & calamento & radicibus ireos*, cum modico *caſtoreo* optime decoctis in aqua mulſa. *Tabellæ. Oleũ Vitrioli. Lauacra. Hirudines. Cataplaſmata.*

Vſus etiam fui toto tempore mali, decocto *ligni Guaiaci* cum *radice peoniæ*, tum cum cibis exhibito, tum & per ſe mane, aut cum laborans iret dormitum; quod magni fuiſſe vſus expertus ſum, maxime ad craſſos ſuccos & flatus conterendos, quibus omnibus longe melius ſe habuit laborans: licet ex toto non fuerit ſanitati reſtituta. *Decoctum Guaiaci.*

ad fugam (media proſequutione alimenti) doloroſæ illius affectionis ratione: quæ ſane affectio, licet videatur contra naturam ex ſe, & eo quod moueat ad fugam, non eſt talis cenſenda, quia non poſtulat medicum auxilium, etiamſi ſit cum aliqua leui corruptione: & ob id intenditur à natura, non quidem tanquam finis, ſed tanquam medium ad quærendum ſubſidium. Quæ cauſa fuit, quod pleriſque viſum fuerit, famem partim eſſe naturalem, & partim præter naturam: ſed id decretum aliter licet intelligere, aut ad cauſas referre, vt latius adduximus explicantes ordinem naturæ in concitanda fame, quam non *non naturalem* appellauimus. Namq; ex inanitione vilis humidi partibus iuxta cutem, mouetur natura ad appetentiam naturalem earum, forſan per inclinationem quandam ad allud, aut per potentiam naturalem. Inſuper excitatur ob id ad tractionem vilis, quæ incipiens ab eiſdem partibus, proſequitur eandem operationem, vſque ad ventriculum: à quo vicinæ partes ſugunt; quo excitatur animal ex moleſtia illata à ſuctione ad appetendum, media fuga triſtabilis, & proſequutione neceſſarii & delectabilis; quo conſequuto, tanquam fine, ceſſat actio: quibus conſtat dignitas huius partis, & officii eius, quamuis id exequatur medio tactus miniſterio, quia altiori modo hæc omnia proſequitur.

Similis profecto ſenſus tactus poteſtas ab omnibus etiam partibus diuerſa, reperitur in ſeminis genitalis excretione: nam dum exit per fiſtuloſum foramen, & ad glandem peruenit, titillationis ſenſum maximum mouet, qui ſtatim delectationem in appetitu ſenſitiuo concitat. Quod ſane ſemen in nulla alia corporis parte, interna aut externa, quamuis acutiſſimo polleat ſenſu tactus, titillationem natum eſt mouere, niſi in prædicta particula. Neque rurſus in eadem parte, quod maioris eſt momenti, obiectum aliquod licet ipſam attingat, quantumuis natum ſit tactum afficere, & ſua pte natura tangibile, prædictam titillationem concitauit. Itaq; vt ſoli ventriculo ad tutelam indiuidui, natura hanc actus perfectionem præſtitit, ita profecto peni ex ſemine ad ſpeciei propagationem donauit peculiarem illum ſentiendi modum, illi ſoli parti conceſſum: idq; non à quouis obiecto tangibili, ſed à quodam proprio & peculiari huic tactus ſorti & peculiari naturæ. Neque ob id quod diuerſo ac perfectiori modo tangendi munere vtantur prædictæ partes, credendum eſt, ſextum debere addi ſenſum; quia id ſtatuit natura, non mutata conditione organi; quod eſt ſumme neceſſarium ad probandam vnitatem potentiæ. Denique, facultas quæ excitat animal ad famem, quæ vere eſt appetitus humidi ſolidi, vt fugiat moleſtiam illatam tactui à re moleſtante medio ſuctu, ipſamet tangendi potentia eſt: non tamen eo modo, quo vniuerſum corpus illuſtrat, ſed ea, quæ ſoli ineſt ori ventris, quæ non patitur eundem modum poſſeſſionis aut alterationis, ſed certum & ſibi peculiarem.

Secundum quod in hac prima dubitatione explicandum propoſui (cognita natura potentiæ, cui munus eſt famem mouere) eſt, diſſerere, *quale natura ſit, & quotuplex obiectum, quo ſenſus tactus mouetur ad fameſcendum.* In qua re, quæ magni eſt momenti, etſi grandioris difficultatis, vt clarior ſuperſit, primo ſciendum eſt, in quonam horum motuum qui contingunt in ſenſu & appetitu, ſita ſit fameſcendi ratio. Prætermitto hac in parte, plures ex ſapientioribus cum Gal. *cap. 7. lib. de ſympto. cau.* ad ſenſum tactus, & perceptionem illam moleſtam reduxiſſe famem: alios ad appetitiuam potentiam, cum Ariſt. Fernelio & aliis: nonnullos quoque ad vtramque; quam ſententiam mordicus quidam regerit: quia nefas arbitratur, vnius rei eſſentiam conſtitui poſſe intrinſece, ex rebus adeo diuerſæ naturæ, vt eſt cognitio & appetitus: ſed cenſet cum hoc, forſan rei natura coactus, pertinere formaliter ad appetitum, & cauſaliter ad ſenſum: quo Gal. conciliat cum aliis. Sed his miſſis, neceſſum eſt diſquirere, quid vnicuique harum potentiarum in hoc opere tribui poſſit? cum certum ſit, has potentias ſemper coniunxiſſe naturam, quia vtriſque opus habebat ad hæc munera, & plura alia exequenda. Quare ſemper difficile fuit habitum, nimirum quid ſit obiectum adæquatum, quo potentia moueatur ad famem, cuius ratione ſtatuendum eſt, duplicem potentiam huic miniſterio concurrere, & triplex obiectum. Potentiarum vna eſt ſenſus tactus, & reliqua ſenſus appetitus: obiectorum vero duo, quæ vere tangibilia ſunt, tactiuam potentiam alterantia, ſeu informantia (alterum vt proprium, & reliquum vt commune) eliquum vero, quod vt triſtabile, vel delectabile reſultat tactus alteratione, appetitui proprium. Prima itaque facultas, quod ſui muneris eſt exequitur, nimirum ſenſus tactus, qui percepta re moleſtante (non quidem qua ſolum moleſta eſt, vt reliquæ partes ſentientes, ſed qua talis modus moleſtiæ aut qualitatis illi accedit, & qua talis etiam conditionis & dignitatis eſt illud ſenſorium oris ventriculi) ex ſuctu doloroſa moleſtia afficitur ſingulari moleſtiæ modo, qui *fames* dicitur (vt mox explicabo) alioqui à quouis obiecto corrumpatur ſenſorium, fameſceret, aut fames vbique excitaretur, accedentibus his, quæ ad famem concitandam accedunt ori ventris: quod non ita contingere vſquam viſum fuit: ſiquidẽ vt natura tribuit huic parti peculiarẽ tactus ſortem: ita profecto tribuit peculiarem alterationis modum, ex proprio obiecto, & non ex vllo alio ex tangibilibus. Eſt igitur primum obiectorum tactus, ſuctus ille, qui infert certum modum corruptionis in organo, quo veluti medio, inſurgit notitia, quam *famem* abſolute nominant, huic parti, huic potentiæ, ex hoc obiecto ſolum emanans, & tributa adeo ſingulari modo, quod non liceat hunc actum ſubiicere legibus & conditionibus reliquorum ſenſuum, neque adhuc ſenſus ipſius tactus. Huic etiam potentiæ accedit ſecundum obiectum, quod proprium arbitramur, quo magis actus fameſcendi ſpecificatur, eo modo quem mox audies: (ſi prius dixero nõ deeſſe qui cenſeant, hunc primum actum ſenſationis ventriculi, & cognitionem interni ſenſus, ſe habere præſuppoſitiue & neceſſario: & profecto recte colligunt, ſiquidem rationi conſonum videtur, aſſerere, ſi neceſſarium eſt ad famem, aliquod eius habere veſtigium, & aliquod præſtare principium, quale ſit ſufficiens, vt fames dicatur; quod profecto vere eſt qualitas reſultans ex diſpoſitione relicta in parte inanita, repræſentata ſenſui tactus per ſpecies.

Potentia fameſcendi obiectum quale natura & quotuplex.

Potentia fameſcendi duplex.

Obiectum 1.

Obiectum 2.

Quod ſane obiectum, & eius poteſtatem in concitanda fame, intelliges, ſi præmiſeris, id quod primo monet animal ad appetendum, nil aliud eſſe, quam inanitionem ſubſtantiæ alicuius humidæ; non quidem quod inanitio, ſeu priuatio potens ſit ex ſua natura aliquid agere, ſed quia humiditate hac deficiente in partibus aut in ventriculo, aut vtcumque mutata extra limites ſuæ naturæ, protinus comparatur in prædictis partibus modus quidam alienus & extraneus ab innata eius natura & conditione, per quam qualitas quæ remanet ac reſultat in parte, vere efficitur huius ſenſus obiectum: quo ſane per ſpecies oris ventriculi communicatas, ſenſus ille tactus, cum ſit huic obiecto dicatus, & ea ſit acutiſſimus, protinus alteratur, tanquam à qualitate aliena & extrinſeca. Nam hæc eſt dignitas huius ſenſorii, ratione officii altioris ſupra communem tangendi modum conceſſa, quod ab his læditur, ſiue in proprio organo eueniant, ſiue aliunde per ſpecies illi accedant, extra naturæ modum, & facile moleſtetur, modo quodam doloris, qui nullibi à communi tangendi facultate perciperetur: licet adiungatur ſuctus, qui vicem habet alterius obiecti communioris, vt dictum eſt.

Verum ne huiuſmodi doctrina alicui videatur nouitate ſuſpecta, ſiquidem ſtatutum eſt omnibus Philoſophis, niſi aliquid extrinſecus ſenſorio tactus accedat, à quo alteretur, nullam fieri ſenſationem, eo quod neque à ſeipſo, neque ab eo quod ſibi eſt inſitum, alterari aut dolere poſſit: alioqui idem ſenſorium eſſet in actu & potentia ſimul; quod omnes Philoſophi iure optimo damnarunt: expendas, noſtram ſententiam decreto antiquo non contrariari: quinimo certum & neceſſarium eſt, in hoc famaſcendi ſenſorio ita hoc debere fieri, ſi prius dixero, duobus modis difficile quibuſdam

Dubia duo. viſum fuiſſe ſine obiecto extrinſecus accedente, ventriculum poſſe fameſcere: vno ſola indiſpoſitione contracta ex ſuctu in ore eius: ſecundo, quod longe difficilius eſt creditu, nimirum paſſionem partiū externarum aut internarum, cum caret humido in vniuerſo corpore, poſſe ſine aliquo medio ori

Solutio dubij. ventris communicari. Quibus ſic ſatisfacies: primę quidem dubitationi, quæ impoſſibilitat, ſine obiecto externo poſſe homines fameſcere; dicimus, id facillime poſſe intelligi, vt contingit in fame naturali quotidiana, quæ fit circa corporis inanitionem: quia omne ſenſorium conſtitutum eſt ex parte aliqua præcipua, quæ actionem efficit, & aliis quæ vel ſubſeruiunt, vel aliquid præſtant in eo miniſterio. Huius ſane naturæ eſt neruus, qui præcipuum eſt organum tactus; nam caro & reliquæ partes, quæ ſenſu ſunt orbatæ, neruum huius partis protegunt ab externis obiectis & iniuriis, ne ob immenſum & acutiſſimum eius ſenſum, eſſet homo in perpetua paſſibilitate. Quo fit, vt licet tactus obiecta neceſſum ſit materialiter ſenſorium attingere; cum hoc tamen nullam cauſabunt ſenſationem, niſi per ſpecies ab obiecto ad neruum in ea parte tranſmiſſas. Nam certum eſt, tangibiles qualitates duobus modis nos alterare: vno quidem, qua tales qualitates ſunt naturales, quo nos & lapides etiam, qui non ſentiunt, calfaciunt, aut refrigerant: alio vero, qua tangibiles ſunt & ſenſum mouent ſine materia. Quippe tactus non eas percipit ſecundum quod eas percipit vt naturales ſunt, quia vt dictum eſt, lapides etiam alterant, ſed ſecundum immutationem immaterialem ab eis dimanantem, ſecundum quam euidentiſſimum eſt, eſſe eſſentialem ſenſui, vt ſenſus eſt, & ſine qua non contingit eſſe ſenſum, quantumuis pars calfiat, & vt naturalis alteretur. Sic profecto in fame quotidiana, dū horam conſuetā ſumendi cibos tranſgreditur homo, comparatur in ore ventriculi, defectu humidi voluptuoſi aut delectabilis, modus quidam, ſeu neutra quędam diſpoſitio, aut, vt proprius loquar, qualitas quædam reſultans ex defectu humidi prædicti conuenientis, quæ alterat neruum oris ventriculi, mediis ſpeciebus, ipſi à partibus ſic alteratis tranſmiſſis: & medio etiam ſuctu, quibus concitatur leuis doloris modus, ac famem ſubinde concitat, circa alterius moleſtiæ aut qualitatis perceptionem, vt mox clarius expli-

Solutio 2. dubij. cabo. Secundæ autem dubitationi, qua quærebatur, qua via paſſionem partium, quæ orbantur humido in vniuerſo corpore, poſſit os ventriculi perſentire, vt fameſcat ſine medio ſenſibili, & quale ſit in hoc opere obiectum: eodem fere modo reſpondere poteris: nimirum hoc obiectum eſſe modū qui comparatur in partibus, humido reſoluto, hoc eſt, qualitatem quandam quæ ſupereſt per reſultantiam, & manet, humido reſoluto in partibus; quæ ſane contraria eſt, aut ſaltem diuerſa ab ea quæ præfuerat ante defectum humidæ ſubſtantiæ, qua delectabatur & exiſtebat homo ſecundum naturam. A qua quidem qualitate, quam verum obiectum in hoc miniſterio eſſe indicamus, ſpecies producuntur, & tendunt in os ventriculi, & moleſtia ex ſuctu præſtita, coadiuuant, & quod propius eſt, determinant appetitum, non quidem vtcumq;, ſed ad proſequutionem ſimilis rei deperditæ. Quippe hæc qualitas quæ reſultat, repræſentat intemperiem, ſeu qualitatem promanantem ex parte inanita, quæ determinat appetitum, per cognitionem quæ præcedit medio ſenſu. Quam ſane qualitatē in fame arbitramur eſſe frigidam & ſiccam: & in ſiti calidam & ſiccam; quo fit, quod in fame appetamus calidum & humidū, (quamuis Ariſt. dixerit, famem eſſe *appetitum calidi & ſicci*, quia per ſiccum ex parte intellexit ſubſtantiam craſſiorem ea, quæ reſoluitur in ſiti) contrarium huic qualitati frigidæ & ſiccæ, quæ reſultat ex defectu humidi natiui, & ſimile ſubſtantiæ deperditæ, quæ calida & humida erat, & adhuc

Sitis quid. eſt, quæ remanet in partibus nondum reſoluta. Sic profecto ſitis eſt appetitus frigidi & humidi, in medelam caloris & ſiccitatis reſultantis ex conſumptione roridæ ſubſtantiæ, & vt reficiatur quod perie-

Tertium obiectum in fame neceſſarium. rat. Quo (ò mirabile Dei artificium) efficitur & reſultat tertium obiectum in fame neceſſarium, quod eſt quid triſtabile, à quo fugiens appetitus, inſurgit ad proſequutionem alimenti, ex quo illi comparatur ſubſidium. Quibus conſtat, duo prima obiecta tangibilia, vt ſuctus qui eſt ſenſibile commune, & qualitas frigida & ſicca, eſſe in hoc opere propria tactui, & productiua in ore ventriculi, famis & ſitis: vltimum vero quod ex fama ſoboritur, vt malum & odibile, pertinere ad appetitum, quo liberatur homo à fame; namque prius eſt fameſcere, quam appetere fugam mali, aut proſequutionem alimenti.

Tertium

Tertium quod in hac prima dubitatione polliciti ſumus diſputare, clarius monſtrabit quæ modo dicta ſunt: nam explicare incumbit *modum & media, quibus etiam natura ſimul cum ſpeciebus ab obiecto producta, animal moueat ad fameſcendum.* In qua re mirari & laudare oportet infinitam & mirabilem Dei ſapientiam: nam cum ſpecies illæ ex innata conditione non valuiſſent neruum & potentiam doloroſam alteratione afficere, quo animal excitaretur ad fugam mali: neque ſuctus vanarum potuiſſet mouere, aut inſinuare quid natura appetere debuiſſet, vt liberaretur à fame, & ſiti & moleſtia præſentita in ore ventris, verumq; contingit, ſuctum nimirum cum ſpeciebus, vt ſuctu excitaretur animal ad fugam triſtabilis, & ſpeciebus, quibus determinatatur appetitus media cognitione ſenſus, ad proſequutionem calidi & humidi in fame: & frigidi & humidi in ſiti, vt pote quæ contraria ſunt qualitati, ſeu indiſpoſitioni, quæ relicta fuit in fame, poſt conſumptionem naturalis humidi; & etiam ſimillima exiſtunt humido naturali, & ſubſtantiæ, tum deperditæ, tum remanentis in membris, quæ refici curat, & delectatur. Quippe cognouit animal, hanc moleſtiam tactui per ſuctum illatam, tanquam propium & triſtabile appetitus obiectum, ipſum mouere poſt apprehenſionem ſub ratione mali, ad fugam primo: & quia nullo alio modo citius & commodius fugiet à malo, quam conſequuto bono deperdito, ob id prurinus concitata fame, inſurgit ad proſequutionem boni, ſeu alimenti, in quod refunditur, illud quidem per ſuctum, & hoc per ſpecies ab obiecto ſuſceptas; quæ vt ſimulacra ſunt diſpoſitionis aut modi relicti in partibus & organo, ita eam repræſentant, quo animal, vt quærat præſidium, fameſcit: quæ ſane fames vt malum quoddam, verum eſt appetitus obiectū, quo excitatur ad appetentiam boni & neceſſarii, curans malū & odibile fugere. Quippe qualitas quæ appetitur in fame & ſiti ſimul, profecto contraria eſt qualitati reſultanti ex conſumptione humidi: & ſimul etiam humido deperdito ſimilis: quo fit, vt vtrique prouideat natura vno alimenti appetitu. Ex quo facile colligere poterit, qui animo fuerit libero, non opus eſſe huic miniſterio efficiendo conſtituere, aut vt rectius loquar, effingere qualitatem occultam, tanquam obiectum in hac tentationis ſorte. Cuius ſane qualitatis non poſſumus conſignare autorem, neq; qualis naturæ ipſa ſit explicare, niſi velimus tam occultam per occultiorem exponere, vt nonnulli ſcripſerunt.

Obiectum fam. ſem. & quo modo moueat potentiam, vt ad famem excitetur.

Nec prætereundum eſt, id quod etiam diſputandum propoſuimus, nimirum poſſe aliquem dubitare; *ſi ſenſorium aut potentia in fame & ſiti, vnum tantum exiſtit, videlicet tactus oris ventriculi, & obiectum etiam vnum, velut eſt modus ſeu qualitas quæ per reſultantiam, deperdito proprio partium humido, contrahitur in fame & ſiti; qua nam ratione, quæ mouent ſitim, non etiam concitabant famem, & econtra, aut ſimul vtrumque.* Cui dubitationi dicendum eſt, hanc eſſe differentiam in concitatione famis & ſitis, quod licet potentia & organum ſint idem in vtroque affectu, & idem etiam obiectum: quoad modum relictum: longiſſimis tamen interuallis diſſident, quoad naturam & ſubſtantiam humidi deperditi. Namque in ſiti ſolum petit humidum roridum, in fame vero humidum ſubſtantificum partium, quod vere iam exiſtit pars ſubſtantiæ: quo fit, vt in ſiti qualitas quæ reſultat, calida fit & ſicca, ita vt facile attemperari poſſit, ac faciliime reparari, quia pars ſubſtantiæ non eſt, & ob id ſtatutum eſt, & experimento conſtat, facilius repleri, aut leuari potu quam cibo: in fame vero, plurumque deperditur humidum ſubſtantificum & vitale; quapropter longe diuerſus modus, & diuerſa qualitas reſultat, quæ diuerſo modo mouet animal: nimirum ad appetendum ſimile deperdito. Qua ratione, cum deperditum in fame & in ſiti non ſint idem, diuerſa reſultat affectio: quod euidentiſſima ratione & euidenti demonſtratione probatur: quia ob hanc diſparitatem ſubſtantiæ deperditæ, ſitientes magis ſitiunt ab aſſumpto alimento, & famelici non ſaturantur potu. Sic profecto comperimus, fameſcere homines vno è quinq; modis: nam homo appetit accedente hora comedendi conſueta, forſan ex memoria guſtus aut rei delectabilis, ſimul cum defectu alimenti. *Item* fameſcit amplius, cum vltra ſtatutum tempus ingerendi cibos, remoratur. *Tertio*, cum orbatur propria humiditate os ventriculi. *Quarto* vero, dum corpus inanitur: & *vltimo*, cum à cauſa aliqua præter naturam, citra indigentiam aut humidi priuationem, fameſcimus: quæ ſane cauſa ſenſum triſtem excitat, & appetitum, qui nuſquam quieſcit à cibo. Sic profecto ſitis tribus modis ſuccreſcit, quos latius alibi explicuimus.

Sitis an requiras eadē media famem, vel aliquo modo diuerſa.

Sed quia non deſunt ex neotericis, qui eam doctrinam euertere nitantur, videtur neceſſum eſſe explicare breuiter, *qua via appetitus noſcat vſum potus ab aſſumpto cibo*; res quidem tam vera & certa, quam aperiſſima & clara. Quippe certiſſimum eſt, appetitum informari ac determinari per cognitionem præcedentis ſenſus: quam determinationem nemo eſt, qui ignoret eſſe eius cognitionem, non propria, ſed à ſenſu informato ſpeciebus obiecti, & mouente appetitum ad id ſignatim, & non ad aliud: quod appetitus nequiſſet efficere, niſi ad id determinaretur. Et hæc in re leui ſint ſatis, ſiquidem non minus offertur per ſpecies ſenſui diſpoſitio ventriculi ab aſſum pto cibo, quam quouis alio modo: & ſic inſurgit ſitis, ſicut ex aliis diſpoſitionibus ſitis altera, aut fames. Reliqua vero quæ nituntur de ſiti taxare, partim ſunt parui momenti, partim impoſita, & ſolum intellecta in eo ſenſu, quo poſſit argumenta effingere.

Appetitus qua via noſcat vſum potus ab aſſumpto cibo.

Hæc profecto dicta ſunt, vt quiſque intelligat, quot modis poſſit homo faſtidire; ſiquidem fames & faſtidium oppoſita exiſtunt: vt ad noſtri laborantis faſtidii fontem deuenire certius poſſimus. In qua re dictum reperies capite *de cibi faſtidio. Tom.* 3. id poſſe variis modis in nobis concitari, ſi prius dixero, quod ſicut appetitus cibi & fames, non ſunt idem, nec ſe habent ad conuertentiam; ita prorſus neque inappetentia & cibi faſtidium, quia inappetentia, ex cauſis ſecundum naturam (ſicut appetitus ex recordatione guſtabilis & grati) ſemper procedit, aut maxima ex parte (niſi dum ex virium languore in valde debilibus ſuccreſcit) vt in ſaturo, aut ob ſenſuum diſtractionem:

Faſtidium cibi quot modis in nobis concitari poſſit.

Faſtidium variè vſurpatur.

at faſtidium ſemper ex cauſis præter naturam. Quo fit, vt faſtidium communiori & extenſo significato, varie vſurpetur: nimirum vel quod nullum appetit homo cibum, vel quod omnes aut aliquos faſtidit, vel quia abominatur quemcunq; aut aliquem. Inſuper cibum non appetere, ſuccreſcit alicui, aut quia facultas appetitiua non appetit, eo quod ſenſus tactus nullam ſentiat moleſtiam, neq; ſuctum patiatur, quia non caret neceſſario humido; ſed hæc affectio non cohæret cum cibi faſtidio, niſi dum præ impotentia, vt in morti proximis comperimus: aut cum diſtrahuntur potentiæ; vel alimenta ſunt nimis conſueta, quæ ſæpe appetitum deiiciunt, maxime in corporibus caſuris in morbum; in ſanis vero roborant, licet minus grata ſint inſuetis. Quo ſuppoſito, ſciendum eſt, faſtidium duplicis eſſe ſortis: nam aut amicos cibos auerſatur homo, & reliquos ingerit citra faſtidium: aut omnes fugit & abominatur eo affectu, ac ſi venenum fuiſſent. Nam aliud eſt, auerſari cibos, aliud vero fugere, velut à vipera, ſcorpione vel alio venenoſo animali, quantum diſtat actio corrupta ab actione diminuta & ablata. Patiebatur nobilis hic vir mediam faſtidii ſortem, quia omnem cibum, ſiue bonus fuerit, ſiue malus, conſuetus aut inconſuetus, auerſabatur adeo, vt præ inopia alimenti, in marcoris principium incideret, extenuatis cruribus, brachiis, & dorſo, eo quod parciſſimo vteretur alimento, idque raro & maxima cum violentia, ac fere cum nauſea & irritamento ad vomitum, non ſolum viſo alimento, ſed ex recordatione eius.

Fames an cū cibi faſtidio coniungi poſſit.

Quapropter propoſui etiam diligenter explicare, *an cum hoc cibi faſtidio fames coniungi potuiſſet*: ſiquidem nulla alia in parte maior humiditatum conſumptio haberi poteſt, quam vbi corpus contabeſcere incipit, & primum mouens famem, ſit præternaturalis ille modus, qui remanet in ore ventris, poſt reſolutam humiditatem; quo fit, vt videatur rationi conſonum, faſtiditos poſſe fameſcere. In dubio, vt breuiter me à difficultate expediam, ſciendum eſt, quod ea ratione, qua os ventris exactiſſimi eſt ſenſus, & deficiente neceſſaria humiditate (quæuis ea ſit) facile perſentit in organo relictum damnum & incommodum, & ab eo moleſtatur & fameſcit: ita prorſus duabus de cauſis poteſt, non ſolum non appetere, ſed & cibos faſtidire. Vna profecto eſt ſuperabundans humiditas, non quidem naturalis, ſed præter naturam: quia vt ſuperabundans eſt, obruit potius ſenſum tactus, quam doloroſo affectu moleſtet: vt vero vitioſa exiſtit & præter naturam, auerſionem concitat aduerſus cibos.

An citra famem aliens inſit appetitus alimenti.

Ratio eſt, quia cum ſemper coniungatur cum appetitu rei alimentoſæ deſiderium, ita prorſus in priuatione appetitus conſurgit cibariorum odium & auerſio, quia talis eſt conditio ſuperfluæ & vitioſæ humiditatis. Itaque in corpore & in ventris ore, optime poteſt eſſe inanitio; cæterum non ſubinde ſequitur fames, quia os ventris abundat humido vitioſo (quantumuis natiuo careat) quo extinguitur vis tactoria, adeo vt moleſtiam ex ſuctu nullam ſentiat, & ſubinde potius ad faſtidium quam ad famem inclinabitur animal.

Fames & faſtidium qua ratione ſimul eluceſcant in vna eademq; particula.

Qua etiam dilatione explicatur tertium dubium, nimirum, *qui fieri poſſit, quod duæ affectiones adeo oppoſita, vt fames & faſtidium, vno eodemque tempore eluceſcere poſſint in vna eademque particula, & ab vna eademque tangendi potentia.* Cuius rei ratio profecto eſt, quia licet in corpore & ore ventriculi ſit inanitio, quæ velut primum mouens tenetur famem concitare, tamen quia non adeſt effectus ſeu modus, qui ſolet poſt inanitionem remanere in ore ventriculi, quia humiditas extranea, quæ faſtidium cauſat, ſupplet eius vicem, ac impedit quo minus excitetur fames, & appetitiua potentia ad deſiderium cibi, fit, vt totus appetitus ſit in auerſione ciborum, ob humoris vitium, & facultatis tangibilis diminutionem & obtuſionem, etiamſi famis cauſa præſit in corpore; quia tunc ſola fames naturalis inſurgit, non animalis, ob adductam rationem.

Sitis quid à fame differat.

Hoc autem modo hic vir contabeſcebat præ indigentia ciborum faſtidio contracta: inſuper moleſtiſſima premebatur ſiti, in cuius ſubſidium ſibi copioſiori indulgebat potu, quo venter indies magis intumeſcebat. In qua re ſtatuendum eſt, in hoc differre ſitim à fame, quod plures in re alimentaria præſtet vſus potus, quam alimentum, vt mox leges. Differunt etiam in qualitate, ſeu modo qui reſultat ex deperdita ſubſtantia in vtroque ſymptomate: nam in fame perit humidum ſolidum: in ſiti vero humidum roridum, vt ante dixeram. Ex quo conſtat, qualitatem quæ per reſultantiam à defectu humidi inſurgit, longiſſimis interuallis differre in ſiti & in fame. At vt in famis prima ſpecie, abſentia alimenti aut chili conſurgit appetitus, ita profecto in ſiti, quia adueniente alimento, aliter diſponitur ventriculus, quam antea erat, quia modus ille diuerſus diuerſimode afficit ſenſum, & is diuerſimode mouet appetitum: illic ad alimentum, quia deficit: hic vero ad potum adueniente alimento, quia deficit, concurrentibus etiam aliis cauſis; quæ oſtendunt eius indigentiam, quia nec probe deglutiri, neque guſtari, aut deſcendere alimentum poteſt; & modus ille qui ex defectu comparatur in ventre, potum expoſtulat, non cibum. Quæ ſane doctrina facile poteſt admitti, quia hæc eſt ratio cognitiuus ſui operis: præterquam quod in ventriculo peculiarius & perfectius fiunt hæc omnia, quam in aliis partibus & ſenſoriis, non quidem propria cognitione, ſed ſuperioris potentiæ, quæ in ſubſidium animalis concurrit. Verum quia vt *Tom. 2. capit. de potu*, latius explicui, ſtatuique triplicem ſitis differentiam, conſtat, vnam vſui cibariorum conducere: ſecundam, naturalem ſitim extinguere: vltimam vero eam ſitim, quæ præter naturam inſurgit, à cauſis

Sitis duplex differentia.

etiam præter naturalibus ortam: hac in parte ſolum huius vltimæ meminero, ſi prius dixero, multa ſcripta reliquiſſe *cap. 3. Tom. 3.* de ſiti: maxime de ea quæ vſu cibariorum inſurgit: quam diximus non ſuccreſcere ante cibi ſumptionem. Cæterum quæ naturalis dicitur, præmiſſa humidi tenuis conſumptione infeſtat. At quæ præter naturam fit, hæc quidem cauſa poſitiua præter naturam accidens moleſtat ſenſum tactus, & appetitum excitat ad quærendum ſubſidium per potum: eſt enim hæc

ſitis

ſitis canino appetitui perſimilis. Sic profecto hunc vitium ex bilioſi & viſcidi permiſtione, aliquid ita fixum & adhærens infeſtabat, quod mordicatione & moleſtia, calore & ſiccitate media, perpetua ſiti eruciabatur in ſubſidium concitata, non mordicationis, ſed caloris ac ſiccitatis adiunctæ, quæ contrarium cogebant appetere.

Dubium.

In qua re addubitare oportet, *qui fieri poteſt, quod iam ventriculus ita humoribus infeſtetur contrariũ, quod ſimul famem non ſentiat, licet indigentiam patiatur, & ſiti cruccietur adeo acuto ſenſu, quod illi exiſtat moleſtiſſima.* Cui dubitationi (præter id quod euentus quotidianus fidem faciat, quia conſpicimus plurimos laborantium qui cibos auerſantur, & cum hoc ſiti incredibili premuntur) dicendum eſt, cauſam huius diuerſitatis in appetitu ſuccreſcere in hoc laborante, ratione diuerſitatis efficaciæ humoris os ventriculi infeſtantis. Nam qua ſalſuginoſus eſt, ſenſum ad ſitim excitabat; ad famem vero nequaquã, quia humoris corpus & craſſities obſcurabat modum præter naturam, qui ſolet oriri à defectu humidi; ſi quidem eo tempore non deerat humidum, ſed erat præter naturam (etiam ſi deeſſet naturale) tamen ex eodem humido præter naturam oriebatur ſalſugo, quæ moleſta irritatione cruciabat naturam ad ſitim, qua ad potum mouebatur importune, & ob id duplici hoc ſymptomate perpetuo infeſtabatur noſter laborans.

Faſtidio quare homines afficiantur.

Hæc profecto ſunt quæ hic nobilis vir patiebatur, adeo moleſte ferens, quod vitam ageret miſeram & calamitoſam. In cuius curatione primo conſideraui faſtidii generales & communes cauſas: vt cognitis his, quibus hic vir moleſtabatur, facile poſſimus adæquatum præſtare auxilium. Si enim in memoriam reuoces, quæ de fame nuper diximus, facile conijcies, homines faſtidio affici poſſe, abolita vel diminuta appetentia. Quippe abolitio contingit, vel quia ſuctionis ſenſus perit: vel quia ſuctio non fiat: vel quod corpus non euacuetur; & ſic dum hæc imminuuntur, diminute etiam fiat appetendi modus, quo etiam dicimus homines faſtidire, licet leuiter reſpectu abolitionis appetitus.

Appetitus quibus modis pereat ſeu imminuatur.

Perit itaque ſenſus ventriculi per ſe ab intemperie calida, aut frigida, cum affluxu alicuius ſucci, aut ſine ipſo, vel per conſenſum. Per ſe à calida, vt docuit Gal. 3 *de cau. ſym. c.* 1. & *tertio apho.* ſed maxime, *6. popu ſect. 4. comm.* 20. quo loco fundentia humores, & calfacientia delere appetentias ſcribit. Sic quoque frigiditas dum immoderata eſt, delet actum propriæ virtutis: & licet ſua natura corrugationem & modum quendam ſuctionis æmuletur, ac appetitum concitet, tamen dum modum excedit, omnem actum potentiæ vitiat. Appetitus enim imminuitur, quemadmodum delirantes, ſtupidi & apoplectici nihil appetunt: nam in his & aliis qui vel maligna peſte laborant, fere extinguitur, aut obtuitur appetitiua potentia, vt nihil videantur appetere. Sic noſtro laboranti contigiſſe cernimus, vt mox docebo, ſi prius dixero, imminui etiam appetitum, quando exigua vel nulla fit ſuctio in ea parte: quod duobus modis contingit, corpore nimirum non expoſtulante: vel in parte ipſa excedente: vel praua qualitate, calida aut frigida, affecta.

Suctio cur non fiat.

Item non fit ſuctio ob ſanguinis vbertatem, aut quia corpus non vacuatur, vel crudis abundat, aut via agitur otioſa & ſedentaria. Sed ad rem noſtri laborantis redeuntes, conſtat, abundare ventriculũ & eius oſculum maxime humoribus pituitoſis, ſalſugine ex putredine præcedentis febris, & bilis etiã admixtione male affectis: quorũ ſecum & caput non paruam portionem in ventrem profundebant, quo ex calore ſitit, & faſtidit, & ex crudis obruitur potentia, quo minus ſuctum & moleſtiam percentiat. Quo quidem mihi perſuaſi neceſſum fore, primo eos minuere, & conſuetudinem fluendi ad eam partem, diuerſione facta ad aliam, interdicere, & mox membra principalia reparare. Verum cum vtrumque ſymptoma ſimul ab vno humore fieret (quia ſubſtantia pituitæ faſtidium, ſalſugo ſitim concitabat) eiſdem met auxiliis, eadem medendi ratione vtrique malo ſubuenire ſtudui.

Sitis qua ratione extinguenda.

Primo enim, eo vitæ modo vti iuſſimus, quod nimio potu, quo vtebatur, non augeret crudorum & pituitoſorum copiam, & ventris tumorem. Quapropter præſtita potus ea menſura, qua ad penſum cibi erat opus, aquam iuſſi concoquere *ſaſafraſa Indica*, poſthabita ſitis conſideratione, addito modico vino, quo laborans, qui cordatus homo erat, cœpit minus ſitire, ſimul cum tolerantia ſitis: nam antea cum impatiens eſſet, copioſiori vtebatur potu, & ſubinde increſcebat ſitis amplius, quo magis ingerebat, quia ſalſugo ad maiorem aquæ ingeſtæ copiam ſeſe extendebat. Præterea purgato ſucco, melius ſe habuit: inſuper *coriandro præparato & radice ſcorzonera* incoqui aquam iuſſimus, & poſtea in puriſſimam aquam inijcere curauimus quatuor aut quinque guttulas *olei vitrioli*: quo potu mirum in modum ſitim extinximus.

Appetitum quæ excitent.

In cibis quidem nullam opus erat ponere legem, quia faſtidio maximo vexabatur, ſed ſalſamentis & rebus guſtui gratiſſimis, ſemper curaui appetitum excitare; quales ſunt *cappares aceto condita, & oliua muria præparata*, & alia id genus: nam ex piſcibus mediocriter ſalitis, aliquando minus ſitiebat. Atque licet neceſſum erat ob faſtidium intus inaniri & fameſcere, cum hoc tamen commendaui *modicum exercitium*, & quantum erat poſſibile, *largiorem ſomnum*, quibus cruda facilius coquerentur.

Medicamentorum vſus.

Ad medicamentorum vſum accedentes, primo hominem purgare inſtituimus: & exhibito purgante in principio leui, quale quid *ſerapium ſolutiuum ſenarum*, cum modico lactis cartami; mox iuſſi ter in hebdomada vomitum mouere, exhibita prius *mulſa tepida*, cum modico oxymellite; tum eodem die, quo vomiturus erat: tum vero pridie ante vomitum: quo ſane auxilio multa cruda, viſcida & ſalſuginoſa excernebat.

Purgantia.

Tranſactis tamen quindecim diebus ab hoc præſidio, peccantes humores proprius purgaui, exbi-

exhibitis *pilulis ex agarico trochiſcato & hiera Galeni*, vtriuſque ℈ iiij à quo probe & ex materia peccante purgauit, ſicut etiam *pilulis de tribus*.

Quo facto, iuſſi bis in hebdomada maſticare *rhabarbari electiſſimi* ʒ ß aut ℈.j. & diebus intermediis vti eadem *aqua mulſa* tacta ſupra aquam *abſynthii, radicis Chinæ & ſaſafraſa*: quo cœpit facilius ſitim tolerare, quia per aluum & vrinam ſerum biliosum expurgabat, ac iecur maximum ſimul & ventriculus ſuſcepiabant leuamen.

Inunctio. Tandem quindecim diebus tranſactis in huius beneficii vſu, cœpimus fouere ventriculum *ſpongia madida decocto calido ex abſynthio, corticibus caparorum, chamamelo, roſis, nuce muſcata, gariophyllis & cubebis*: idque ſingulis diebus ante prandium. Iuſſimus etiam ventrem inungere oleo quodam mirabili, quod recipit *olei abſynthii, iaſminorum & caparorum ana* ℥ i. *pulueris gariophyllorum, macis, nucis, aromatici roſati, & galliæ muſcatæ ana* ʒ. ß. *ſummitatum menthæ madefacta vino generoſo* ℥ j. bulliant in duplici vaſe & exprimantur. Poterit etiam diligens Medicus in ſimilibus affectionibus ventrem inungere *oleo ſeminis angelicæ, ſeminis aniſi, & ex cinnamomo & gariophyllis*, in quantitate modica, admixto tamen *oleo omphacino* aut *naphæ*, quibus attemperetur: & vbi æſtus in ventre ſentitur, *oleo roſaceo*: item prodeſt *oleum de Canime* ab India aſportatum: aut balſamum vel *oleum belzoini*. Prætera emplaſtrum ex pulueribus dictis, *ladano, cera & therebentina*: aut ſi frigiditas plurimum præualuerit, cum modica *thecamacha*, aut *carana*.

Emplaſtra. Aut quo auxiliorum genere iterum ad vomitum coegi hominem redire, cum maximo ſalutis principio: nam licet nihil amplius appetebat, tamen ventriculus longe melius ſe habebat, mane appoſito emplaſtro ad figuram ſcuti, quod recipiebat *pulueris aromatici roſati* ʒ i. *gariophyllorum* ℈ ij. *galliæ muſcatæ* ʒ. ß. *pulueris diamargariton frigidi & corticis citri, nucis & cubebarum ana* ℈ i. cum *balſamo, cera & ladano* depurato, quantum paterat, ad bonam conſiſtentiam.

Pilulæ. His omnibus præmiſſis, inſtitui ſemel in ſeptimana ſumere ʒ. j. *pilularum* quæ recipiunt *agarici trochiſcati, rhabarbari & hiera ſimplicis, ana partes æquales*. Diebus tamen intermediis conſului, mane duo aut tria cochlearia ſumere paſſularum Corinthiarum, quæ per diem & noctem maduerint in vino, aut in vino aromatizato: aut ſi æſtus id vetuiſſet, in *aqua roſacea* aut *abſynthii decocto*, vel *cinnamomi* vel *ſaſafraſa* cum radicibus *ſchorzoneræ*.

Et cum adhuc appetitus parum excitaretur, iuſſi in prima menſa ſumere *modicum panis madidi ſucco limonum & melle*: & aliquando cum guttulis aceti plurimum diluti *aqua naphæ*; nonnunquam vero *vino mellito* ſiu *Hippocras* appellato, quibus profecto cœpit guſtum aliquem in his quæ maſticabat percentire.

Pergens vero in curatione, quia inueterata erat affectio, iterum ad fomenta ventriculi iuſſi peruenire, ex *vino decocto* eiſdem reb. appoſita *ſpongia calida* hora vna ante prandium, & toto prandii tempore, quo cœpit modicum panis biſcocti appetere.

Inſuper curaui potus parſimonia, & euacuationibus prædictis, præmiſſa humorum ventriculi præparatione, attenuantibus & reſoluentibus materiam vlterius minuere, & prædicto *rhabarbari* vſu iecur & ventrem roborare, & à biliosis recrementis leniter euacuare: nam aliquando præſtiti ʒ. iii. *mellis roſati ex ſucco roſarum Perſicarum & ſaccharo* iuxta Aetii compoſitionem, cum infuſo *rhabarbari*, aut *decocto pugini*, vel *emulſione ſeminis cartami*, à quo auxilio, & ante conſtitui præbere interpollaris diebus duas aut tres vncias aquæ, adiectis guttulis, vna aut duabus, *olei de vitriolo*; quo mirum in modum leuabatur.

Marcori qui ſubueniatur. Verum quia hæc ſufficere non videbantur, licet aliquid iuuarent, ad alia præſidiorum genera fore confugiendum cenſui, antequam laborans prorſus in marcorem incurabilem incidiſſet. Primum fuit, omni diligentia marcori incipienti ſubuenire, tum inunctionibus per dorſum ex *oleo ſeminum cucurbitæ* & melonum loto *lacte vaccino*: ex *amygdalarum dulcium* loto etiam *aqua maluarum & fontis*: ex *reſumptiuo vnguento* loto lacte muliebri: quibus & ſitis & calor leuamen ſuſcipiebant. Vlterius etiam curauimus reficere depopulatum humidum, his quæ certiſſimam renutritionem præſtarent. Cui vſui præter cibaria ex ouis ſorbilibus confecta ex ſuccis pullorum, tum prælo extractis, tum iuſculis præſtitis, mirabilem quandam aquam huic vſui conſtituimus, qua robur & firmitudinem comparauimus

Renutritionẽ certiſſimam quæ præſtent. euidenter: quæ ſic conficitur, quo ſiti etiam ac faſtidio prouidimus. Excipe *carnes quatuor pullorum mundatorum à plumis & interaneis*, & eorum ventres reple hac lege: Accipe *carnis ranarum, cochlearum & teſtudinis ana* ℥. iij. *mucilaginis pſylii, citoniorum & radicum bugloſſæ* ℥ iiij. *foliorum linguæ ceruinæ, lupulorum & ſcariolæ ana m. iij. carnium pomorum dulcium l. i ß ſucci roſarum rubearum* ʒ. iii. *vini albi & rubei ana* ℥ ii. *ſucci limonum* ʒ i. *electarii de gemmis & de hyacintho ſine croco ana* ʒ. i ß. i. coquantur omnia ſecundum artem ad conſumptionem tertiæ partis, & igne excipiantur in alembico vitreo, & inſtillentur. Huius diſtillationis modicum admiſcebam omnibus cibariis, & mane, poſt ouum ſorbile ſumptum, præſtabam ℥ i ß aut ii & aliquando totidem, cum laborans iret dormitum.

Fontis de Tiruche mirabilis poteſtas. Secundum fuit (ſolum faſtidium reſpiciens) vſus aquæ *balneorum ſulphuris*, qua mane calida ante cibum vtebatur, quantitate ſex aut octo vnciarum, qua cœpit aliquid appetere, & vita vtilitare, iuſſi afferri ex Italia aquam ea fonte ibidem reperto; quem appellant *de Tiruche*, cuius mirabili efficacia iam eligebat ſibi gratos cibos. Eſt enim illius fontis in ventriculi & viſcerum omnium frigidis & flatuoſis affectionibus mirabilis poteſtas.

Serapium. Tertium præſidium fuit, vſus ſerapii noſtri, qui recipit *aquæ ſtillatitiæ abſynthii, menthæ & naphæ ana* ℥. iii. *aquæ roſarum, cichorii & lupulorum ana* ℥ ii. *ſucci roſarum rubrarum* ℥ vi *ſucci florum borraginis & bugloſſæ*

gloſſa ana ℥ i. *ſaccbari albiſſimi*, quo ſufficiat vt fiat ſerapium; cui adde in ligatura, interim dum coquitur, *aromatici roſati* ℥ i. *corticis citri, garyophyllorum & abſinthij ana* ʒ. ß. *gallia muſcata* ℈. ß. *aqua vita addita in fine decoctionis* ℥ 4. Huius ſerapii iuſſi tertio quoque die mane porrigi ℥ i. cum modica *aqua ſcorzoneræ*: quo profecto mirum in modum ventriculus appetere cœperat, niſi adhuc perſtaſſet adeo importuna capitis fluxio, quod me coegerit ad aliud auxilium confugere.

Fuit autem vtiliſſimum auxilium fontanella in brachio ſiniſtro aperta, cuius beneficio homo *Fontanella.* reſtitutus fuit prorſus in integram ſanitatem, & cœpit deperditam ex toto corpore molem recuperare & conualeſcere, maxime beneficio vltimi præſidij, quo capiti, tanquam membro mandanti, prouiſum fuit: namque vt Hippo. cenſuit *lib. de glandulis*, caput origo eſt omnium fluxionum: & ob id illi prouidendum duxi, appoſito capiti eo auxilio quod roboret & attemperet. Namque cum certum ſit, caput has fluxiones mouere plerumque ex frigido intemperamento incidente alimenta, quæ ad caput perueniunt, opus eſt vtrique ſubuenire, cum frigiditati, tum fluxioni; licet etiam verum ſit, ea vaporibus aliunde in caput euntibus condenſatis, concitari: tum ea calore liquante, aut, vt rectius loquar, attenuante, (namque non cenſeo condenſari, vt gelu ex frigore, viuo animali) incraſſatum vaporem, tum à frigore externo, calore intus reuocante, in quo non raro decipiuntur Medici: ſed id alibi latius explicuimus. At vtcumque ſit, capiti vel irrigabis *lixiuia dulci ex* *Capitis frigi-* *decoctione roſarum, hederæ terreſtris & myrthi ſtœchados, ſantbali albi & coriandri præparati.* Valet empla- *di fluxioni* ſtrum, aut ceratum *capitale de betonica cum puluere ſtœchadis, garyophyllorum, myrthi, roſarum maſtyches* *quæ ſubueni-* *& ſandaraca capiti appoſitum.* Nec minoris momenti eſt *ceratum capitale Montagnana, vel emplaſtrum ex cochleis contuſis ſincipiti adhibitum*: & hæc ſic profuerunt, quod Deo auſpice, non opus fuit ad alia tranſire. *ant.*

Verum ne quis miretur, cur nihil in hoc laborante factum fuerit aduerſus ſitim, cum adeo fuiſſet importuna: expendat, ob id factum, quia in eodem humore ſita erat vtriuſq; ſymptomatis ratio, via & natura: quo euacuato humore, ambo ceſſarunt.

Cum hoc tamen moleſtiam & importunitatem ſitis, vbi plurimum vigebat, ſedare curaui *aqua* *Sitis quibus* *ſtillatitia ex ſonco, maluis & radicibus borraginis, ac mucilaginibus pſylij & citoniorum.* Item mirum in modum *ſedatur.* profuit *ſtillatitia aqua ex quouis lacte*, maxime vaccino. Sedat inſuper *dilutum vinum aqua extracto ex radicibus glycyrrizæ*: etiam, *aqua tepida ſola aut cum aceto, vel ſucco aliquo acido.* Sedant etiam *pilulæ* ſub lingua detentæ ex *mucilaginibus pſylij & citoniorum*, cum *albumine oui*, & *pulueribus glycyrrhizæ.* Lac etiam *amygdalarum dulcium*, ſed maxime *ſeminis cucurbitæ* & *melonis*.

De hepatico & obſtructo, cum malo corporis habitu, in hydropem commigrato.

Conſvltatio V.

Illvstrissimvs Vir, Dominus Franciſcus de Padilla, natura bilioſus ac ſiccus, cæterum ſanguine aquoſiori abundans, ob impenſam frigiditatem, qua in potionibus vtebatur, abundans etiam cruditatibus, tum ob id, tum etiam, quia intempeſtiuis vtebatur exercitiis, maxime poſt cœnam, differens ſomnum vltra debitum modum, quo alimenta improſpere conficiebat: cum aſſet triginta quinque annorum, cœpit æſtate media infeſtari acutiſſima febre, à quo poſt copioſiſſimas euacuationes per ſanguinis detractionem, & potiones frigidiſſimas gratia ingentis caloris & ſiccitatis, reſtitutus eſt, poſt conuenientem purgationem, ad ſanitatem, non tamen integram. Quippe valetudinarius euaſit nam licet appeteret probe cibos, videbatur eos non conficere, quia præter virium languorem, copioſo & frigidiori potu vtebatur. Ex quo cœpit aluus turbari, & bis, aut ter in die cruda & fœtida expellere. Cæterum præſtitis ventriculo unctionibus & cataplaſmatis roborantibus, & quæ vim haberent ſeruandi calorem natiuum, nihil profecto proficiebat, ſed de anorexia & triſtitia, atque moleſtia iuxta viſcera cœpit conteſtari; ſignum quidem maioris mali. Tandem ineunte iam autumno, excrementa alui ruborem præ ſe ferre cœperunt, & corpus decolor factum, malum habitum repræſentabat: quo tempore laborans cœpit ſentire in hypochondrio dextro aliquid extraneum & diſplicens, quod explicare poſſe, illi videbatur perdifficile: vltimo vero creſcentibus cruentis deiectionibus, venter in tumorem eleuari cœpit, cum rugitu & aliqua tenſione. Ex quib. omnibus coniectaui, cum ad nos perueniſſet curandus, eum pati dyſenteriam hepaticam legitimam, cum malo corporis habitu, & hydropis principio: ac iecur etiam, præter intemperantiam, obſtru- *Dyſenteria* ctione ſimul videbatur affectum. Grauiſſimæ quidem affectiones, diuturniſſimæ ex propria natu- *hepatica le-* ra, & quæ magnum pollicebantur periculum. Quarum profecto quælibet abditas habet cauſas, & *gitima.* difficile ex ſe iudicium oſtendit; tum ob propriam conditionem: tum etiam, quia laborans non erat adeo obſequens, ac virium robuſtarum, quantum par erat ad perferenda grauiſſima hæc mala.

Sic profecto, viſo laborante diligenter curaui intelligere malorum ſedem, naturam & cauſam, quo facilius & certius ad veram curationem peruenire potuiſſem. Prætermitto tanquam notiſſimum in prædictis affectionibus; iecur eſſe affectum, quod conſtat ex officio ſanguificandi (illi ſoli potiſſime

 conceſ-

conceſſo) viſa ſectione hæc vitiata: verum vt huius viſceris vitium recte percipere potuiſſem, primo propoſui mihi, iecur duobus modis poſſe à ſuo munere deflecti: vno, dum imbecillum factum fuerit aliquo intemparamento: alio vero ex figuræ morbis. Ex intemperia quidem, duobus etiam modis labi poteſt: vno, dum radicale humidum & ſubſtantificum calidum euertitur: & reliquo, cum ad aliquam ex primis qualitatibus intenditur ſeu mutatur: tunc quidē (quia de ſubſtantiali lapſu mox quid ſentiendum ſit, docebo) quadrupliciter labi contingit; nimirum vel calore excedente, vel frigiditate, humiditate, aut ſiccitate: vt euidenter conſpicimus in hominibus bilioſis, pituitoſis aut melancholicis, in quibus huiuſmodi intemperaturæ elucent, quia plus vnius humoris, quam reliquorum iecur producit. Namque ſi calida fuerit intemperies, plus bilis progignitur: ſi vero ſicca, plus melancholiæ: ſi humida, vrinæ plurimum: ſi vero frigida, plus pituitæ. Verum ſi cum hoc calor plurimum creuerit, colliquationes & fœtida excrementa exeunt, ſimillima fæci olei: ſi vero frigiditas plurimum intendatur, erunt excrementa ſimilia fæci ſæpiæ, & minus fœtida. At ſi ob aliquam prædictarum intemperierū adeo totum iecur efficitur languidum, tum quidam nil horum fit, ſed generat corruptum, vitiatumque, aut diminute confectum, aut quod omnes ſua labe infectos, ſigillatosque producat, vt in morbo Gallico compertum exiſtit.

Iecur duobus modis à ſuo munere deflectitur.

Iecur qualiter in munere ſanguificandi aberret.

Cæterum, quia vim etiam ſortitur attrahendi, retinendi & expellendi, in his quoq; officiis mille modis à debito euariat. Namque dum attractrix potentia infirma eſt, chiloſa quædam excernuntur per aluum, maxime ſi viæ ad ipſum obſtructæ fuerint: expultrica vero vitiata, per vtramque aluum ſanguis forſan probe confectus excernitur: quod ſi imbecillus fiat, obſtructiones potius concitabit & patietur: & ſi quid excernitur, craſſum erit & fæculentum, ob diutinam moram. At retentrice infirma, exeunt ſanguinolenta: quia hęmatoſis incepta eſt, & non perfecta: quod ſane vitium etiam & præcipue prodit à ſanguificatiua potentia languida: quod diſtingues, quia in hac craſſiora & frequentius: in illa vero tenuiora, & per maiora interualla, vt in hepatica dyſenteria huius illuſtriſſimi viri conſpeximus.

Verum vt ad naturam & eſſentiam affectionum noſtri laborantis accedamus, expendendum eſt, qualiter iecur in munere ſanguificandi aberret, & ſubſtantiæ calidæ iacturam patiatur. Sic profecto, cum omnes diſtemperies ſimul euenerint (quo modo poſſunt) vel aliqua ſupra modum, adeo vt innatus calor & eius ſubiectum, radicale humidum diſſipetur, vel eius calor extinguatur; tunc profecto iecoris ſanguifica potentia à ſuo munere aberrare cogitur. Ex quo conſtat, vigente aliqua diſtemperie, citra innati calidi euidentem iacturam, reliquos à ſanguine ſuccos copioſiores aut deteriores generari ordine numerato. At imbecillitato, vtcumque ſit, innato calore, ſanguis diminute confectus: vt conſtet, prædictas iecoris actiones eſſe corruptas: hanc vero diminutam aut ablatam: illas quidem per additam qualitatem: hanc vero per innatæ caliditatis & humidi ſubſtantifici diminutionem. Ratio profecto eſt, quia adaucta ex quatuor qualitatibus aliqua, humorem ſibi familiarem habet generare, quo ſanguis conſpurcatur conſortio prædicti humoris adaucti, aut vitioſi; at diminuta innata ſubſtantia, ſanguinem diminute confectum prodire neceſſum erit.

Hæc quidem omnia ſic mente ſæpius euolui, vt ad veram morbi huius nobiliſſimi viri cognitionem & curationem, & ad integram cauſarum notitiam accedere potuiſſem. In qua re compertum habeo, hepaticam dyſenteriam eſſe alui fluxionem ex imbecillo iecore quoad eius ſanguificandi potentiam languidam effectam. In cuius affectus explicatione primo conſideraui, inter omnes ſanguinis fluxus, qui per aluum fiunt (quorum late meminimus *libro Praxis*) eum vere dici rocinotoſum, in quo ſanguis excernitur ſimilis loturæ carnis recenter mactatæ: item fieri ex imbecillitate, non quidem ex quauis diſtemperie orta, ſed ex ea, quæ è directo innatum calidum imbecillum reddit, ob reſolutionem aut extinctionem, ſiue calida, ſiue frigida fuerit intemperies: dummodo intelligas, ipſum iecur frigidum ſupereſſe ab his intemperantiis defectu proprii calidi; licet cū hoc poſſit etiam ſimul calore præter naturam eſſe affectum, nec non & ſiccitate. Præterea imbecillitas, quæ in hoc iecore vigebat, non erat vtcumque, ſed ea, quæ ipſum à ſanguificandi munere aberrare coegit, longe diſtincta à mille aliis, quas poſſe pati & languidum fieri, nuper retulimus.

Dyſenteria hepatica quid, & ex quibus cauſis fiat.

Dubium 1. Dogma falſum refutatur.

Nec deſunt, qui hanc veritatem euertere conentur, & argumentis quibuſdam inualidare; Nam primo probant, *impertinens eſſe, conſignare alias qualitates ad gignendos alios humores à ſanguine*, quia ſtatuunt *iecoris radicalem ſubſtantiam vnica qualitate & virtute omnes ſimul debere generare*. ex quo inferunt, *non eſſe proprium ſoli ſanguinis generationi.* Quibus ego libenter id totum concederem, dummodo intelligant, hanc ſubſtantiam calidam, ſeu radicale temperamentum, ſanguinem & reliquos humores ſimul generare media coctione ab eodem ſubſtantifico temperamento & calore facta: cæterum hanc coctionem modificari & diuerſificari ad plus huius humoris, quam illius, cum ſanguine gignendum, & adiuncto temperamento partium diuerſarum iecoris, quæ correſpondent cuique humorum; ita vt præualente calore in partibus iecoris bilioſis, quæ neceſſario nituntur bilem ex alimento apto ſibi efficere, maior fiat eius prouentus: ſicut dum in pituitoſis viget frigiditas, maior pituitæ, ac ſic de reliquis. Ex quibus & ſanguine, prout eſt quartus humor, efficitur maſſa ſanguinaris, præualente in ipſa hoc vel illo humore, prout iecur, aut corpus bilioſum aut pituitoſum poſtulauerint, iuxta temperamentum ſalubre & iuſtitiale cuique debitum. Quam profecto doctrinam longe difficilius concedet, qui negat in miſtis partium diuerſitatem, quæ elementis reſpondeat, negans fundamentum illud vulgatiſſimum, nimirum *omnes partes mixti, mixtas eſſe.* Quod ſane axioma vel defe-

ctuoſe

ctuoſe intelligunt, ſi cenſent, in omnibus partibus mixti, eſſe æqualem mixtionis modum (quod axioma profecto non ſtatuit: ſin aliter, è directo opponitur ſuæ ſententiæ.) Nam ſi nulla pars reſpondet alicui elemento tum vna in parte, omnes partes erunt eiuſdem naturæ, compoſitionis, & temperamenti, & omnes ob id tenentur edere vniformes actiones; quod neque in mixtis non viuentibus concedet, qui diligenter rem conſiderauit: ſiquidem in magnete ex vna parte trahitur ferrum, & ex altera pellitur. Si vero non ſunt eiuſdem compoſitionis, ergo propter aliquam differentiam, & diuerſitatem in componentibus: hoc autem fieri nequit citra exceſſum, aut defectum alicuius eorum: ergo neceſſario ex neceſſitate naturæ, & ob diuerſitatem temperaturarũ & actionum, quas cognoſcimus (alioqui corrueret doctrina omnis de ſignis) conſignare oportet partium veritatem. Namque ponere in vniformi miſtione vires diuerſas prodigioſum videtur, & longe prodigioſius ab vna facultate varios, ac ſæpe contrarios produci. Nec eminoris damni eſt, quinimo pernicioſiſſimum, ad eum ſtatum peruenire in huiuſmodi aſſertionibus, quo neceſſario Medicus teneatur aſſerere, omnia elementa non eſſe neceſſaria ad miſtionem, ſed quodnis ſufficere: nam ſi hoc conſideretur, non opus eſſet elementis, ſed ſola materia prima ſufficeret cum accidentibus; quod eſſet longe falſius, quia nunc non eſſet miſtio, ſed generatio. Nec deeſt, qui etiam ſtatuat, non *opus eſſe omnibus elementis, quia forma miſti habet poteſtatem producendi quod deeſt, & ſupplendi eius defectum.* Quod profecto monſtrat, quam difficile ſit tueri dogma falſum, citra maiorem aliorum dogmatum falſitatem, ac ruinam antiquæ & probatæ Philoſophiæ. Præterquam quod in iecore hanc partium varietatem conſpicue conſpicimus & neceſſaria exiſtit, ſiquidem generat humores diuerſæ ſpeciei, & contrariæ naturæ; quod vni agenti prorſus denegauit natura naturaliter agens. Nec alicuius momenti eſt in hac re refugium ad æquiuocam cauſam, quæ licet vna ſit & vniformis, varios parit effectus, vt in virtute Cœli & Solis conſpicimus, quæ diuerſarum ſpecierum animalia gignunt, & Sol ceram liquat, & lutum indurat. Nam id profecto potius ex diuerſis diſpoſitionibus in paſſo prodit, quam ex diuerſa poteſtate cauſæ æquiuocæ, quantumuis eminenter eam ſortiatur. Quippe certiſſimum eſt, hanc eſſe differentiam inter æquiuocum agens, & materiam horum inferiorum; & inter vniuocum & materiam primam, quod hanc ſpecificat & determinat vniuocum agens; ad ſui ſimile generandum, præmiſſis ad id opus neceſſariis diſpoſitionibus: at æquiuoci agentis opera, ſi proprie tale dicitur, vt Cœlum, diuerſificantur & ſpeciem ſumunt ex diſpoſitione materiæ: ſiquidem tale agens non ſtudet ſibi ſimile generare, ſed id quod poteſt iuxta diſpoſitiones præexiſtens in materia. Quo fit, vt in opere ſanguificationis quia in alimento ſunt diuerſæ partes diuerſis elementis reſpondentes, & in iecore non minus, vnaquæque in ſibi ſimilius agit, & nititur in ſe commutare, non vt vera hæc legitima cauſa æquiuoca: nam iecur ſolum tale dicitur per analogiam, non tamen tenera, ſed quatenus varia efficit; non quidem vna ratione, ſed propter diuerſas partes diuerſimode affectas à qualitatibus diuerſis, ſimul cum calida & innata ſubſtantia, eo modo quo dictum eſt, cum illis commiſta & commenſurata. Ex quo conſtat, coctionem omnium humorum perfici à calida illa ſubſtantia: cæterum ex ea coctione reſultare, præter ſanguinem, plus huius, quam illius humoris, ex coniuncta & prædominante qualitate, in aliqua, aut aliquibus partibus iecoris, iuxta diſpoſitionem alimenti. Quo fit, vt iecur poſſit vitiari in munere ſanguificationis ſolum, aut in productione reliquorum humorum; quia licet ſit vnum agens, diuerſitas tamen partium eius, prædictam varietatem poterit efficere. Atque hæc de partibus dixiſſe ſit ſatis; nam Philoſophicæ de hac re rationes non ſunt in hunc locum transferendæ. *Coctio humorum à quib. perficiatur.*

Secundo ex incredulitate huius doctrinæ arbitrantur etiam hi autores, *creſcente frigore in iecore, licet integra maneat ſubſtantia calidi innati, crudum etiam ſanguinem fieri, haud ſecus quam dum deficit ſubſtantia calidi innati.* Quod profecto cenſent probaſſe, quia *in vtroq; vitio imminuitur actio ſanguificationis, eo quod inſtrumentum eſt diminutum ſola frigoris intenſione*: ſiquidem non ſatis eſſe arbitrantur, *integrum manere calidum, ſiquidem, (vt ferunt) actio illa non ſubſtantia, ſed qualitate perficitur*: quæ ratio nihil videtur concludere, ſiquidem nemo hucuſque ſtatuit, *per ſe ſolum & immediate poſſe agere, ſed media etiam qualitate, ceu inſtrumento* Nam huic muneri efficiendo, ſubſtantiam calidam primigenio calido conſignamus; vnde ſequela ex falſo procedit fundamento. Sed vt clarius huic dubitationi reſpondeas, expende ſanguinem dici crudum, vno è duobus modis *Primo* per admiſtionem crudæ pituitæ: *ſecundo* cum ipſe in propria ſubſtantia (vt quartus humor eſt) defectuoſe aut diminute coctus euadit. Tunc ſic coniectandũ eſt, frigore creſcente, neceſſario cum ſanguine copioſiorem pituitam produci, cuius ratione ſanguis, hoc eſt, maſſa ſanguinaria, iecore in reliquis mediocriter ſe habente, dicitur *cruda*, decreſcente vero innato calore, & ſubinde reddita frigidiori (diuerſo frigiditatis modo) ſubſtantia iecoris, ſanguis ipſe in propria ſubſtantia, & non additione crudi ſucci, dicitur etiam *crudus*, & quod deterius eſt (& maiorem arguit differentiam in his ſanguinis cruditatibus) incoctibilis euadit, non ſicut prima cruditas, quæ vlteriori actione innati calidi, iterum conuerti in ſanguinem poteſt: quo vis argumenti facillime diluitur. *Dubium 2.* *Sanguis crudus dicitur duobus modis.*

Ex qua etiam ſolutione pendet dilutio alterius argumenti. Nam cum exiſtiment, *hoc ſanguificandi munum tributum fuiſſe à me ſoli ſubſtantiæ iecoris, citra complexum innati caloris.* interrogant, *Quidnam remanet in iecore, ipſa ſubſtantia deficiente, quod poſſit ſanguificationis miniſterium munere, niſi priuatio hæc autem* (dicunt) *nihil agere poteſt*: ergo *vitium in hepatica dyſenteria non eſt referendum in diminutionem innatæ iecoris ſubſtantiæ.* Quibus profecto dicendum erit, *remanere in iecore calorem innatum priuatum debita & neceſſaria menſura modo ac poteſtate ad opus ſanguificationis perficiendum, vt antea aſſueuerat, cum integrum exiſtebat.* Quibus deficientibus non quidem ratione priuationis *Dubium 3.*

eſt, præ venarum abundantia, cauitates coarctari, vt epilepſiam efficiat) ſolum modo dicto: nam aliter videtur creditu difficile. Sit ne ſanguis corruptus, aut ſecus, conſiderare, nullius eſt momenti ad obſtructionem huius naturæ efficiendam.

10 Sic profecto in hac puella menſtrualis ſanguis non purgatus ad ſuperiora recurrebat, & repletis venis, dolorem, grauitatem ac rubotem concitabat in capite & facie: ac mox ob prædictum obſtructionis modum in epilepſiam incidebat, qua excitata, mediantibus prædictis motibus, ſanguis iterũ ad proxima & inferiora vaſa dilabens, decolor reddebatur; cæterum laſſitudinẽ & capitis maxima imbecillitate adeo male affecta, ꝙ nec vocem, nec lucem per aliquod temporis ſpatiũ perferre potuiſſet.

11 Quibus omnibus diligentiſſime conſideratis, euidenter conſtitit, hanc laborantem pati epilepſiam; tum per conſenſum ab vtero, & aliquando à iecore, per bilis admixtionem cum pituita: nonnunquam etiam capite male affecto per eſſentiam, incidere in acceſſionem à pituitoſo & craſſo ſucco: & aliquando à melancholico nimis attenuato: & viro iam matura, à ſanguine, vt nuper diximus. Quo mihi perſuaſi, difficiliter poſſe ſanitati reſtitui; quoniam periclitari plurimum ob acceſſionum frequentiam, quam tam ingens cauſarum varietas & efficacia minatur certitudine maxima: præſertim cum eius caput ſumme eſſet imbecillitate fere natiua affectum.

Epilepſiam curandi ratio.

12 Ad curationem huius laborantis accerſitus fui, parum ante menſtruæ purgationis tempus, malo iam multis annis inueterato: in quo obſeruaui diligenter prædictam acceſſionum varietatem. Et ſic primo mali acceſſu, cognita iſtius fœminæ voracitate & vſu terræ, conieci ex hoc, terreſtrem & melancholicum ſuccum congeri, & adiung: cum aduſto ex vbertate bilis, non parum: ex voracitate vero, crudorum ſuccorum adeſſe etiam copiam: item ex calido iecore bilis prouentum: & ex menſibus non purgatis, vel prauos vapores ſanguinis caput aſcendere, vel ſanguinem ipſum, illic efficientem epilepſiam modo dicto.

Victus ratio.

13 Quibus conſideratis, primo inſtitui viuendi modum, ex toto præcauens vſum terræ, quantum potui, & mox alimenti quantitatem metiens, præcepi ſolum ingerere quantum videbatur probe poſſe concoqui, vt protinus monſtrabat vrina melioris coloris, & alui excrementum laudabilius quam antea. Præſtiti alimenta boni ſucci, ex carnibus *auium*, *arietis* & *vituli*; cum ouis ſorbilibus in cœna, vel pulli aut pullæ modicum, quam ſemper parciorem conſului, non tamen adeo exquiſitam, quod iecur & bilioſum corpus calidius, ſiccius & feruidius efficerentur. Iuſſi tamen in prima menſa, hyberno tempore, *paſſulis* vti cum *amygdalis* toſtis, & conceſſi ex fructibus cuiuſuis temporis anni modicum: in vltima vero menſa tragea, ex *coriandro præparato*, vel ex puluere *granorum & radicis peoniæ*. Potum inſtitui ex *aqua cinnamomi*, *aut ſaſafraſa*, *coriandro præparato vel radice peoniæ*, *aut ſcorzonera decocto*. Curaui inſuper diligenter omnem animi paſſionem vitare, nam facillime corripiebatur. Exercitium continuum, ſed moderatum, ob iecoris incendium, inſtitui: ſomnum diurnum interdixi, & nocturnum ſolum ſex horarum conceſſi, qui ſufficiens erat coctioni alimentorum, & caput non replebat.

Menſes qua ratione euocentur.

14 Vita ſic inſtituta, primo menſes euocare ſtudui; cui vſui, ante Lunæ coniunctionem, ex brachio ſanguinem miſi bis, vno menſe interpoſito, non tamen copioſe. At parum ante plenilunium ex talo copioſius ſanguinẽ extrahi iuſſi, quo acceſſiones quæ ex ſanguine ſuccreſcebant, mitiores erant; ſignũ profecto futuri beneficii ex menſtruali purgatione. Nec plurimum curaui pharmacis purgantibus vti; cæterum dum menſes non fluebant, leui pharmaco corpus purgaui, maxime ex *ſyrupo roſarum ſenato* cum *medicelacte ſeminis cartami*, & aliquando *infuſo agarici aut rhabarbari*, prout humorem dominari conieceram.

Syrupus menſes euocans.

15 Tandem menſes euocaui exhibito ſerapio noſtræ compoſitionis, qui recipit, *quinque radicum diureticarum ana l. ſ. foliorum lupulorum, myricæ & capillorum veneris, ana manip. ij. graminis m. ij. radicis rumicis & rubeæ ana ℥ ij. florum cordialium ana p. ij. ſaſafraſa Indicæ ℥ iij. cinnamomi ℥ iij* bulliant omnia vaſe coperto in *lib. v aquæ ſecundum artem*, vſque ad conſumptionem quartæ partis, & omnia ſimul ponantur in *alembico vitreo*, cum *drachmis duabus confectionis Alchermes*, & totidem *electarii de hyacinto*, quæ diſſoluantur in modica *aqua roſarum*, & miſceantur & inſtillentur in duplici vaſe. Huius aquæ ſume *l. ij.* & adde *ſucci pomorum dulcium*, *lupulorum & borraginis ana ℥. v.* & cum ſacchato fiat ſerapium: cuius porrigebam ℥ iii. cum modica *aqua capillorum veneris*. & iuſſi summo mane exercitium fieri per locum accliuem & decliuem: quo facto viginti dierum ſpatio, ex eodem ſyrupo accepi ℥ x. cui admiſcui *pulueris diamargariton frigidi ℥ ij. pulueris radicis rubeæ ℥ i. & ſ. chalybis ſubtiliter limati & loti aqua roſacea ℥ iii.* & exhibito mane huius opiatæ cochleare vno, idem exercitium commendaui: præcauens tamen, ne iecur incaleſceret exercitiis, iuſſi vt opiatam ſumeret tertio quoquo die, & diebus intermediis præbui ius pulli decocti *cichorio, ſcariola, lupulis & borragine*; quo ſumpto quieſcere iuſſi.

16 Quibus factis duorum menſium ſpatio, & eo tempore adhibitis crurum lauacris, & ſemel ſanguine miſſo ex talo, menſes apparere cœperunt, & continuato ſyrupo prædicto cum minori exercitio, iuxta plenilunium iterum menſes fluxerunt: cæterum quia non erat pro ratione copiæ ſanguinis, quem iecur calidum gignebat, decreui fontanellam in crure dextro aperire, coactus acceſſionum feritate: nam cruris fonticulis aperiri, vbi opus eſt menſes fluere, non ſemper eſt tutum, niſi in his quibus fluere deſierunt, ſed de hoc alibi: qua mitiores deinceps aderant acceſſiones, eæ præſertim quæ oſtendebant, copioſum ſanguinem caput irruere, nec non & eę quæ per conſenſum ab vtero proueniebant.

17 At quia acceſſiones prodeuntes ex craſſis & melancholicis ſuccis indies magis ingraueſcebant, conſului purgationibus hos ſuccos minuere, quo minor fieret eorum aſcenſus in caput: cui vſui viſum

mihi

mihi fuit, ſemel in menſe in temporibus calidis, & bis in frigidis, ſerapium purgatiuum porrigere, hac lege confectum. Accipe *decocti pugini ſine gingibere. l. ſ. lactis ſeminis cartami* ℥ iiij *liquoris ex nouem infuſionibus roſarum Perſicarum, aut ſucci earundem roſarum* ℥ vi. *ex infuſionibus violarum* ℥ iiij. *ſacchari quod ſufficiat, vt fiat* ſerapium, cuius præbui ℥ ij. & ſ. *Syrupus purgatiuus.*

Verum quia licet ſufficienter corpus fuiſſet purgatum, & ab his recrementis liberum, adhuc magis ingraueſcebant acceſſiones, decreui aliam fontanellam aperire in ſiniſtro brachio, quia intellexi, morbum adeo diuturnū factum iam ea iſtere in cerebro, quod certum erat ipſum ſemper his locis abundare, quibus purgationes per ventrem videbantur non ſufficere. *Fontanella.*

Neque ob id malum quantum par erat, miteſcebat, ſed ob frequentiam & feritatem, mortem citiſſimam minabatur, aut ad minus commeatum in alium grauiorem affectum: & ob id optima ratione ductus conieci connaturalē cerebri intemperiem, non ſolum ipſum faciliter excrementa recipere; cæterum iam ipſum met ea proprio alimento, quantumuis laudabili, excrementa præſtabat grauiſſimas cōcitatoria acceſſiones. Quo ſane diſcurſu doctus, occipitium ferro candenti inurere iuſſi & foramen diu apertum conſeruare, per quod expirabat id, quod quotidie cerebrum non ſolum ſuſcipiebat, ſed & generabat. Quod præſidiū eius fuit poteſtatis, quod deinceps rarius in acceſſiones incideret, & cum hoc miriores erant, adeo vt ipſa & aſſiſtentes crederent integram ſanitatem fuiſſe adeptam. *Cauterium.*

Verum quia mali natura erat nimis antiquata, & ea innata conditione reuerſiua, prouidi eis vti auxiliis, quæ prauorum ſuccorum reliquias, in toto & in capite contererent, quantum poſſibile fuiſſet in morbo tantæ feritatis & diminutæ ſpei ſalutis. Sic profecto tertio quoque die porrigebam ℥ j. mirabilis aquæ, quæ hac lege conficitur. Accipe *mellis ſcilliticæ* ℥. viij *ſyrupi ſtœchados & lupulorum ana* ℥. vi. *foliorum lupulorum. m. iiij. Epithymi* ℥ ſ. ſ. *borraginis, linguæ ceruinæ, viſci quercini ana m. ij. calami aromatici, ſerici crudi ana* ℥. ſ. *herbæ paralyſis. m. iiij. betonicæ, maiorana, ana. m. ij. radicis ariſtolochiæ, peoniæ, ana. l. ſ. radicis ſcorzoneræ. l. ſ. florum cordialium. florum tiliæ, lauendulæ. amoi & geniſtæ ana* ℥ ij. conterantur omnia & miſceantur, & adde *theriacæ ſmaragdorum & electarij de hyacintho, & confectionis Alkermes ana* ʒ iij. diſſoluantur in *libris quatuor aquæ ceraſorum & tiliæ* & recipiantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe diſtillentur. Alia maioris momenti ad omnē epilepſiam, ſed maxime ad inueteratā paralyſim, quæ recipit *florum lilij conuallij l. ſ. florum peoniæ, lauendulæ, betonicæ ana. l. ſ. foliorum tiliæ, verbaſci odorati ana* ℥ iij. *radicis peoniæ & ſeminis eiuſdem ana* ℥ ij. ſ. *radicis ariſtolochiæ longæ* ℥ ſ. *& ſ. viſci quercini* ʒ xiiij *zibebarū* ℥ ſ. *piperis nigri, caſtorei pontici ana* ℥ ſ. inſcindantur inſcindenda, & infundantur in *lib.* 3. vini optimi ſpatio dierum ſeptimanarum, & Soli exponantur in loco calido, & quotidie agitentur. tandem diſtillentur in balneo Mariæ. Profuit & aliis pleriſq; non minus opiata ad magnitudinem fabæ mane exhibita, quæ recipit *hirundinum deplumatarum & lotarum vino, num.* 5. aſſentur lento igne, & ſæpe ipſas illiniendo *butyro liquato aceto ſcillitico*, ita vt minus comburantur, & poſtea in furno exſiccentur, donec in puluerem redigi poſſint, & adde *conſeruæ florum peoniæ, & florum herbæ paralyſis ana* ℥ ſ. *pulueris radicis peoniæ* ʒ iiij. *conſeruæ amoi* ℥ ſ. miſce cum *modico oxymellite ſcillitico*, & fiat ad modum opiatæ. Hæc quidem licet guſtui grata admodum non ſit, ſummum præſtat beneficium in acceſſione & extra ipſam, tum liquata cum aqua ceraſorum, & facta colatura iniectis guttulis eius per os; tum ablata facie: item præſeruationis gratia omni tempore. Ex quibus profecto, ſi Medicus ſtudiis deditus ſit, mille alia medicamenta effingere poterit: hoc vno aduertito, quod his, qui pituitoſo abundant ſucco, *oxymellitem* & incidentia addat: his qui melancholico, ea quæ melancholiam corrigant. Sic melancholicis confert conditum, quod recipit *conſeruæ borraginis & bugloſſæ* ʒ ſ. *theriacæ ſmaragdorum & Mithridati ana* ʒ ſ. *oxymellitis ſcillitici quartam vnam, ſyrupi de pomis & ſtœchados ana* ℥ ſ. *lapidis hematitis* ℈ ſ. *miſce cum laminis auri.* Inſuper pituitoſis confert, præter hæc omnia, puluis cum *iure palli exhibitus, qui recipit ſeminis peoniæ pulueris cranij humani ana* ℥ iij *garyophyllorum, nucis maſcatæ, ſeminis citri ana* ʒ ſ. *miſce & porrige* ʒ ſ. cum iure: vel ex prædicto puluere fiat conditum cum *oxymellite ſcillitico, & conſerua florum ſtœchados, maioranæ & ſimilium.*

Reliquias prauorum ſuccorum exterentia medicamenta.

Aqua mirabilis ad reliquam paralyſim.

Aqua ad epilepſiam inueteratam.

Opiata ad epilepſiam.

In melancholicis.

In pituitoſis.

Conſului etiam tabellis vti ante cœnam, quæ recipiunt *radicis & ſemina peoniæ ana* ʒ ſ. *ariſtolochiæ rotundæ* ʒ ij. *myrrhæ electæ coralli rubri, raſuræ cornu cerui, & oſſis de corde cerui, ac eboris ana* ʒ ſ. *baſilicons cardamomi & ſtaphiſagriæ ana* ℈ ſ. *viſci quercini* ℈ ſ. *pulueris cranij humani* ʒ ſ. *& ſ. pulueris lapidis bezoar, & electarij de gemmis ac diamargariton frigidi ana* ℈. ſ *ſacchari diſſoluti in aqua tiliæ quod ſufficiat* vt fiant tabellæ. Item mane porrigebam *mellis ſcillitici modicum, aut paſſulas madefactas in aqua tiliæ.* cum modico *oxymellite.* Maximi etiam fuit momenti ſemel in ſeptimana vti guttulis duabus *olei vitrioli in lib. ij aquæ tiliæ* iniectis, & huius mixturæ porrigere ℥. ij. Profuerunt plurimum capitis lauacra ex *ligno Guaiaco:* item ex *aqua mulſa*, in qua ferbuerint *pulegium, ſerpyllum, calamentum, & flores ſtœchados.* Pari ratione poſt lauacra adhibui, dum dolore caput premebatur, in circuitu eius, tres aut quatuor hirudines, quæ parum ſanguinis extraherent. Inſuper vtebar cataplaſmate confecto ex *pane & amygdalis amaris* cum *floribus ſtœchados & tiliæ, & calamento & radicibus ireos*, cum modico *caſtoreo* optime decoctis in aqua mulſa.

Tabellæ.

Oleū vitrioli.

Lauacra.

Hirudines.

Cataplaſmata.

Vſus etiam fui toto tempore mali, decocto *ligni Guaiaci* cum *radice peoniæ*, tum cum cibis exhibito, tum & per ſe mane, aut cum laborans iret dormitum; quod magni fuiſſe vſus expertus ſum, maxime ad craſſos ſuccos & flatus cuoretendos, quibus omnibus longe melius ſe habuit laborans: licet ex toto non fuerit ſanitati reſtituta. *Decoctum Guaiaci.*

ad fugam (media proſequutione alimenti) doloroſæ illius affectionis ratione. quæ ſane affectio, licet videatur contra naturam ex ſe, & eo quod moueat ad fugam, non eſt talis cenſenda, quia non poſtulat medicum auxilium, etiamſi ſit cum aliqua leui corruptione: & ob id intenditur à natura, non quidem tanquam finis, ſed tanquam medium ad quærendum ſubſidium. Quæ cauſa fuit, quod pleriſque viſum fuerit, famem partim eſſe naturalem, & partim præter naturam: ſed id decretum aliter licet intelligere, aut ad cauſas referre, vt latius adduximus explicantes ordinem naturæ in concitanda fame, quam nos *non naturalem* appellauimus. Namq; ea inanitione vtilis humidi partibus iuxta cutem, mouetur natura ad appetentiam naturalem earum, forſan per inclinationem quandam ad aliud, aut per potentiam naturalem. Inſuper excitatur ob id ad tractionem vtilis, quæ incipiens ab eiſdem partibus, proſequitur eandem operationem, vſque ad ventriculum: à quo vicinæ partes ſugunt; quo excitatur animal ex moleſtia illata à ſuctione ad appetendum, media fuga triſtabilis, & proſequutione neceſſarii & delectabilis; quo conſequuto, tanquam fine, ceſſat actio: quibus conſtat dignitas huius partis, & officii eius, quamuis id exequatur medio tactus miniſterio, quia altiori modo hæc omnia proſequitur.

Similis profecto ſenſus tactus poteſtas ab omnibus etiam partibus diuerſa, reperitur in ſeminis genitalis excretione: nam dum exit per fiſtuloſum foramen, & ad glandem peruenit, titillationis ſenſum maximum mouet, qui ſtatim delectationem in appetitu ſenſitiuo concitat. Quod ſane ſemen in nulla alia corporis parte, interna aut externa, quamuis acutiſſimo polleat ſenſu tactus, titillationem natum eſt mouere, niſi in prædicta particula. Neque rurſus in eadem parte, quod maioris eſt momenti, obiectum aliquod licet ipſam attingat, quantumuis natum ſit tactum afficere, & ſuapte natura tangibile, prædictam titillationem concitauit. Itaq; vt ſoli ventriculo ad tutelam indiuidui, natura hanc actus perfectionem præſtitit, ita profecto peni ex ſemine ad ſpeciei propagationem donauit peculiarem illum ſentiendi modum, illi ſoli parti conceſſum: idq; non à quouis obiectu tangibili, ſed à quodam proprio & peculiari huic tactus ſorti & peculiari naturæ. Neque ob id quod diuerſo ac perfectiori modo tangendi munere vtantur prædictæ partes, credendum eſt, ſextum debere addi ſenſum; quia id ſtatuit natura, non mutata conditione organi; quod eſt ſumme neceſſarium ad probandam vnitatem potentiæ. Deniq; facultas quæ excitat animal ad famem, quæ vere eſt appetitus humidi ſolidi, vt fugiat moleſtiam illatam tactui à re moleſtante medio ſuctu, ipſamet tangendi potentia eſt: non tamen eo modo, quo vniuerſum corpus illuſtrat, ſed ea, quæ ſoli ineſt ori ventris, quæ non patitur eundem modum poſſeſſionis aut alterationis, ſed certum & ſibi peculiarem.

Secundum quod in hac prima dubitatione explicandum propoſui (cognita natura potentiæ, cui munus eſt famem mouere) eſt, diſſerere, *qualis natura ſit, & quotuplex obiectum, quo ſenſus tactus mouetur ad fameſcendum.* In qua re, quæ magni eſt momenti, etſi grandioris difficultatis, vt clarior ſuperſit, primo ſciendum eſt, in quonam horum motuum qui contingunt in ſenſu & appetitu, ſita ſit fameſcendi ratio. Prætermitto hac in parte, plures ex ſapientioribus cum Gal. *cap. 7. lib. de ſympto. cau.* ad ſenſum tactus, & perceptionem illam moleſtam redegiſſe famem: alios ad appetitiuam potentiam, cum Ariſt. Fernelio & aliis: nonnullos quoque ad vtramque; quam ſententiam iuridicus quidam tegerit: quia nefas arbitratur, vnius rei eſſentiam conſtitui poſſe intrinſece, ex rebus adeo diuerſæ naturæ, vt eſt cognitio & appetitus: ſed cenſet cum hoc, forſan rei natura coactus, pertinere formaliter ad appetitum, & cauſaliter ad ſenſum: quo Gal. conciliat cum aliis. Sed his miſſis, neceſſum eſt diſquirere, quid vnicuique harum potentiarum in hoc opere tribui poſſit? cum certum ſit, has potentias ſemper coniunxiſſe naturam, quia vtriſque opus habebat ad hæc munera, & plura alia exequenda. Quare ſemper difficile fuit habitum, nimirum quid ſit obiectum adæquatum, quo potentia moueatur ad famem, cuius ratione ſtatuendum eſt, duplicem potentiam huic miniſterio concurrere, & triplex obiectum. Potentiarum vna eſt ſenſus tactus, & reliqua ſenſus appetitus: obiectorum vero duo, quæ vere tangibilia ſunt, tactiuam potentiam alterantia, ſeu informantia (alterum vt proprium, & reliquum vt commune) reliquum vero, quod vt triſtabile, vel delectabile reſultat tactus alteratione, appetitui proprium. Prima itaque facultas, quod ſui muneris eſt exequitur, nimirum ſenſus tactus, qui percepta re moleſtante (non quidem qua ſolum moleſta eſt, vt reliquæ partes ſentientes, ſed qua talis modus moleſtiæ aut qualitatis illi accedit, & qua talis etiam conditionis & dignitatis eſt illud ſenſorium oris ventriculi) ex ſuctu doloroſa moleſtia afficitur ſingulari moleſtiæ modo, qui *fames* dicitur (vt mox explicabo) alioqui à quouis obiecto corrumperetur ſenſorium, fameſceret, aut fames vbique excitaretur, accedentibus his, quæ ad famem concitandam accedunt ori ventris: quod non ita contingere vſquam viſum fuit: ſiquidem vt natura tribuit huic parti peculiarem tactus ſortem: ita profecto tribuit peculiarem alterationis modum, ex proprio obiecto, & non ex vllo alio ex tangibilibus. Eſt igitur primum obiectorum tactus, ſuctus ille, qui infert certum modum corruptionis in organo, quo veluti medio, inſurgit notitia, quam *famem* abſolute nominant, huic parti, huic potentiæ, ex hoc obiecto ſolum emanans, & tributa adeo ſingulari modo, quod non liceat hunc actum ſubiicere legibus & conditionibus reliquorum ſenſuum, neque adhuc ſenſus ipſius tactus. Huic etiam potentiæ accedit ſecundum obiectum, quod proprium arbitramur, quo magis actus fameſcendi ſpecificatur, eo modo quem mox audies: (ſi prius dixero nõ deeſſe qui cenſeant, hunc primum actum ſenſationis ventriculi, & cognitionem interni ſenſus, ſe habere præſuppoſitiue & neceſſario: & profecto recte colligunt, ſiquidem rationi conſonum videtur, aſſerere, ſi neceſſarium eſt ad famem, aliquod eius habere veſtigium, & aliquod præſtare principium, quale ſit ſufficiens, vt fames dicatur) quod profecto vere eſt qualitas reſultans ex diſpoſitione relicta in parte inanita, repræſentata ſenſui tactus per ſpecies.

Potentia fameſcendi obiectum qualis natura & quotuplex.

Potentia fameſcendi duplex.

Obiectum 1.

Obiectum 2.

Quod ſane obiectum, & eius poteſtatem in concitanda fame, intelliges, ſi præmiſeris, id quod primo mouet animal ad appetendum, nil aliud eſſe, quam inanitionem ſubſtantiæ alicuius humidæ; non quidem quod inanitio, ſeu priuatio potens ſit ea ſua natura aliquid agere, ſed quia humiditate hac deficiente in partibus aut in ventriculo, aut vtcumque mutata extra limites ſuæ naturæ, protinus comparatur in prædictis partibus modus quidam alienus & extraneus ab innata eius natura & conditione, per quam qualitas quæ remanet ac reſultat in parte, vere efficitur huius ſenſus obiectum: quo ſane per ſpecies ori ventriculi communicatas, ſenſus ille tactus, cum ſit huic obiectu dicatus, & ea ſit acutiſſimus, protinus alteratur, tanquam à qualitate aliena & extrinſeca. Nam hæc eſt dignitas huius ſenſorii, ratione officii altioris ſupra communem tangendi modum conceſſa, quod ab his læditur, ſiue in proprio organo excitentur, ſiue aliunde per ſpecies illi accedant, extra naturæ modum, & facile moleſtetur, modo quodam doloris, qui nullibi à communi tangendi facultate perciperetur: licet adiungatur ſuctus, qui vicem habet alterius obiecti communioris, vt dictum eſt.

Verum nam huiuſmodi doctrina alicui videatur nouitate inſpecta, ſiquidem ſtatutum eſt omnibus Philoſophis, niſi aliquid extrinſecus ſenſorio tactus accedat, à quo alteretur, nullam fieri ſenſationem, eo quod neque à ſe ipſo, neque ab eo quod ſibi eſt inſitum, alterari aut dolere poſſit: alioquin idem ſenſorium eſſet in actu & potentia ſimul; quod omnes Philoſophi iure optimo damnarunt: expendat, noſtram ſententiam decreto antiquo non contrariari: quinimo certum & neceſſarium eſt,
Dubia duo. in hoc fameſcendi ſenſorio ita hoc debere fieri, ſi prius dixero, duobus modis difficile quibuſdam viſum fuiſſe ſine obiecto extrinſecus accedente, ventriculum poſſe fameſcere: vno ſola indiſpoſitione contracta ex ſuctu in ore eius: ſecundo, quod longe difficilius eſt creditu, nimirum paſſionem partium externarum aut internarum, cum carent humido in vniuerſo corpore, poſſe ſine aliquo medio ori
Solutio dubii. ventris communicari. Quibus ſic ſatisfacies: primę quidem dubitationi, quæ impoſſibilitat, ſine obiecto externo poſſe homines fameſcere; dicimus, id facillime poſſe intelligi, vt contingit in fame naturali quotidiana, quæ fit circa corporis inanitionem: quia omne ſenſorium conſtitutum eſt ex parte aliqua præcipua, quæ actionem efficit, & aliis quæ vel ſubſeruiunt, vel aliquid præſtant in eo miniſterio. Huius ſane naturæ eſt neruus, qui præcipuum eſt organum tactus; nam caro & reliquæ partes, quæ ſenſu ſunt orbatæ, neruum huius partis protegunt ab externis obiectis & iniuriis, ne ob immenſum & acutiſſimum eius ſenſum, eſſet homo in perpetua paſſibilitate. Quo fit, vt licet tactus obiecta neceſſum ſit materialiter ſenſorium attingere; cum hoc tamen nullam cauſabunt ſenſationem, niſi per ſpecies ab obiecto ad neruum in ea parte tranſmiſſas. Nam certum eſt, tangibiles qualitates duobus modis nos alterare: vno quidem, qua tales qualitates ſunt naturales, quo nos & lapides etiam, qui non ſentiunt, calfaciunt, aut refrigerant: alio vero, qua tangibiles ſunt & ſenſum mouent ſine materia. Quippe tactus non eas percipit ſecundum quod eas percipit vt naturales ſunt, quia vt dictum eſt, lapides etiam alterant, ſed ſecundum immutationem immaterialem ab eis dimanantem, ſecundum quam euidentiſſimum eſt, eſſe eſſentialem ſenſui, vt ſenſus eſt, & ſine qua non contingit eſſe ſenſum, quantumuis pars calfiat, & vt naturalis alteretur. Sic profecto in fame quotidiana, dū horam conſuetā ſumandi cibos tranſgreditur homo, comparatur in ore ventriculi, defectu humidi voluptuoſi aut delectabilis, modus quidam, ſeu neutra quędam diſpoſitio, aut, vt proprius loquar, qualitas quædam reſultans ex defectu humidi prædicti conuenientis, quæ alterat neruum oris ventriculi, medus ſpeciebus ipſi à partibus ſic alteratis tranſmiſſis: & medio etiam ſuctu, quibus concitatur leuis doloris modus, ac famem ſubinde concitat, citra alterius moleſtiæ aut qualitatis perceptionem, vt mox clarius expli-
Solutio 2. dubii. cabo. Secundæ autem dubitationi, qua quærebatur, qua via paſſionem partium, quæ orbantur humido in vniuerſo corpore, poſſit os ventriculi perſentire, vt fameſcat ſine medio ſenſibili, & quale ſit in hoc opere obiectum: eodem fere modo reſpondere poteris: nimirum hoc obiectum eſſe modū qui comparatur in partibus, humido reſoluto, hoc eſt, qualitatem quandam quæ ſupereſt per reſultantiam, & manet, humido reſoluto in partibus; quæ ſane contraria eſt, aut ſaltem diuerſa ab ea quæ præfuerat ante defectum humidæ ſubſtantiæ, qua delectabatur & exiſtebat homo ſecundum naturam. A qua quidem qualitate, quam verum obiectum in hoc miniſterio eſſe iudicamus, ſpecies producuntur, & tenduntur in os ventriculi, & moleſtia ex ſuctu præſtita, coadiuuant, & quod propius eſt, determinant appetitum, non quidem vtcumq; , ſed ad proſequutionem ſimilis rei deperditæ. Quippe hæc qualitas quæ reſultat, repræſentat intemperiem, ſeu qualitatem promanantem ex parte inanita, quæ determinat appetitum, per cognitionem quæ præcedit medio ſenſu. Quam ſane qualitatē in fame arbitramur eſſe frigidam & ſiccam: & in ſiti calidam & ſiccam, quo fit, quod in fame appetamus calidum & humidū, (quamuis Ariſt. dixerit, famem eſſe *appetitum calidi & ſicci*, quia per ſiccum ex parte intellexit ſubſtantiam craſſiorem ea, quæ reſoluitur in ſiti) contrarium huic qualitati frigidæ & ſiccæ, quæ reſultat ex defectu humidi natiui, & ſimile ſubſtantiæ deperditæ, quæ calida & humida erat, & adhuc
Sitis quid. eſt, quæ remanet in partibus nondum reſoluta. Sic profecto ſitis eſt appetitus frigidi & humidi, in medelam caloris & ſiccitatis reſultantis ex conſumptione roridæ ſubſtantiæ, & vt reficiatur quod perie-
Tertium obiectum in fame neceſſarium. rat. Quo (ò mirabile Dei artificium) efficitur & reſultat tertium obiectum in fame neceſſarium, quod eſt quid triſtabile, à quo fugiens appetitus, inſurgit ad proſequutionem alimenti, ex quo illi comparatur ſubſidium. Quibus conſtat, duo prima obiecta tangibilia, vt ſuctus qui eſt ſenſibile commune, & qualitas frigida & ſicca, eſſe in hoc opere propria tactui, & productiua in ore ventriculi, famis & ſitis: vltimum vero quod ex fame ſuboritur, vt malum & odibile, pertinere ad appetitum, quo liberatur homo à fame; namque prius eſt fameſcere, quam appetere fugam mali, aut proſequutionem alimenti.

Tertium

Obiectum fam. ſeu à quo modo moueat potentiam, vt ad famem excitetur.

Tertium quod in hac prima dubitatione polliciti ſumus diſputare, clarius monſtrabit quæ modo dicta ſunt: nam explicare incumbit *modum & media, quibus etiam natura ſimul cum ſpeciebus ab obiecto productis, animal moueat ad faməſcendum.* In qua re mirari & laudare oportet infinitam & mirabilem Dei ſapientiam: nam cum ſpecies illæ ex innata conditione non valuiſſent neruum & potentiam doloroſam alteratione afficere, quo animal excitaretur ad fugam mali: neque ſuctus venarum potuiſſet mouere, aut inſinuare quid natura appetere debuiſſet, vt liberaretur à fame, & ſiti & moleſtia præſentita in ore ventris, vtrumq; coniungit, ſuctum inimirum cum ſpeciebus, vt ſuctu excitaretur animal ad fugam triſtabilis, & ſpeciebus, quibus determinaretur appetitus media cognitione ſenſus, ad proſequutionem calidi & humidi in fame: & frigidi & humidi in ſiti, vtpote quæ contraria ſunt qualitati, ſeu indiſpoſitioni, quæ relicta fuit in fame, poſt conſumptionem naturalis humidi; & etiam ſimillima exiſtunt humido naturali, & ſubſtantiæ, tum deperditæ, tum remanenti in membris, qua refici curat, & delectatur. Quippe cognouit animal, hanc moleſtiam tactui per ſuctū illatam, tanquam proprium & triſtabile appetitus obiectum, ipſum mouere poſt apprehenſionem ſub ratione mali, ad fugam primo: & quia nullo alio modo citius & commodius fugiet à malo, quam conſequuto bono deperdito, ob id protinus concitata fame, inſurgit ad proſequutionem boni, ſeu alimenti, in quod refunditur, illud quidem per ſuctum, & hoc per ſpecies ab obiecto ſuſceptas; quæ vt ſimulacra ſunt diſpoſitionis aut modi relicti in partibus & organo, ita eam repræſentant, quo animal, vt quærat præſidium, fameſcit: quæ ſane fames vt malum quoddam, verum eſt appetitus obiectū, quo excitatur ad appetentiam boni & neceſſarii, curans malū & odibile fugere. Quippe qualitas quæ appetitur in fame & ſiti ſimul, profecto contraria eſt qualitati reſultanti ex conſumptione humidi: & ſimul etiam humido deperdito ſimilis: quo fit, vt vtrique prouidet natura vno alimenti appetitu. Ex quo facile colligere poterit, qui animo fuerit libero, non opus eſſe huic miniſterio efficiendo conſtituere, aut vt rectius loquar, effingere qualitatem occultam, tanquam obiectum in hac ſenſationis forte. Cuius ſane qualitatis non poſſumus conſignare autorem, neq; qualis naturæ ipſa ſit explicare, niſi velimus rem occultam per occultiorem exponere, vt nonnulli ſcripſerunt.

Sitis an requirat eadē media famem, vel aliquo modo diuerſa.

Nec prætereundum eſt, id quod etiam diſputandum propoſuimus, nimirum poſſe aliquem dubitare; *ſi ſenſorium aut potentia in fame & ſiti, vnum tantum exiſtit, videlicet tactus oris ventriculi, & obiectum etiam vnum, velut eſt modus ſeu qualitas qua per reſultantiam, deperdito proprio partium humido, contrahitur in fame & ſiti; quanam ratione, qua mouent ſitim, non etiam concitabunt famem, & econtra, aut ſimul vtrumque.* Cui dubitationi dicendum eſt, hanc eſſe differentiam in concitatione famis & ſitis, quod licet potentia & organum ſint idem in vtroque affectu, & idem etiam obiectum: quoad modum relictum: longiſſimis tamen interuallis diſſident, quoad naturam & ſubſtantiam humidi deperditi. Namque in ſiti ſolum perit humidum roridum, in fame vero humidum ſubſtantificum partium, quod vere iam exiſtit pars ſubſtantiæ: quo fit, vt in ſiti qualitas quæ reſultat, calida ſit & ſicca, ita vt facile attemperari poſſit, ac facillime reparari, quia pars ſubſtantiæ non eſt, & ob id ſtatutum eſt, & experimento conſtat, facilius repleri, aut leuari potu quam cibo: in fame vero, plerumque deperditur humidum ſubſtantificum & vitale; quapropter longe diuerſus modus, & diuerſa qualitas reſultat, quæ diuerſo modo mouet animal: nimirum ad appetendum ſimile deperdito. Qua ratione, cum deperditum in fame & in ſiti non ſint idem, diuerſa reſultat affectio: quod euidentiſſima ratione & euidenti demonſtratione probatur: quia ob hanc diſparitatem ſubſtantiæ deperditæ, ſitientes magis ſitiunt ab aſſumpto alimento, & famelici non ſaturantur potu. Sic profecto compeſimus, fameſcere homines vno è quinq; modis: nam homo appetit accedente hora comedendi conſueta, forſan ex memoria guſtus aut rei delectabilis, ſimul cum delectu alimenti. *Item* fameſcit amplius, cum vltra ſtatutum tempus ingerendi cibos, remoratur. *Tertio*, cum orbatur propria humiditate os ventriculi. *Quarto* vero, dum corpus inanitur: & *vltimo*, cum à cauſa aliqua præter naturam, citra indigentiam aut humidi priuationem, fameſcimus: quæ ſane cauſa ſenſum triſtem excitat, & appetitum, qui nuſquam quieſcit à cibo. Sic profecto ſitis tribus modis ſuccreſcit, quos latius alibi explicuimus.

Appetitus qua via noſcat vſum potus ab aſſumpto cibo.

Sed quia non deſunt ex neotericis, qui eam doctrinam euertere nitantur, videtur neceſſum eſſe explicare breuiter, *qua via appetitus noſcat vſum potus ab aſſumpto cibo*, res quidem tam vera & certa, quam apertiſſima & clara. Quippe certiſſimum eſt, appetitum informari ac determinari per cognitionem præcedentis ſenſus: quam determinationem nemo eſt, qui ignoret eſſe eius cognitionem, non propriam ſed à ſenſu informato ſpeciebus obiecti, & mouente appetitum ad id ſignatim, & non ad aliud: quod appetitus nequiſſet efficere, niſi ad id determinaretur. Et hæc in re leui ſint ſatis, ſiquidem non minus offertur per ſpecies ſenſui diſpoſitio ventriculi ab aſſumpto cibo, quam quouis alio modo: & ſic inſurgit ſitis, ſicut ex aliis diſpoſitionibus ſitis altera, aut fames. Reliqua vero quæ oritur de ſiti taxare, partim ſunt parui momenti, partim impoſita, & ſolum intellecta in eo ſenſu, quo poſſit argumenta effingere.

Faſtidium cibi quot modis in nobis concitari poſſit.

Hæc profecto dicta ſunt, vt quiſque intelligat, quot modis poſſit homo faſtidire; ſiquidem fames & faſtidium oppoſita exiſtunt: vt ad noſtri laborantis faſtidii ſortem deuenire certius poſſimus. In qua re dictum reperies capite *de cibi faſtidio. Tom. 2.* id poſſe variis modis in nobis concitari, ſi prius dixero, quod ſicut appetitus cibi & fames, non ſunt idem, nec ſe habent ad conuertentiam; ita profus neque inappetentia & cibi faſtidium, quia inappetentia, ex cauſis ſecundum naturam (ſicut appetitus ex recordatione guſtabilis & grati) ſemper procedit, aut maxima ex parte (niſi dum ex virium languore in valde debilibus ſuccreſcit) vt in ſaturo, aut ob ſenſuum diſtractionem:

Faſtidium varie vſurpatur.

at faſtidium ſemper ex cauſis præter naturam. Quo fit, vt faſtidium communiori & extenſo ſignificato, varie vſurpetur: nimirum vel quod nullum appetit homo cibum, vel quod omnes aut aliquos faſtidit, vel quia abominatur quemcunq; aut aliquem. Inſuper cibum non appetere, ſuccreſcit alicui, aut quia facultas appetitiua non appetit, eo quod ſenſus tactus nullam ſentiat moleſtiam, neq; ſuctum patiatur, quia non caret neceſſario humido; ſed hæc affectio non cohæret cum cibi faſtidio, niſi dum præ impotentia, vt in morti proximis comperimus: aut cum diſtrahuntur potentiæ; vel alimenta ſunt nimis conſueta, quæ ſæpe appetitum deiiciunt, maxime in corporibus caſuris in morbum; in ſanis vero roborant, licet minus grata ſint inſuetis. Quo ſuppoſito, ſciendum eſt, faſtidium duplicis eſſe ſortis: nam aut amicos cibos auerſatur homo, & reliquos ingerit citra faſtidium: aut omnes fugit & abominatur eo affectu, ac ſi venenum fuiſſent. Nam aliud eſt, auerſari cibos, aliud vero fugere, velut à vipera, ſcorpione vel alio venenoſo animali, quantum diſtat actio corrupta ab actione diminuta & ablata. Patiebatur nobilis hic vir mediam faſtidii ſortem, quia omnem cibum, ſiue bonus fuerit, ſiue malus, conſuetus aut inconſuetus, auerſabatur adeo, vt præ inopia alimenti, in marcoris principium inciderit, extenuatis cruribus, brachiis, & dorſo, eo quod parciſſimo vteretur alimento, idque raro & maxima cum violentia, ac fere cum nauſea & irritamento ad vomitum, non ſolum viſo alimento, ſed ex recordatione eius.

Fames an cū cibi faſtidio coniungi poſſit.

Quapropter propoſui etiam diligenter explicare, *an cum hoc cibi faſtidio fames coniungi potuiſſet*: ſiquidem nulla alia in parte maior humiditatum conſumptio haberi poteſt, quam vbi corpus contabeſcere incipit, & primum mouens famem, ſit præternaturalis ille modus, qui remanet in ore ventris, poſt reſolutam humiditatem; quo fit, vt videatur rationi conſonum, faſtiditos poſſe fameſcere. In dubio, vt breuiter me à difficultate expediam, ſciendum eſt, quod ea ratione, qua os ventris exactiſſimi eſt ſenſus, & deficiente neceſſaria humiditate (quæuis ea ſit) facile perſentit in organo relictum damnum & incommodum, & ab eo moleſtatur & fameſcit: ita prorſus duabus de cauſis poteſt, non ſolum non appetere, ſed & cibos faſtidire. Vna profecto eſt ſuperabundans humiditas, non quidem naturalis, ſed præter naturam: quia vt ſuperabundans eſt, obruit potius ſenſum tactus, quam doloroſo affectu moleſter: vt vero vitioſa exiſtit & præter naturam, auerſionem concitat aduerſus cibos.

An citra famem alicui inſit appetitus alimenti.

Ratio eſt, quia cum ſemper coniungatur cum appetitu rei alimentoſæ deſiderium, ita prorſus in priuatione appetitus conſurgit cibariorum odium & auerſio, quia talis eſt conditio ſuperfluæ & vitioſæ humiditatis. Itaque in corpore & in ventris ore, optime poteſt eſſe inanitio; cæterum non ſubinde ſequitur fames, quia os ventris abundat humido vitioſo (quantumuis natiuo careat) quo extinguitur vis tactoria, adeo vt moleſtiam ex ſuctu nullam ſentiat, & ſubinde potius ad faſtidium quam ad famem inclinabitur animal.

Fames & faſtidium qua ratione ſimul eluceſcant in vna eademq; particula.

Qua etiam dilutione explicatur tertium dubium, nimirum, *qui fieri poſſit, quod duæ affectiones adeo oppoſitæ, vt fames & faſtidium, vno eodemque tempore eluceſcere poſſint in vna eademque particula, & ab vna eademque tangendi potentia.* Cuius rei ratio profecto eſt, quia licet in corpore & ore ventriculi ſit inanitio, quæ velut primum mouens tenetur famem concitare, tamen quia non adeſt effectus ſeu modus, qui ſolet poſt inanitionem remanere in ore ventriculi, quia humiditas extranea, quæ faſtidium cauſat, ſupplet eius vicem, ac impedit quo minus excitetur fames, & appetitiua potentia ad deſiderium cibi, ſit, vt totus appetitus ſit in auerſione ciborum, ob humoris vitium, & facultatis tangibilis diminutionem & obtuſionem, etiamſi famis cauſa præſit in corpore; quia tunc ſola fames naturalis inſurgit, non animalis, ob adductam rationem.

Sitis quid à fame differat.

Hoc autem modo hic vir contabeſcebat præ indigentia ciborum faſtidio contracta: inſuper moleſtiſſima premebatur ſiti, in cuius ſubſidium ſibi copioſiori indulgebat potu, quo venter indies magis intumeſcebat. In qua re ſtatuendum eſt, in hoc differre ſitim à fame, quod plures in re alimentaria præſtet vſus potus, quam alimentum, vt mox leges. Differunt etiam in qualitate, ſeu modo qui reſultat ex deperdita ſubſtantia in vtroque ſymptomate: nam in fame perit humidum ſolidum: in ſiti vero humidum roridum, vt ante dixeram. Ex quo conſtat, qualitatem quæ per reſultantiam à defectu humidi inſurgit, longiſſimis interuallis differre in ſiti & in fame. At vt in famis prima ſpecie, abſentia alimenti aut chyli conſurgit appetitus, ita profecto in ſiti, quia adueniente alimento, aliter diſponitur ventriculus, quam antea erat, quia modus ille diuerſus diuerſimode afficit ſenſum, & is diuerſimode mouet appetitum: illic ad alimentum, quia deficit: hic vero ad potum adueniente alimento, quia deficit, concurrentibus etiam aliis cauſis; quæ oſtendunt eius indigentiam, quia nec probe degluiri, neque guſtari, aut deſcendere alimentum poteſt; & modus ille qui ex defectu comparatur in ventre, potum expoſtulat, non cibum. Quæ ſane doctrina facile poteſt admitti, quia hæc eſt ratio cognitionis ſui operis: præterquam quod in ventriculo peculiarius & perfectius fiunt hæc omnia, quam in aliis partibus & ſenſoriis, non quidem propria cognitione, ſed ſuperioris potentiæ, quæ in ſubſidium animalis concurrit. Verum quia vt *Tom. 2. capit. de potu*, latius explicui, ſtatuique triplicem ſitis differentiam, conſtat, vnam vſui cibariorum conducere: ſecundam, naturalem ſitim extinguere: vltimam vero eam ſitim, quæ præter naturam inſurgit, à cauſis

Sitis duplex differentia.

etiam præter naturalibus ortam: hac in parte ſolum huius vltimæ meminero, ſi prius dixero, multa ſcripta reliquiſſe *cap. 3. Tom. 3.* de ſiti: maxime de ea quæ vſu cibariorum inſurgit: quam diximus non ſuccreſcere ante cibi ſumptionem. Cæterum quæ naturalis dicitur, præmiſſa humidi tenuis conſumptione infeſtat. At quæ præter naturam fit, hæc quidem cauſa poſitiua præter naturam accidens moleſtat ſenſum tactus, & appetitum excitat ad quærendum ſubſidium per potum: eſt enim hæc

ſitis

ſitis canino appetitui perſimilis. Sic profecto hunc virum ex bilioſi & viſcidi permiſtione, aliquid ita fixum & adhærens infeſtabat, quod mordicatione & moleſtia, calore & ſiccitate media, perpetua ſiti cruciabatur in ſubſidium concitata, non mordicationis, ſed caloris ac ſiccitatis adiunctæ, quæ contrarium cogebant appetere.

In qua re addubitare oportet, *qui fieri poteſt, quod iam ventriculus ita humoribus infeſtetur contrariis, quod ſimul famem non ſentiat, licet indigentiam patiatur, & ſiti cruciettur adeo acuto ſenſu, quod illi exiſtat moleſtiſſima.* *Dubium.* Cui dubitationi (præter id quod euentus quotidianus fidem faciat, quia conſpicimus plurimos laborantium qui cibos auerſantur, & cum hoc ſiti incredibili premuntur) dicendum eſt, cauſam huius diuerſitatis in appetitu ſuccreſcere in hoc laborante, ratione diuerſitatis efficaciæ humoris os ventriculi infeſtantis. Nam qua ſalſuginoſus eſt, ſenſim ad ſitim excitabat; ad famem vero nequaquam, quia humoris corpus & craſſities obſcurabat modum præter naturam, qui ſolet oriri à defectu humidi; ſiquidem eo tempore non deerat humidum, ſed erat præter naturam (etiam ſi deeſſet naturale) tamen ex eodem humido præter naturam oriebatur ſalſugo, quæ moleſta irritatione cruciabat naturam ad ſitim, qua ad potum mouebatur importune, & ob id duplici hoc ſymptomate perpetuo infeſtabatur noſter laborans.

Hæc profecto ſunt quæ hic nobilis vir patiebatur, adeo moleſte ferens, quod vitam ageret miſeram & calamitoſam. In cuius curatione primo conſideraui faſtidii generales & communes cauſas: *Faſtidio quare homines*
vt cognitis his, quibus hic vir moleſtabatur, facile poſſimus adæquatum præſtare auxilium. Si enim *afficiantur.*
in memoriam reuoces, quæ de fame nuper diximus, facile conijcies, homines faſtidio affici poſſe, abolita vel diminuta appetentia. Quippe abolitio contingit, vel quia ſuctionis ſenſus perit: vel quia ſuctio non fiat: vel quod corpus non euacuetur; & ſic dum hæc imminuuntur, diminute etiam fiat appetendi munus, quo etiam dicimus homines faſtidire, licet leuiter reſpectu abolitionis appetitus. *Appetitus*
Perit itaque ſenſus ventriculi per ſe ab intemperie calida, aut frigida, cum affluxu alicuius ſucci, aut *quibus modis*
ſine ipſo, vel per conſenſum. Per ſe à calida, vt docuit Gal. 3. *de cau. ſym. c. 1.* & *tertio apho.* ſed maxime, *pereat ſiue im-*
6. popu ſect. 4. comm. 50. quo loco fundentia humores, & calfacientia delere appetentias ſcribit. Sic *minuatur.*
quoque frigiditas dum immoderata eſt, deiicit actum propriæ virtutis: & licet ſua natura corrugationem & modum quendam ſuctionis æmuletur, ac appetitum conciet, tamen dum modum excedit, omnem actum potentiæ vitiat. Appetitus enim imminuitur, quemadmodum delirantes, ſtupidi & apoplectici nihil appetunt: nam in his & aliis qui vel maligna peſte laborant, fere extinguitur, aut obruitur appetitiua potentia, vt nihil videantur appetere. Sic noſtro laboranti contigiſſe cernimus, vt mox docebo, ſi prius dixero, imminui etiam appetitum, quando exigua vel nulla fit ſuctio in ea
parte: quod duobus modis contingit, corpore nimirum non expoſtulante: vel in parte ipſa excedente: vel praua qualitate, calida aut frigida, affecta. Item non fit ſuctio ob ſanguinis vbertatem, aut *Suctio cur*
quia corpus non vacuatur, vel crudis abundat, aut vita agitur otioſa & ſedentaria. Sed ad rem noſtri la- *non fiat.*
borantis redeuntes, conſtat, abundare ventriculũ & eius oſculum maxime humoribus pituitoſis, ſalſugine ex putredine præcedentis febris, & bilis etiam admixtione male affectis: quorũ iecur & caput non paruam portionem in ventrem profundebant, quo ex calore ſitit, & faſtidit, & ex crudis obruitur potentia, quo minus ſuctum & moleſtiam perſentiat. Quo quidem mihi perſuaſi neceſſum fore, primo eos minuere, & conſuetudinem fluendi ad eam partem, diuerſione facta ad aliam, interdicere, & mox membra principalia reparare. Verum cum vtrumque ſymptoma ſimul ab vno humore fieret (quia ſubſtantia pituitæ faſtidium, ſalſugo ſitim concitabat) iiſdemmet auxiliis, eadem medendi ratione vtrique malo ſubuenire ſtudui.

Primo enim, eo vitæ modo vti iuſſimus, quod nimio potu, quo vtebatur, non augeret crudorum *Sitis quare*
& pituitoſorum copiam, & ventris tumorem. Quapropter præſtita potus ea menſura, qua ad penſum *non extin-*
cibi erat opus, aquam iuſſi concoquere *ſaſafraſa indica*, poſthabita ſitis conſideratione, addito modico *guenda.*
vino, quo laborans, qui cordatus homo erat, cœpit minuere ſitire, ſimul cum tolerantia ſitis: nam antea eum impatiens eſſet, copioſiori vtebatur potu, & ſubinde increſcebat ſitis amplius, quo magis ingerebat, quia ſalſugo ad maiorem aquæ ingeſtæ copiam ſeſe extendebat. Præterea purgato ſucco, melius ſe habuit: inſuper *coriandro præparato* & *radice ſcorzonera* incoqui aquam iuſſimus, & poſtea in puriſſimam aquam inijcere curauimus quatuor aut quinque guttulas *olei vitrioli*: quo potu mirum in modum ſitim extinximus.

In cibis quidem nullam opus erat ponere legem, quia faſtidio maximo vexabatur, ſed ſalſamentis & rebus guſtui gratiſſimis, ſemper curaui appetitum excitare; quales ſunt *cappares aceto condita, Scoli-* *Appetitum*
ma muria præparata, & alia id genus: nam ex piſcibus mediocriter ſalitis, aliquando minus ſitiebat. At- *qua excitent.*
que licet neceſſum erat ob faſtidium intus inaniri & fameſcere, cum hoc tamen commendaui *modicum exercitium*, & quantum erat poſſibile, *largiorem ſomnum*, quibus cruda facilius coquerentur.

Ad medicamentorum vſum accedentes, primo hominem purgare inſtituimus: & exhibito pur- *Medicamen-*
ganti in principio leui, quale quid *ſerapium ſolutiuum ſenarum*, cum modico lactis cartami; mox iuſſi ter *torum ratio.*
in hebdomada vomitum mouere, exhibita prius *mulſa tepida*, cum modico oxymellite; tum eodem die, quo vomiturus erat: tum vero pridie ante vomitum: quo ſane auxilio multa cruda, viſcida & ſalſuginoſa excernebat.

Tranſlactis tamen quindecim diebus ab hoc præſidio, peccantes humores proprius purgaui, *Purgantia.*

 exhi-

exhibitis *pilulis ex agarico trochiſcato & hiera Galeni*, vtriuſque ℈ iiij à quo probe & ex materia peccante purgauit, ſicut etiam *pilulis de tribus*.

Quo facto, iuſſi bis in hebdomada maſticare *rhabarbari electiſſimi* ʒ ß aut ℈.j.& diebus intermediis vti eadem *aqua mulſa* tacto ſupra aquam *abſynthii, radicis Chinæ & ſaſafraſa*: quo cœpit facilius ſitim tolerare, quia per aluum & vrinam ſerum linoſum expurgabat, ac iecur maximum ſimul & ventriculus ſuſcepit obiter leuamen.

Inunctio. Tandem quindecim diebus tranſactis in huius beneficii vſu, cœpimus fouere ventriculum *ſpongia madida decocta calido ex abſynthio, corticibus caparorum, chamamelo, roſis, nuce muſcata, garyophyllis & cubebis*: idque ſingulis diebus ante prandium. Iuſſimus etiam ventrem inungere oleo quodam mirabili, quod recipit *olei abſynthii, iaſminorum & caparorum ana* ℥ i. *pulueris garyophyllorum, macis, nucis, aromatici roſati, & gallia muſcata ana* ʒ. ß. *ſummitatum mentha madefacta vino generoſo* ℥ j. bulliant in duplici vaſe & exprimantur. Poterit etiam diligens Medicus in ſimilibus affectionibus ventrem iungere *oleo ſeminis angelica, ſeminis aniſi, & ex cinnamomo & garyophyllis*, in quantitate modica, admixto tamen *oleo omphacino aut naphe*, quibus attemperetur: & vbi æſtus in ventre ſentitur, *oleo roſaceo*: item prodeſt *oleum de Cauſme* ab India aſportatum: aut balſamum vel *oleum belzuini*. Præterea emplaſtrum ex puluetibus dictis, *ladano, cera & therebentina*: aut ſi frigiditas plurimum præualuerit, cum modica *thecamaha*, aut *carana*.

Emplaſtra Aut quo auxiliorum genere iterum ad vomitum coegi hominem redire, cum maximo ſalutis principio: nam licet nihil amplius appetebat, tamen ventriculus longe melius ſe habebat, mane appoſito emplaſtro ad figuram ſcuti, quod recipiebat *pulueris aromatici roſati* ʒ i. *garyophyllorum* ℈ ij. *galliæ muſcatæ* ʒ.ß. *pulueris diamargariconis frigidi & corticis citri, nucis & cubebarum ana* ℈ i. cum *balſamo, cera & ladano* depurato, quantum poterat, ad bonam conſiſtentiam.

Pilulæ. His omnibus præmiſſis, inſtitui ſemel in ſeptimana ſumere ʒ. j. *pilularum* quæ recipiunt *agarici trochiſcati, rhabarbari & hiera ſimplicis, ana partes aquales*. Diebus tamen intermediis conſului, mane duo aut tria cochlearia ſumere paſſularum Corinthiarum, quæ per diem & noctem maduerint in vino, aut in vino aromatizato: aut ſi æſtus id vetuiſſet, in *aqua roſacea* aut *abſynthii decocto*, vel *cinnamomi* vel *ſaſafraſa* cum radicibus *ſchorcionera*.

Et cum adhuc appetitus parum excitaretur, iuſſi in prima menſa ſumere *modicum panis madidi ſucco limonum & melle*: & aliquando cum guttulis aceti plurimum diluti *aqua napha*; nonnunquam vero *vino mellito* ſeu *Hippocras* appellato, quibus profecto cœpit guſtum aliquem in his quæ maſticabat perſentire.

Pergens vero in curatione, quia inueterata erat affectio, iterum ad fomenta ventriculi iuſſi peruenire, ex *vino decocto* eiſdem reb. appoſita *ſpongia calida* hora vna ante prandium, & toto prandii tempore, quo cœpit modicum panis biſcocti appetere.

Inſuper curaui potus parſimonia, & euacuationibus prædictis, præmiſſa humorum ventriculi præparatione, attenuantibus & reſoluentibus materiam vlterius minuere, & prædicto *rhabarbari* vſu iecur & ventrem roborare, & à biliosis recrementis leniter euacuare: nam aliquando præſtiti ʒ.iii. *mellis roſati ex ſucco roſarum Perſicarum & ſaccharo* iuxta Aetii compoſitionem, cum infuſo *rhabarbari*, aut *decocto pugini*, vel *emulſione ſeminis cartami*, à quo auxilio, & ante conſtitut præbere interpollatis diebus duas aut tres vncias aquæ, adiectis guttulis, vna aut duabus, *olei de vitriolo*; quo mirum in modum leuabatur.

Marcori qui ſubueniatur. Verum quia hęc ſufficere non videbantur, licet aliquid iuuarent, ad alia præſidiorum genera fore confugiendum cenſui, antequam laborans prorſus in marcorem incurabilem incidiſſet. Primum fuit, omni diligentia marcori incipienti ſubuenire, tum inunctionibus per dorſum ex *oleo ſeminum cucurbita* & melonum loto *lacte vaccino*: ex *amygdalarum dulcium* loto etiam *aqua maluarum & ſonchi*: ex *reſumptiuo vnguento* loto lacte muliebri: quibus & ſitis & calor leuamen ſuſcipiebant. Vlterius etiam curauimus reficere depopulatum humidum, his quæ citiſſimam renutritionem præſtarent. Cui vſui præter cibaria ex ouis ſorbilibus confecta ex ſuccis pullorum, tum prælo extractis, tum muſculis præſtitis, mirabilem quandam aquam huic vſui conſtituimus, qua robur & fortitudinem comparauimus

Renutritioni certiſſimam quæ præſtent. euidenter: quæ ſic conficitur, quo ſiti etiam ac faſtidio prouidimus. Excipe *carnis quatuor pullorum mundatorum à plumis & interaneis*, & eorum ventres reple hac lege: Accipe *carnis ranarum, cochlearum & teſtudinis ana* ℥. iij. *mucilaginis pſylii, citoniorum & radicum bugloſa* ℥ iij. *foliorum lingua ceruina, lupulorum & ſcariola ana m. ij. carnium pomorum dulcium* l.i ß *ſucci roſarum rubearum* ℥. iii. *vini albi & rubei ana* ℥ ii. *ſucci limonum* ℥ i. *electarii de gemmis & de hyacinto ſine croco ana* ʒ.i ß.i. coquantur omnia ſecundum artem ad conſumptionem tertiæ partis, & tunc excipiantur in alembico vitreo, & inſtilletur. Huius diſtillationis modicum admiſcebam omnibus cibariis, & mane, poſt ouum ſorbile ſumptum, præſtabam ℥ i ß aut ii & aliquando totidem, cum laborans iret dormitum.

Secundum fuit (ſolum faſtidium reſpiciens) vſus aquæ *balneorum ſulphuris*, qua mane calida ante cibum vtebatur, quantitate ſex aut octo vnciarum, qua cœpit aliquid appetere, & viſa vtilitate,

Fontis de Tituche mirabilis poteſtas. iuſſi afferri ex Italia aquam ex fonte ibidem reperto; quem appellant *de Tituche*, cuius mirabili efficacia iam eligebat ſibi gratos cibos. Eſt enim illius fontis in ventriculi & viſcerum omnium frigidis & flatuoſis affectionibus mirabilis poteſtas.

Serapium. Tertium præſidium fuit, vſus ſerapii noſtri, qui recipit *aqua ſtillatitia abſynthii, mentha & napha ana* ℥.iii. *aqua roſarum, cichorii & lupulorum ana* ℥ ii. *ſucci roſarum rubrarum* ℥ vi *ſucci florum borraginis & bu-*

gloſa

gloſſæ ana ℥ i. *ſaccbari albiſſimi*, quo ſufficiat vt fiat ſerapium; cui adde in ligatura, interim dum coquitur, *aromatici roſati* ℥ i. *corticis citri*, *garyophyllorum & abſinthii ana* ʒ. ß. *gallæ muſcatæ* ℈. ß. *aquæ vitæ adiectæ in fine decoctionis* ℥ s. Huius ſerapii iuſſi tertio quoque die mane porrigi ℥ i. cum modica *aqua ſcorzonera*: quo profecto mirum in modum ventriculus appetere cœperat, niſi adhuc perſtaſſet adeo importuna capitis fluxio, quod me coegerit ad aliud auxilium confugere.

Fuit autem vtiliſſimum auxilium fontanella in brachio ſiniſtro aperta, cuius beneficio homo reſtitutus fuit prorſus in integram ſanitatem, & cœpit deperditam e toto corpore molem recuperare & conualeſcere, maxime beneficio vltimi præſidii, quo capiti, tanquam membro mandanti, prouiſum fuit: namque vt Hippo. cenſuit *lib. de glandulis*, caput origo eſt omnium fluxionum: & ob id illi prouidendum duxi, appoſito capiti eo auxilio quod roboret & attemperet. Namque enim certum ſit, caput has fluxiones mouere plærumque ex frigido intemperamento incrudante alimenta, quæ ad caput perueniunt, opus eſt vtrique ſubuenire, cum frigiditati, tum fluxioni; licet etiam verum ſit, ex vaporibus aliunde in caput euntibus condenſatis, concitari: tum ex calore liquante, aut, vt rectius loquar, attenuante, (namque non cenſeo condenſari, vt gelu ex frigore, vino animali) incraſſatum vaporem, tum à frigore externo, calore intus reuocante, in quo non raro decipiuntur Medici: ſed id alibi latius explicuimus. At vtcumque ſit, caput vel irrigabis *lixiuio dulci ex* *Capitis frigidi fluxioni quæ ſubueniant.*
decoctione roſarum, *hederæ terreſtris & myrthi ſtœchados*, *ſanthali albi & coriandri præparati*. Valet emplaſtrum, aut ceratum *capitale de betonica campaluere ſtœchados*, *gariophyllorum*, *myrthi*, *roſarum maſtyches & ſandaraca capiti appoſitum*. Nec minoris momenti eſt *ceratum capitale Montagnana*, *vel emplaſtrum ex cochleis contuſis ſincipiti adhibitum*: & hæc ſic profuerunt, quod Deo auſpice, non opus fuit ad alia tranſire.

Verum ne quis miretur, cur nihil in hoc laborante factum fuerit aduerſus ſitim, cum adeo fuiſſet importuna: ea pendat, ubi id factum, quia in eodem humore ſita erat vtriuſq; ſymptomatis ratio, vis & natura: quo euacuato humore, ambo ceſſarunt.

Cum hoc tamen moleſtiam & importunitatem ſitis, vbi plurimum vrgebat, ſedare curaui *aqua* *Sitis quibus ſedetur.*
ſtillatitia ex ſonco, *malus & radicibus borraginis*, *ac mucilaginibus pſylii & citoniorum*. Item mirum in modum profuit *ſtillatitia aqua ex quouis lacte*, maxime vaccino. Sedat inſuper *dilutum vinum aqua extracto ex radicibus glycirrizæ*: etiam, *aqua tepida ſola aut cum aceto*, *vel ſucco aliquo acido*. Sedant etiam *pilula* ſub lingua detentæ ex *mucilaginibus pſylii & citoniorum*, cum *albamine oui*, & *puluere ſuo glycyrrhizæ*. Lac item *amygdalarum dulcium*, ſed maxime *ſemina cucurbitæ* & *melonis*.

De hepatico & obſtructo, cum malo corporis habitu, in hydropem commigrato.

Consvltatio V.

Illvstrissmvs Vir, Dominus Franciſcus de Padilla, natura bilioſus ac ſiccus, cæterum ſanguine aquoſiori abundans, ob impenſam frigiditatem, qua in potionibus vtebatur, abundans etiam cruditatibus, tum ob id, tum etiam, quia intempeſtiuis vtebatur exercitiis, maxime poſt cœnam, differens ſomnum vltra debitum modum, quo alimenta improſpere conficiebat: cum eſſet triginta quinque annorum, cœpit æſtate media infeſtari acutiſſima febre, à quo poſt copioſiſſimas euacuationes per ſanguinis detractionem, & potiones frigidiſſimas gratia ingentis caloris & ſiccitatis, reſtitutus eſt, poſt conuenientem purgationem, ad ſanitatem, non tamen integram. Quippe valetudinarius euaſit: nam licet appeteret probe cibos, videbatur eos non conficere, quia præter virium languorem, copioſo & frigidiori potu vtebatur. Ex quo cœpit aluus turbari, & bis, aut ter in die cruda & fœtida expellere. Cæterum præſtitis ventriculo intus & extra roborantibus, & quæ vim haberent ſeruandi calorem natiuum, nihil profecto proficiebat, ſed de anorexia & triſtitia, atque moleſtia iuata viſcera cœpit conteſtari; ſignum quidem maioris mali. Tandem ineunte iam autumno, excrementa alui tuburem præ ſe ferre cœperunt, & corpus decolor factum, malum habitum repræſentabat: quo tempore laborans cœpit ſentire in hypochondrio dextro aliquid extraneum & diſplicens, quod explicare poſſe, illi videbatur perdifficile: vltimo vero creſcentibus cruentis deiectionibus, venter in tumorem eleuari cœpit, cum rugitu & aliqua tenſione. Ex quib. omnibus conjectaui, cum ad nos perueniſſet curandus, eum pati dyſenteriam hepaticam legitimam, *Dyſenteria hepatica legitima.*
cum malo corporis habitu, & hydropis principio: ac iecur etiam, præter intemperantiam, obſtructione ſimul videbatur affectum. Grauiſſimæ quidem affectiones, diuturniſſimæ ex propria natura, & quæ magnum pollicebantur periculum. Quarum profecto qnælibet abditas habet cauſas, & difficile ex ſe iudicium oſtendit; tum ob propriam conditionem: tum etiam, quia laborans non erat adeo obſequens, ac virium robuſtarum, quantum par erat ad perferenda grauiſſima hæc mala.

Sic profecto, viſo laborante diligenter curaui intelligere malorum ſedem, naturam & cauſam, quo facilius & certius ad veram curationem peruenire potuiſſem. Prætermitto tanquam notiſſimum in prædictis affectionibus; iecur eſſe affectum, quod conſtat ex officio ſanguificandi (illi ſoli potiſſime

ctuoſe intelligunt, ſi cenſent, in omnibus partibus mixti, eſſe æqualem mixtionis modum (quod nemo profecto non ſtatuit: ſin aliter, è directo opponitur ſuæ ſententiæ.) Nam ſi nulla pars reſpondet alicui elementorum vna in parte, omnes partes erunt eiuſdem naturæ, compoſitionis, & temperamenti, & omnes ob id tenentur edere vniformes actiones; quod neque in mixtis non viuentibus concedet, qui diligenter rem conſiderauit: ſiquidem in magnete ea vna parte trahitur ferrum, & ea altera pellitur. Si vero non ſunt eiuſdem compoſitionis, ergo propter aliquam differentiam, & diuerſitatem in componentibus: hoc autem fieri nequit citra exceſſum, aut defectum alicuius eorum: ergo neceſſario ex neceſſitate naturæ, & ob diuerſitatem temperaturarũ & actionum, quas cognoſcimus (alioqui corrueret doctrina omnis de ſignis) conſignare oportet partium varietatem. Namque ponere in vniformi miſtione vires diuerſas prodigioſum videtur, & longe prodigioſius ab vna facultate varios, ac ſæpe contrarios produci. Nec minoris damni eſt, quinimo pernicioſiſſimum, ad eum ſtatum peruenire in huiuſmodi aſſertionibus, quo neceſſario Medicus teneatur aſſerere, omnia elementa non eſſe neceſſaria ad miſtionem, ſed quoduis ſufficere: nam ſi hoc conſideretur, non opus eſſet elementis, ſed ſola materia prima ſufficeret cum accidentibus; quod eſſet longe falſius, quia tunc non eſſet miſtio, ſed generatio. Nec deeſt, qui etiam ſtatuat, non *opus eſſe omnibus elementis, quia forma miſti habet poteſtatem producendi quod deeſt, & ſupplendi eius defectum.* Quod profecto monſtrat, quam difficile ſit tueri dogma falſum, citra maiorem aliorum dogmatum falſitatem, ac ruinam antiquæ & probatæ Philoſophiæ. Præterquam quod in iecore hanc partium varietatem conſpicue conſpicimus & neceſſaria exiſtit, ſiquidem generat humores diuerſæ ſpeciei, & contrariæ naturæ; quod vni agenti prorſus denegauit natura naturaliter agens. Nec alicuius momenti eſt in hac re refugium ad æquiuocam cauſam, quæ licet vna ſit & vniformis, varios parit effectus, vt in virtute Cœli & Solis conſpicimus, quæ diuerſarum ſpecierum animalia gignunt, & Sol ceram liquat, & lutum indurat. Nam id profecto potius ex diuerſis diſpoſitionibus in paſſo prodit, quam ex diuerſa poteſtate cauſæ æquiuocæ, quantumuis eminenter eam ſortiatur. Quippe certiſſimum eſt, hanc eſſe differentiam inter æquiuocum agens, & materiam horum inferiorum; & inter vniuocum & materiam primam, quod hanc ſpecificat & determinat vniuocum agens; ad ſui ſimile generandum, præmiſſis ad id opus neceſſariis diſpoſitionibus: at æquiuoci agentis opera, ſi proprie tale dicitur, vt Cœlum, diuerſificantur & ſpeciem ſumunt ex diſpoſitione materiæ: ſiquidem tale agens non ſtudet ſibi ſimile generare, ſed id quod poteſt iuxta diſpoſitiones præexiſtens in materia. Quo fit, vt in opere ſanguificationis quia in alimento ſunt diuerſæ partes diuerſis elementis reſpondentes, & in iecore non minus, vnaquæque in ſibi ſimilius agit, & nititur in ſe commutare, non vt vera hac legitima cauſa æquiuoca: nam iecur ſolum tale dicitur per analogiam, non tamen re vera, ſed quatenus varia efficit; non quidem vna ratione, ſed propter diuerſas partes diuerſimode affectas à qualitatibus diuerſis, ſimul cum calida & innata ſubſtantia, eo modo quo dictum eſt, cum illis commiſta & commenſurata. Ex quo conſtat, coctionem omnium humorum perfici à calida illa ſubſtantia: cæterum ex ea coctione reſultare, præter ſanguinem, plus huius, quam illius humoris, ex coniuncta & prædominante qualitate, in aliqua, aut aliquibus partibus iecoris, iuxta diſpoſitionem alimenti. Quo fit, vt iecur poſſit vitiari in munere ſanguificationis ſolum, aut in productione reliquorum humorum; quia licet ſit vnum agens, diuerſitas tamen partium eius, prædictam varietatem poterit efficere. Atque hæc de partibus dixiſſe ſit ſatis; nam Philoſophicæ de hac re rationes non ſunt in hunc locum transferendæ. *Coctio humorum à quib. perficiatur.*

Secundo ex incredulitate huius doctrinæ arbitrantur etiam hi autores, *creſcente frigore in iecore, licet integra maneat ſubſtantia calidi innati, crudum etiam ſanguinem fieri, haud ſecus quam dum deficit ſubſtantia calidi innati.* Quod profecto cenſent probaſſe, quia *in vtroq. vitio imminuitur actio ſanguificationis eo quod inſtrumentum eſt diminutum ſola frigoris intenſione*: ſiquidem non ſatis eſſe arbitrantur, *integrum manere calidum, ſiquidem, (vt ferunt) actio illa non ſubſtantia, ſed qualitate perficitur*: quæ ratio nihil videtur concludere, ſiquidem nemo hucuſque ſtatuit *per ſe ſolum & immediate poſſe agere, ſed media etiam qualitate, ceu inſtrumento*. Nam huic muneri efficiendo, ſubſtantiam calidam primigenio calido conſignauimus; vnde ſequela ex falſo procedit fundamento. Sed vt clarius huic dubitationi reſpondeas, capendum ſanguinem dici crudum, vno è duobus modis. *Primo* per admiſtionem crudæ pituitæ: *ſecundo* cum ipſe in propria ſubſtantia (vt quartus humor eſt) defectuoſe, aut diminute coctus euadit. Tunc ſic coniectandũ eſt, frigoris creſcente, neceſſario cum ſanguine copioſiorem pituitam produci, cuius ratione ſanguis, hoc eſt, maſſa ſanguinaria, iecore in reliquis mediocriter ſe habente, dicitur *cruda*, decreſcente vero innato calore, & ſubinde reddita frigidiori (diuerſo frigiditatis modo) ſubſtantia iecoris, ſanguis ipſe in propria ſubſtantia, & non additione crudi ſucci, dicitur etiam *crudus*, & quod deterius eſt (& maiorem arguit differentiam in his ſanguinis cruditatibus) incoctibilis euadit, non ſicut prima cruditas, quæ vlteriori actione innati calidi, iterum conuerti in ſanguinem poteſt: quo vis argumenti facillime diluitur. *Dubium 2.* *Sanguis crudus dicitur duobus modis.*

Ex qua etiam ſolutione pendet dilutio alterius argumenti. Nam cum exiſtiment, *hoc ſanguificandi munus tributum fuiſſe à me ſoli ſubſtantiæ iecoris, citra complexum innati caloris*, interrogant, *Quidnam remanet in iecore, ipſa ſubſtantia deficiente, quod poſſit ſanguificationis miniſterium munere, niſi priuatio? hæc autem* (dicunt) *nihil agere poteſt: ergo vitium in hepatica dyſenteria non eſt referendum in diminutionem innatæ iecoris ſubſtantiæ.* Quibus profecto dicendum erit, *remanere in iecore calorem innatum priuatum debita & neceſſaria menſura modo ac poteſtate ad opus ſanguificationis perficiendum, vt antea aſſueuerat, cum integrum exiſtebat.* Quibus deficientibus non quidem ratione priuationis *Dubium 3.*

tionis (*vt ipſi cenſent*) ſed propter diſpoſitionem, quæ remanet, & deuiat à ſubſtantia innati calidi, in iecore, qua ſanguificatio vitiatur, quantum innata ſubſtantia priuatum fuerit iecur: quod ſatius fuerat ducere, quam quæ aperta ſunt & clara, ad obſcuritatem occultæ qualitatis deducere.

Diſenteria hepatica in ægroto præſenti cauſa.

Ad rem igitur noſtri laborantis redeuntes, conſiderauimus, non ſolum eſſe diminutionem calidi innati, ſed etiam ſimul accedere vitium ex frigiditate & ſiccitate compoſitum, quibus ſanguis non exit ſolum ſemicoctus, vt pituita, ſed ex frigido & ſicco taliter affectus, quod neque vlteriorem coctionem, neq; gratiam aut beneficium à natura amplius ſuſcipere potuiſſet; vt pituitoſus ſanguis, licet diu in corpore detineatur, vt ſæpiſſime in his affectionibus ſolet.

Sanguificationis vitium in dyſenteria hepatica legitima cur emendari nõ poſſit, ſecus in ſpuria.

Inſuper dictum eſt libr. Praxis, hunc affectum præcipue pertinere ad ſanguificandi potentiam: licet ſimilis huic ſanguis etiam prodeat à corpore vitio retentricis facultatis, quæ nequit quantum par eſt, chilum continere, vt ſanguifica potentia ſufficienter commutet ipſum in ſanguinem, quantumuis valida ſit. Quo conſtabit ratio, quare illud vitium ſanguificationis in legitima hepatica, non poſſit amplius emendari; quia illa potentia quantum potuit illi præſtitit, ita vt licet amplius laboret, nil amplius poterit efficere: at in hac ſpuria hepatica ex vitio retentricis orta, ſi cogas contineri amplius, facile ſanguis maiorem coctionem & perfectionem recipiet: cæterum in noſtro laborante, hæc dyſenteria, legitima hepatica erat ex diminuta ſanguificandi poteſtate.

Coloris ſubalbidi cauſa.

Ex qua etiam cauſa cœpit hic vir malo corporis habitu inſigniri, & in ſubalbidum colorem mutari & corpus decolor fieri. Ratio tamen huius ſymptomatis apparuit euidentiſſima: quia cũ dyſenteria hepatica, & malus corporis habitus, ex vno & eodem vitio iecoris prodeant, ſolumque hæc duo ſymptomata loco diſſideant, fit quod illud quod in hoc diminuto ſanguine craſſius eſt, per ſanguinolentiam alui excretionem ſecedat, quod vero tenuius & aquoſius, per venas ad corpus vniuerſum, ac non raro ad crura dilabatur.

Dubium.

Aduerſus quam ſententiam poſſet aliquis dubitare, *quo nam modo homine viuente, tantum diminuti ſanguinis ſit poſſibile generari, quod vtrique affectioni ſufficiat.* Cui dicendum eſt: hepaticam dyſenteriam eſſe morbum reuerſiuum, & per interualla repetere; ac ob id, dum per aluum exeunt excrementa, minor eſt eorum prouentus ad venas: & ſic reciproco modo creſcebat in noſtro laborante alter, cum alter ſubſidebat: maxime, quia cum perſeuerat malus habitus, etiam læditur partium nutritiua facultas: ſicut contingit in anaſarca. Quam etiam ſententiam taxant ſupradicti ex Aui. & Gal. locis seducti, vt credant, poſſe hos affectus præſtare diu, citra vitium nutritoriæ: licet incipiant citra ipſum: quod de anaſarca credibile non eſt, ſiquidem à principio nutritoria ex ſe & ex alimento læſa conſpicitur, quia diſſimile admodum attrahit alimentum: de malo vero corporis habitu certum eſt, non incipere à vitio nutritoriæ, *vt antea dixeram*, niſi perſeueret *vt li. Praxis apertis verbis explicui*: nam tunc iam apparet in vtroque affectu nutritoria læſa defectu appoſitionis ſimilium. Quam veritatem olfaciens prædicti autores, dixerunt, *ſatis eſſe, alimentum eſſe in principio diſſimile, & in fine ſimile: ac ſufficere ſimilitudinem aliquam habere ad attractionem.* In quo etiam decipiuntur: nam attractio non eſt opus nutritoriæ: ſed ei ſubſeruientis facultatis; ſiquidem opus nutritoriæ ſolum eſt vera aſſimilatio. Itaque veritas meæ ſententiæ non prodit ex attractione, ſed ex appoſitione, quæ eſt vera nutritionis actio. Tunc ſic appatat rei huius veritas.

Similitudo in nutritione duplex eſt.

Apponit diſſimile: Ergo errat: nam ſimilitudo in nutritione duplex exiſtit: vna ex vi nutritoriæ facultatis ad appoſitionem legitimam: quæ licet deficiat vitio etiam nutritoriæ, tamen ſic apponi vitium eſt nutritoriæ: altera vero à forma partis, quæ ad ipſum alimentum ſeſe extendit, & ipſum iam non ſimile, ſed idem facit. Quo conſtat, ipſammet nutritoriam erraſſe, quia appoſuit adeo diſſimile, quod forma non valuerit efficere idem, quo remanſit praua nutritio, non ſolum vitio alimenti, ſed etiam nutritiuæ potentiæ.

Commeatus ex hepatica dyſenteria in hydropem qualiter fiat.

Eluceſcere inſuper præter hæc omnia in illuſtriſſimo hoc viro cœperunt principia hydropis, quia venter etiam intumeſcebat, licet non plurimum: ex quo maior mihi ſuccreuit difficultas, poſſe tot morbos, & adeo grauiſſima ſymptomata breui tempore ſuperari, aut diutius ferri. Nam protinus conſideraui cruentum alui fluxum ceſſaturum, & malum omne degeneraturum in abditam aliam partem: quo cenſui, commeatum fieri ex hepatica dyſenteria in hydropem. Cuius rei gratia ſciendum eſt, hydropem fuiſſe aſcitem, & ſuccreſcere in hoc laborante ex eodem iecoris vitio, ac reliquas affectiones memoratas: cæterum aliquid vitioſius illi accedere, quo ſanguinis longe minus gignitur, & aquoſæ ſubſtantiæ plurimũ; quo neceſſum erat, iecur amplius orbari munere ſanguificationis, & accedere frigiditatem adeo impenſam, & quaſi radicatam, quod in aquam vertat fere omne alimentũ: atq; non ſolum id, ſed etiam vitioſam generare prædictam aquoſitatem, adeo vt neq; renes trahant, neque partes corporis, quamuis plurimũ indigentes ſint, admittant, ſed protinus reuniant, ita vt natura cogatur alicubi recondere. Quæ ſane ſententia (quoad vitiũ aquoſæ ſubſtantiæ, quantumuis rationi conſona, adeo fuit male accepta apud quendã ſcriptorem, quod cum non potuiſſet eam infirmare ſufficienti ratione, ſtuduit mutare verba, quo locũ haberent eius ſophiſmata. Quippe ſcripſerã l. 4. *de morb. curat. c. de hydrope*, hæc verba. *Cæterum damna accedit (vt ibidem colligatur) aquam vitioſam reddi, adhuc in ipſo iecore: quippe ſit hac affectio, quoties iecur, non ſolum auget humorem, ſed genitam corrumpit, & quaſi putrefacit.* Et paulo inferius ſcripſi. *Quibus rationibus perſuaſus arbitror, prædictam aquam in iecore, eam ſortiri labem, qua ſufficiat, vt protinus à natura ſeparetur.* Itaque hic autor, cum veriſſima eſſet ſententia prædictis verbis contenta, vt potuiſſet veritatem obſcurare, mutauit verba, & ſic ſcripſit. *Sed quidam ex recentioribus, tanquam potiſſimam cauſam huius collectionis, ponunt oportere ipſum in iecore putreſieri, quia ſi citra putredinem ibi extitiſſet, illam allicerent renes.* Denique ſumpta ratione à putredine, nititur veriſſimum hoc dogma euertere; dicens, *putredinem non fieri à frigido iecore, ac per conſequens falſam eſſe ſententiam*: non

conſi-

conſiderans, me non dixiſſe *putredinem*. Tum etiam tanquam firmum argumentum adduxit, *quia Aui. id non dixit: ergo falſa eſt ſententia*. Inſufficiens profecto ratio. *Non dixit Aui. ergo dictum dogma non eſt verum*. Tum vltra arguit: *quia contingit hydropicos ſanari copioſa vrina: ergo renes non renuunt trahere propter diſsimilitudinem*, vt mea ſtatuit ſententia. Præterea vltimo arguit; *quia ſi renes non trahunt, illud eſt in hoc affectu ob proprium illorum vitium, non quidem vitio aquoſæ ſeroſitatis*. Ex quibus rationibus potius tenebatur aſſentiri veritati meæ ſententiæ. Nam licet iecur frigiditate non poſſit putrefacere, calore tamen præter naturam, quo plerumque laborat, cum ex morbo acuto in malum habitum degenerat, poteſt, quinimo neceſſum eſt putrefacere: quod licet verum videtur, ergo non ſtatui, ſed ſolum dixi, *veluti putrefacere, vitiare, & inficere ſanguinem ea labe, quæ ſufficiat vt verum ſit noſtrum decretum*. Nam vbi frigiditas ex defectu innati calidi ſuccreſcit, imbecillitas comparatur, qua, accedente calore præter naturam, facile in maxima vitia finitima putredini commigrat generatio ſucci. Inſuper *hydropem purgari per renes* non tollit axiomatis veritatem; nam ſæpe natura cogitur, adhuc per oculos & per cor ipſum, humorem prauum purgare, boni conſulens, etiamſi tenuat pars aliqua; incipere id quod maioris mali futurum erat cauſa. Quod vero ſtatuit, *vitio renum potius non trahi aquam quam defectu ipſius*, probat noſtram ſententiam; quia duplici de cauſa alicubi colligitur aqua; vna, quia renes ſunt inualidi ad tractionem: altera, quia aqua diſſimilis eſt, & prauæ conditionis: quo neceſſum eſt, plus redundare eius in corpore. Sed ne videar longius abire, quam poſtulat hoc ſcribendi inſtitutum, hæc videntur ſufficeia his qui bono ſunt animo: præſertim cum paulo inferius aſſerat, *in tympanite opus non eſſe ad eius generationem ventriculum adiuuare ad gignendos flatus*: quia licet *alicubi dixerit Auic.* (vt ipſe refert) *alibi non dixit*, inſufficiens profecto redargutio.

Aqua duplici cauſa alicubi colligitur.

Ad rem iterum noſtri laborantis redeuntes, præter hæc omnia mala, ſigna etiam cœperunt apparere in eo iecoris maxime obſtructi; quia tumorem conſpicuum tactus percipiebat, cum aliquo ponderis ſenſu: ex quo euidentiſſimum habui, ipſum pati etiam iecoris obſtructionem, quam nos *li. Praxis proprio cap.* veram & legitimam nuncupauimus: in poris nimirum ipſius iecoris factam: nam cæterarum ipſius cauitatum obſtructiones illegitimas & partiales ſolum aſſe: ſiquidem illa propius iecur ex toto obſtruebat, *vt ea parte latius explicui*. In qua re licet non deſint ex neotericis, qui ſtatuant, non minus debere dici obſtructiones eas, quas præter hanc in aliis cauitatibus iecur pati poteſt, quam eam, quæ in poris ipſius parenchimatis. Quod profecto cenſeo dubitaſſe, quia non legeret hanc doctrinam apud alios autores, neque (*vt ipſe refert*) Auic. eas ſeparauit: quo oſtanditur male legiſſe Gal. loco ea parte à me adducto, vbi expreſſe elegantiſſimis verbis me docuit prædictam doctrinam ſcribere. Neque eſt profecto maturis momenti, interrogare, *ſi forte pori iecoris obſtruantur, abſque eo quod comprimat iecur præ magnitudine* (*quam contrahit ex materia obſtructionem faciente*) *cæteras cauitates, quiſnam morbus* erit: nam ipſe arbitratur, eſſe neceſſario obſtructionem, ac morbum in via: qua dubitatione exiſtimat ſe prædictum dogma infirmaſſe. Quod profecto non crediſſet, ſi intellexiſſet, ſi nullas lædit iecoris actiones, non eſſe morbum, ad ſummum, eſſe neutram diſpoſitionem. Verum ſi quis rem maturius conſideret, reperiet, non poſſe intellectum capere, quo modo pori obſtruantur, quin creſcat plus aut minus corpus iecoris: atq; ſi neceſſum eſt creſcere, vt re vera eſt, neceſſario etiam comprimet cauitates. Quod ſi cæteræ cauitates alia de cauſa obſtruantur, obſtructio quidem erit iecoris, quod nemo negabit, cæterum illegitima & partialis, & ſolum quoad cauitates obſtructas; illa vero, quæ in poris viget, legitima & totalis, quia obſtruit ipſum iecur, quoad omnes partes eius. Sed hæc mitto, quia veritas magnam vim habet.

Iecoris obſtructio ſi, vna Vera & legitima qua.

Illegitima qua.

Ex his omnibus ſimul in vno hoc laborante iunctis, facile erat cuiuis, vel mediocriter inſtituto, prædicere, *hominem citiſsime moriturum*. Quippe licet malus corporis habitus curari potuiſſet, hepaticus fluxus longe difficilius: nam etiamſi vterque affectus ab vno iecoris malo prodeat, ambo ſimul plurimum vires infirmant, ſpiritus reſoluunt, corporis habitum refrigerant, & cordis calorem adeo imminuunt, vt nec maxima adhuc diligentia adhibita, dubia poſſit haberi ſalutis ſpes, nedum certa. Quibus accedit aſcitis initium ex morbo acuto exortum, quam atram dixit Hippoc. 2. *prog* lethalem eſſe, quæ maiorem præſtat cæteris malis vim & efficaciam ad mortis præſagium, licet non videatur aliquibus adeo periculoſus affectus, ſicut tympania. De qua hydropis ſpecie, cum lib. Praxis verba facerem, non deſunt, qui nolint admittere decretum meum in hac re. Nam cum ſcripſiſſem ſolutionem dubii cuiuſdam, eo quod multi arbitrarentur, *tympaniam eſſe incurabilem, & ob id cunctis periculoſiorem*, quia cenſebant, *reſoluentia, vtpote calida, non debere adhiberi ob calorem*; à quo prædicti opinantes crediderunt fieri tympaniam. Quam ſententiam ſic ego ſcripſi (vt probarem, calorem reſoluentium eſſe neceſſarium) *quia aliud eſt fieri ab excedenti calore* (*vt illi autores crediderunt*) *aliud vero, quod omnino iecur non priuetur calore, ſed à puſillo & diminuto eleuari flatus, quo tempore calidis haud difficulter curari poteſt*. Hæc ſunt verba, quæ ſcripſi. At prædicti cenſores ſubticent verbum illud, *Calore*, quod in mea ſententia extat, quo facilius potuiſſent veritatem redarguere, & longe minus intelligi res clariſſima. Quippe negare reſoluentia, vbi excedens erat calor, non erat abs re; cæterum in tympania, neque excedens eſt calor, neque omnino calore caret, ſed puſillus eſt, ob id potius multis viribus huic malo proficuus exiſtit reſoluentium vſus.

Tympania verum cæteris hydropibus periculoſior.

Maiorem profecto præſagii difficultatem, & maius periculū laboranti noſtro acceſſit ex iecoris obſtructione; non quidem ex eius natura, ſed quia curari nequit niſi his quæ fluxum adaugeant, vias reſerent & aperiant: quæ profecto aliquo modo frigido affectui huius viſceris prodeſſe poterant, niſi ex acuto morbo principium traxiſſent, in quo non licet libere calfacere aut reſerare,

ſicut

ſicut dum ex frigida cauſa, aut ex alia quę calorem innatum imminuat, circa inductionem caloris ſuboritur. Quibus mihi perſuaſi & prædixi hominem moriturum ex vi tantorum malorum.

Præſidiorum vſus.

Quamuis hic illuſtriſſimus vir variis torquebatur accidentibus, cum omnia ex vno iecoris vitio ſortirentur principium, cogitaui vnica curandi ratione vtendum fore, niſi ex his quædam in principio mali præualuiſſent, alia paulo poſt: quædā rurſus iam prope mortem. Quo factum fuit, vt ratione varietatis accidentium, aliquo modo neceſſum fuerit, mitigatoriam partem euariare. Cæterum his non obſtantibus, ratiu principalis curationis vna futura exiſtit, quia omni tempore, & in quouis accidente ex memoratis, ſi mentem adhibeamus, iecoris intemperamento, & imbecillitati, vna medendi ratio proficua erit, cum aliquo tamen reſpectu ad accidens quod magis prævaleret: quia non raro huiuſmodi laborantes periclitantur citius ex poteſtate accidentium, quam ex vi morbi.

Quapropter primo in hoc laborante conſideraui adeſſe id, quod in omni mitigatione ſeu curatione omnium accidentium eſt commune: nimirum *in iecore contractam imbecillitatem, & frigidam intemperiem, ſine cuius curatione accidentia parum aut nihil vtile ex præſidiis ſuſcipere poſſunt.* Verum quia iecur in eum miſeriæ ſtatum variis de cauſis procidiſſe conſtabat, diligenter inueſtigare curaui, *quæ earum dederit huic malo principium:* & prætermiſſa cauſſa, quæ iecoris innatum calorem extinguit, vt frigidum omne, ad eā tandem me contuli, quę ipſius ſubſtantiā diſſipare nata fuit, vt immodicæ & diuturnæ euacuationes, vel caloris ardentiſſimi poteſtas, quales fuerunt, quæ noſtrum laborantem perdiderunt. Quippe ex ardentiſſima febre, cui opus erat copioſas efficere euacuationes, ita calidum innatum reſolutum euaſit, & humidum diſſipatum, quod vtroq; modo, in maximam deuenerit diminutionem. Præterquam quod acceſſerunt frigidę potiones, & frigida etiam apozemata, quæ vlterius calorem imbecillitarunt. Quapropter inſtitui neque plurimum calefacere, neque quidquam euacuare, ſed omni arte humidum ſubſtantificum reficere, non calefacere: quia licet iecur frigidum permanſerit, quoad radicalem calorem: cum hoc tamen corpus ipſius calore exæſtuabat præternaturali ex vi cauſæ relicto: non quidem euacuare, quia in his, qui ex acuto morbo in hæc mala decidunt, ſemper credendum eſt, præceſſe euacuationes pluſquam ſufficientes. Et ob id vniuerſam curandi rationem in duo membra diſſecui: vnum docuit *vrgentiam fluxionis compeſcere, & accidentia mitigare*, & reliquum *aduerſus iecoris intemperiem pugnare.* Et ob id ab hoc vltimo initium ſumere placuit & rem trib. circumſcribere. Primum docet *ſubſtantiam innati calidi augere:* ſecundum, *iecur, iuxta mixtam illam intemperiem omni arte attemperare:* tertium quidem, *robur viſceri addere, quo interim dum efficiunt, eius opera adiuuemus quantum poſſibile fuerit.* Verum quia ſæpe interturbant prædictam coordinationem in hac curatione humores; tum venatum tum ventris, neceſſum duxi alternatim & per vices vtriſque prouidere, & mixtam inſtituere curationem, vt mox leges.

Dyſenteriam curandi ratio in duo membra diſſecta.

1. membrum. Victus forma copioſum & facile alimentum præſtans.

Sic circa primum, eam vitæ & victus formam reſtitui, quæ copioſum & facilimum alimentum præſtaret, cuius naturæ eſt, *ius omne ex carnibus caponis, perdicum*, maxime *turturis & anatis:* quod ſi modicum ſucci harum carnium expreſſeris, plurimum iuuabis. Præſtant & *carnes teſtudinum*, & iura atq; expreſſiones earum: item cibaria omnia, quæ ex eis, & carnibus *perdicum, turturum & columbarum pullorum* minutim inciſis, parari ſolent, cum aliquo ex ſuccis *agreſtæ, aquæ plantaginis & roſarum & napha*, præſertim ſi eis addideris *vini odoriferi guttulas aliquot.* Præſtat etiam ex his iuribus *panatella*, & *far*, ac etiā *amodicum* ea prædictis iuribus paratum. Item ius album ex carnibus *teſtudinum ranarum & pullorum* lacte ſaginatorum. Inter omnia tamen, quæ hunc ſcopum implent, illud pretioſius mihi viſum fuit, nimirum *ſtillaticiam aquam* conficere, cuius modicum omnibus cibatiis (aut per ſe ſolum) admiſcerem: quæ ſane ſic conficitur. Recipe *anatem & caponem ac perdicem*, & mundatis interaneis, omnium ventres impleantur carne *teſtudinum ciborio, acrimonia, ana m. ij. ſacchari roſarum rubearum ℥ iiij. ſeminis ſanguinariæ, plantaginis, coriandri præparati ana ʒ iij. mirobalanorum citrinorum ʒ i. foliorum ſanguinariæ. m. ſ. trochiſcorum de charabe & de ſpodio ana ʒ ij pulueris electarii de gemmis & diamargariton frigidi ana ℥ ii. trium ſantalorum ʒ ii. ſ. vino rubro ſtyptico* ſtroicentur omnia, & ſimul ſic in ventres auium immiſſa, coquantur in lib. 5 *aquæ vaſe* cooperto, & bulliant minus, quam ad mediam cocturam, & tunc omnia recipiantur in alembico vitreo, & cum vnciis tribus vini optimi inſtilleotur in duplici vaſe, & vſui ſeruentur. Nam ſi in noſtro laborante aliqua fuerat ſalutis ſpes, non parum profuturam ſperarem. Credidi etiam poſſe conferre conditum, q. r. *conſerua roſarum antiqua, diacitonii ſine ſpeciebus, ana ℥ ſ. nucis muſcatæ, maſtyches, ana ℈ i. trochiſcorum de charabe & de ſpodio cum ſemine acetoſæ ana ℈ ſ. cornu cerui vſti & puluerizati pulueris roſarum ru. corticum granatorum, balauſtiorum ana ℈ i. coralli rubei g. iiii. ſerici combuſti. iii. cum ſyrupo myrtbilorum*, fiat vel electarium vel conditum cum ℥ ij. pulueris *iecoris* lupi, cuius mane ante cibum, & cum aqua ferrata capiat laborans ℥ ij.

Conſului etiam quietem, animi tranquillitatem, & ſomnum à prandio, vt erat de more, & à cœna ſine intermiſſione.

Quod ſecundo loco nō leui diligentia fieri curaui, fuit, miſtam hanc intemperantiam miſtis aut temperatis auxiliis compeſcere: in qua ancipiti re conſideraui, ad nullum extremorum eſſe deuiandū. Nam neque calfacere decebat frigiditatem ex defectu innati calidi, neque refrigerare calorem additum ac relictum ex cauſa diſſipante innatum, ſed neceſſario vtendum eſſe temperatis, quæ vtrique exceſſui fuiſſent proficua, tum adauctum calorem remittendo, tum fouendo, adaugendoque innatum. Quam etiam legem, tum in alimentis, tum in medicamentis, intus & extra adhibitis adſeruaui: nam fouenda eſt extrinſecus iecoris regio, ex *oleo roſaceo & omphancino*, in quibus *abſynthii*, vel *ſerpylli coma* incoxeris, vel ex *oleo cytoniorum cum ſantbalis, roſis ſiccis, diarrhodone & abſynthio* incoctis. Item prodeſt linimentum ex *ſanthalino cerato, oleo citoniorum* diſſoluto cum modico puluere *aromatici & ſcœnanet*, cum guttu-

gutculis *aceti*, aut *vini*, ſi præualuerit frigiditas. Ex vſu etiam erit, partem fouere *aqua ferrata decocta roſis, ſcmanto, abſynthio, mentha, & modico vini aut aceti.*

Eundem indicationem inſtitui adimplere, præſtans *abſynthii decoctum* cum tabellis *electarii ſan-thalini* ſummo mane ſumptum. Item præſtiti *aquam lactis*, cum modico *melle & abſynthio* & *ſthæcante* ſed mirabiliter iuuabit ſtillatitiæ aquæ nuper dictæ ℥. ij. cum tabellis *diamargaritonu*, & *electarii de gemmis*, cum modico *abſynthio*. Præſtant etiam *ſerapia ſenetionis* & *cichorii*, cum pulueribus *aromatici roſati* conſe-cta: Item *ſerapium acrimonia*, cum puluere *cinnamomi & roſarum* in ligatura, interim dum cuquuntur.

Verum cum cognouiſſem, nihil horum ſufficienter profuiſſe, ad ea quæ iecur roborant, me con- *Iecur roborā-tia & attem-perantia.* tuli, porrigens intus & extra, quæ ſimul roborent iecur, & attemperent; & ea ratione præſtiti decoctū *radicu cichorii*, in quo maduerint in fine decoctionis *coma abſynthii Pontici*, cum tabella vna *electarii ſan-thalini* & modico *cinnamomo*. Vſus etiam ſui electario q. r. *pulueru triaſanthalorum & diamargaritonu fri-gidi, ana* ℈ ij. *raſura eboris* ʒ. ſ. *cinnamomi, & cornu cerui* ana ℈ ſ. *ſacchari roſacei vetuſti liquati in aqua plantagi-nis* q. s. vt fiat electarium, cuius ſummo mane præſtiti ℥ ſ. Similiter compoſui electarium q. r. *radicis chamæpiteos* ℥ ſ. *radicu cichorii* ℥ ſ. contundantur & ex melle cocto excepris, præſtiti magnitudinem fabę, cum modico puluere *iecoris lupi præparati*. Conſului quoq; vinum *rhabarbari* maſticari, bis in hebdomada: Item ſerapium ex *ſucco radicu, & foliorum acrimonia cichorij & ſenetionu*, ana ℥ iij cum ſaccharo fiat ſerapi-um; cui addidi, interim dum coquebatur, infuſionem quatuor drachmarum *rhabarbari* extractam in vnciis duodecim *aqua deaurata* & expreſſam: quo iecur repurgaui à vitioſis recrementis, exhibitis huius ſerap. ℥ ij. aut tribus. Sed fuit mirabilis efficacię parū ante cibum porrigere cochleare vnum hu- *Puluis mi-rabilis eff-i-cia.* ius pulueris, qui recipit, *inteſtinorum gallina cum interna ventriculi tunica à carne ſeparata, ex vino albo abluto rum* ℥ ij. vrantur in furnello, & in vino rubeo & aqua abſynthij extinguantur, & puluerizentur, & adde *cinnamomi & galanga ana* ʒ i. *gariophyllorum* ℈ ij. *hepatis lupi præparati & pulueriz ati* ℥ ij. *ſacchari roſati tabella-ti* ℥ ſ. miſceantur, & vel fiant tabellæ, vel ſic vſui ſeruentur. Præſtiti etiam *paſſulas Corinthias aqua abſyn-thii madefactas*, & ex carne earum per ſetam extracta electarium cum pulueribus *iecoris lupi & triaſantha-lorum* confectum. Item tabellis poteris vti, quæ recipiunt *florum roſarum rub. ſeminu plantaginis* exiccati & puluerizati ana ℈ ij. *trochiſcorum de charabe*, *cum ſemine acetoſa*. *Specierum diarhodonis & aromatici roſati ana* ℈. ſ. diſſolutis in decoctione abſynthij, adiectu *ſacchare* fiant tabellæ.

Sed cum iam experimento fidiſſimo compertum habuiſſem, neque hæc omnia adhuc ſufficere *Emplaſtrū.* puſſe, quia malum indies magis ingraueſcebat, & deficiebant vires, ad externa me contuli præſidia, adhibens ventri id quod recipit, *marchaſitarū* ℥ iiij. igne fiant, & bis aut ter in aceto acerrimo extinguā-tur: mox inſtilletur *acetū* per alembicū, & in diſtillatione diſſolue *galbani, ammoniaci, opopanacis, ana* ℥ i. reduc ad emplaſtri formam, & adde emplaſtri *meliloti malaxati cum oleo iridis & chamameli, cū puluere ra-dicis iridis & margaritarum rubearum, ana* q. ſ. ad emplaſtri formam. Prodeſt & emplaſtrum illud celebre, q. r. *ſtercoris columbini aceto macerati* lb. i *ſulphuris ignem non experti* ℥ i. *nitri* ℥ i. *pulueris radicum enduiæ, bacca-rum lauri, chamameli, anethi, ana* ʒ vi. *ſeminis naſturcii* ʒ ſ. decoquantur omnia in vino ad iuſtam ſpiſſitudi-nem; tunc prædictis addantur *mellis* ℥ ij. *therebentina* ℥ i. *ſucci ebuli* ℥ ij. *ſucci iridis* ℥. i. *ſucci ſoldanela* ℥. i. *fa-rina fabarum* ℥. ij. miſceantur omnia, & fiat emplaſtrum. Etiam extollunt nonnulli autores ad idem *Linimentū.* opus, linimentum quod recipit *therebentina* lb. i. *thuris, maſtichis, myrrha, ana* ʒ ij. *ladani* ʒ i. *nucis muſcata, gariophyllorum, galanga, cedoaria ana* ʒ i. ſ. *ſucci ebuli & ſucci cucumeris aſinini ana* ℥ i. terantur quæ terenda ſunt, & omnia ſimul inſtillentur per alembicum, & oleo ibidem extracto venter illiniatur. Nec mino- *Olea* ris momenti eſt *oleum ex ſcylla*, *vel oleum ſalſum*. Quod ſi hæc non profuerint, & venter amplius tu-muerit, ac fluxus ceſſauerit, vel fuerit ſolum hydrops aquoſa, licet flatus aliquid adiungatur, tunc qui-dem cucurbitis ſiccis frequenter vteris, & mox veſicatoriis, & vltimo inuſtionibus iuxta vmbilicum. Inſuper ſi teſtes intumuerint, non erit abs re ſetonem ea parte affigere; nam citra fontanellis aperiri, nunquam eſſe tutum comperimus, ſicut neq; paracenteſin, quia facile ſpiritus diſſipantur, & laborans inſuper ſuffocatur iecore, vt graui & obſtructo, & partes ſpirituales, quæ aqua ſuſtentabantur, deor-ſum ſubito vergentes ſeptum ſecum trahunt deorſum, *vt placuit Gal. 6 apho. 27.* Nec diſplicet in ſic affe-ctis modicus vſus illius aquæ ex guttulis *olei de vitriolo*, purgat enim & roborat mirum in modum vi-ſcera.

Exterius inſuper adhibui eundem vſum præſtantia, quale eſt, q. r. *pulueris roſarum rub. & ſanthalo-* *Linimētum.* *rum rubeorum, cyperi, iunci odorati ana* ℥ ſ. *pulueris diarhodonis* ʒ i. *cum ſucco agreſta* fiat ad modum linimenti. Item adhibui confectionem ex dactylis hac lege paratam. Excipe *carnis dactylorum nondum ad integram* *Confectio ex dactylis.* *maturitatem peruenientium* ʒ. iiij. *pulueris roſarum*, *ſanthalorum rubeorum*, *& citrinorum, acatia, iunci odorati, ana* ℥ iij *farina hordei* ʒ iij. *ſpodii* ʒ i. ſ. confice cum aqua roſacea & plantaginis. Obſeruaui in hac affe- *Cataplaſma.* ctione, neque refrigerare ſine calidorum miſcella, aut calfacere ſine frigidis, & ob id elegi inter medi-camenta, illud q. r. *radicis chamæpiteos* ℥ i. *radicis cichorij* ℥ i. contundantur poſt coctionem in vino rubeo, & piſtentur cum pulueribus ſupradictis, & ſucco *ſcariola* & *cichoria*, ac modica farina hordei, & fiat ca-taplaſma.

In quo etiam caſu vſus ſum ſupra iecur apponere vnguentum quod recipit *ſuccum iuubi*, *ſcariola*, *Vnguentum.* *iridis & ſimilium*, vel in forma cataplaſmatis, maxime calore vitioſo quouis modo præualente: qui-bus addere oportet *ſuccum ſolani cum aqua roſarum*. *ſanthalis & corallo rubeo cum modico aceto roſaceo*. Inun-*Olea.* gimus etiam partem *oleo roſarum, de abſynthio myrtino, & de papauere, aut nymphea*, ana ℥ ſ. *ſanthalorum o-mnium & coralli rubei ana* ʒ i. *ſucci cichorij, & lactuca*, ana ʒ i. *aceti parum, cera* q. ſ. vt fiat vnguentum. Verum ſi plurimum valuerit iecoris frigiditas, vngatur iecur eo q. r. *ſucci marrubij*, *abſynthii, fumaria*, *acrimonia* *Vnguentum.* *ana* ʒ i. *aſari, ſpica nardi, & celtica, maſtychis*, *cinnamomi, iunci odorati*, *ligni aloes maceris ana* ℈ ſ. *olei roſarum*,

nardini, chamamelini, abſynthii, ana ℥ *ſ. aceti parum, & cera* q. ſ. vt fiat vnguentum, addito modico *puluere caparrorum*. Poſtea vero cataplaſma adhibere poteris, & puluerem *ruta, melantij, cimini, ariſtolochia longa, cum vino, melle, & oleo caparrorum*. Inſuper iecur fouebis eo quod recipit *endibia, cichorii ana m. i. caſuta & vtriuſq; abſynthii ana m. ſ. ſanthalorum rub. p. i. ſanthalorum rub.* ℨ *i. ſ. ſpodii* ℈ *ij.* coquantur in aqua fluuiali decantata, & pro lt. ſ. adde *aceti roſati* ℥ *ij.* & iterũ bulliant leuiter & colentur, quo pars foueatur: cui poteris addere *cupularum glandium, balauſtiorum, ana* ℥ *ii. mirobalanorũ* ℨ *ij.* quę madefiant vino rubeo ſtyptico. Quod ſi frigiditas præualuerit, multi ex ſapientioribus conſuluerunt vti hoc præſidio q. r. *ſeminis aniſi, fœniculi, apii, plantaginis ana g iiij. coſti, glyzirizæ ana* ℈ *i. caſia lignea, cinnamomi ana* ℈ *ſ. vuarum paſſarum.* ℨ. *iij. ſpica, calami aromatici & ſcananti ana g. ij. cornu cerui vſti, amygdalarum amararum ana* ℨ. *i. ſeminis melonum* ℨ *iiij. ſacchari diſſoluti in aqua roſarum* q. s. vt formentur paſtilli, quorum ℨ ſ. ſumat mane cũ modico vino paſſulato. In hac etenim curatione ſtudendum eſt ſemper iecur omni arte roborare. Cui vſui non ſolum in hoc laborante, ſed in reliquis hydrope detentis vſus ſum *diacimino, dianiſo*, cum guttulis *aqua vita*, & aliquando *pipere conditis*. Nec minoris momenti eſt *aromaticum gariophyllatum*, vel *puluis angelica ex vino: grana etiam iuniperi cum aqua vita lota, trochiſci ex rhabarbaro, & de abſynthio cum iecore lupi praparato*: ſed inter cætera præſtat puluis *radicis angelica ex vino ſumptus*. Prodeſt exterius emplaſtrum adhiberi ex eadem radice & melle, & etiam ex lana capræ incisa com *melle ſcyllitico*, & puluere *ſtercoris bouis*, addito *oleo roſaceo* & *pulueribus emplaſtri de baccis lauri*: ſic & de aliis tritis cum vino & furfure.

Foius [margin note beside the line "cum vino, melle, & oleo caparrorum"]

Paſtilli iecur roborantes. [margin note]

Verum, quia ſæpe in medio huius curationis, accidentium grauitas me coegit eis ſubuenire, ob poſthabita prædicta curatione; nam immoderantia fluxus, vires plurimum proſternebat, ac hominem deferebat in animi deliquium: ob id alimentis quę cito vires reficerent, vtebar, ſomnum conciliabam, & fluxui immodico prouidebam, adhibens bolum, qui recipit *ſacchari roſati vetuſtioris* ℥ *ii. trochiſcorum de charabe & ſpodio ana* ℈ *j.* & miſta bis die porrigebam: & aliquando eoſdem trochiſcos præſtiti dilutos in *vncia vna & ſemiſſe aqua plantaginis, & vncia vna ſyrupi de roſis ſiccis*. Quæ medicamenta parare etiam poteris cum trochiſcis *de bolo, de terra ſigillata, & de corallo*. Item vſus ſui ℈ *i. philonii cum ſacchara roſaceo*: quem quoque vſum præſtat, dum vires aliquo modo refici incipiunt, *rhabarbari modice expreſſi* ℨ. *ſ. cum drachmis duabus ſacchari roſacei*: aut idem facies, ſi præſtiteris ipſum rhabarbarum *aqua plantaginis & roſarum* irrogatum: licet hæc duo medicamenta non præſtent ſomnum, ſicut philonium. Cuius etiam indicationis gratia præſtiti (quod commendauit etiam Gal. tanquam ſingulare præſidium) *antidotum Ephoides*.

Fluxum hepaticum quæ ſiſtant. [margin note]

At cum cognouiſſem nihil horum ſufficienter beneficium aliquod præſtare, & ventrem compeiſſam intus magis in tumorem eleuari, curationem mutare decreui ad euacuationem aquæ contentæ intra ventrem, & ad reſolutionem moliendam. Quibus auxiliorum generibus mixtim vſus ſum, interim dum roborantia adhibebam, & frequentius adhibuiſſem in ſola hydrope, vbi hepaticus fluxus non aſſociatur: & prima curatione non prorſus derelicta, adhibui quod modice aquas educere valuiſſet, quia valida auxilia nequibat iam laborans perferre (quamuis fluxus ceſſaſſe videretur) quale eſt q. r. *ſucci depuratiſſimi radicis ireos* ℨ *ſ. hydromellitis, & ſeri lactis ana* ℥ *ii. vel facta pila cum puluere diamargaritonis & radicis ireos & carne paſſularum*. Sed conſiderans, purgantia non poſſe perferre, inſtitui eandem *lily radicem* hac lege præparare. Excipe *radicis ireos excorticata, li. i. ſ.* fiat conſerua eo modo, quo efficitur caro *citoniorum*, addito *aniſo, ligno aloe, fœniculo & electario de gemmis*, cuiuſque drachma vna, & eius porrigebam ℨ ſ. aut j. Item aquam educere tentaui ſtillorica aqua ex *purpureis floribus ireos, doſi duarum drachmarum, cum* ℈ *i. electarii triaſanthalorum, & g. vi. cinnamomi*. Ac dum ſolum hydropem curare intendimus (ne huic curationi aliquid deeſſe videatur) corpus & venoſum genus purgabis pilulis *de euphorbio, de ſagapeno*, aut vino ex infuſione *antimonii* vel *mechacano*. Probantur etiam pilæ ex ſucco *radicis ireos cum pulueribus ſpecierum Eleſcoph, cum melle roſaceo*. Quibus factis, conandum eſt aquam in parte ventris contentam euacuare: quod facies per vmbilicaria confecta ex *lateride grano Gnidio, elaterio. ſcammoneo, cũ vnguento artanite*, mirum enim in modum prodeſſe ſolent. Proſunt & vnguenta *artanite, Aragonis*, & emplaſtra memorata. Item ſuffitus ex decocto *artemiſia, florum genyſta, calamenta dictami hyſſopi radicum cucumeris agreſtis, ebuli cyclaminis, ſulphuris nitri & aluminis*, in quo lapis molaris, vel pyrenis ignitus pluries extinguatur, quibus fumus excipiatur in ventre, pannis laborante bene cooperto, & mox apponere oportet cataplaſma ex ſtercore *columbarum* vel *capra* ſiccato, cum *ſulphure & nitro*, cum *vrina* confectum. Placet & ceratum, *diapyrites cum nitro & ſucco nicotiana* denuo efformatum. Cæterum quia vires nullum aliud tolerarunt medicamentum, præter *rhabarbari*, quo mille modis præparatu vſus fui, neque etiam propter fluxum clyſmata ex vſu erant, ad ea, quæ per vrinas aquam educunt me contuli; præſtans decoctum *fœniculi, ſpica, ariſtolochia longa, petroſelini, calami aromatici, abſynthij cum cichorio, addito ſyrupo de quinq; radicibus, & tutiis, tertio quoq; die*. Item *ſerum lactis aſina ex infuſione horum omnium*. Quo in caſu ferunt ſummopere præſtare vermes terreſtres in puluerem redactos cum vino epotos pondere ℨ j.

Aquam in hydrope quæ moderate ducant. [margin note]

Ireos præparatio. [margin note]

Purgatio. [margin note]

Aqua in ventre contenta quibus euacuetur. [margin note]

Aquam per vrinas quæ ducant. [margin note]

Quibus omnibus adhuc factis, non ſolum nihil profuit, verum mox cœpit aluus liquida deiicere, & reſpiratio frequentari, donec paulatim vitam cum morte commutauit. Cum hoc tamen decreui hæc omnia auxilia ſcribere, quod multis ſperem eſſe profutura,

De

De calculo veſicæ ex renibus deciſo, & in veſica adaucto.

CONSVLTATIO VI.

MVLIER quædam, quæ habitabat iuxta portam beati Ioannis, vidua erat & orbata menſtrua purgatione ob ætatem: quæ cum voraciſſima eſſet, & vitam ageret ſedentariam, cœpit nephriticis doloribus frequenter vexari: & adhibitis præſidiis, ac ceſſante dolore, mox vnum, duos, aut ſæpe plures lapillos excernebat, & dum dolore non premebatur, arenulas diuerſorum colorum cum vrina excernebat; quibus arenulis ceſſantibus, vrina apparebat, nunc tenuis, & protinus turbata, ac paulo poſt, eodem dolore infeſtabatur, ac pari modo calculos excernebat. Et cũ per annum integrum dolore non affligeretur, ſe exiſtimabat ſanam eſſe, & iam liberam à grauiſſimo illo morbo. Cęterũ paulo poſt cœpit cruciatibus maximis affligi quindecim dierum ſpatio, neq; vllum ab auxiliis leuamen ſuſcipiebat: tandem ſubito euanuit dolor, & euaſit à prædicta moleſtia: verum cũ hoc nihil, vt ſolebat, excreuit cum vrina, q̃ notatu eſſet dignum, iuxta magnitudinem, & durationem doloris præcedentis, quo pollicebatur ſe magnum lapidem excreturam. Tandem procedente tempore, difficulter vrinam excernebat, frequenter tamen & cum teneſmo ac moleſtia, & in paruiſſima quantitate, licet aliquando liberalius & immoleſtius vrinam redderet ſanis viris ſimillimam. Quibus diligenter conſideratis, Medici tunc optimo cœperunt conicere, illum calculum, quem è renibus, in vehementiſſimis doloribus non excreuit natura, vt aſſueuerat, in veſica permanſiſſe, & adeo in ipſa creuiſſe, quod per foramen colli ipſius minime potuiſſet permeare; vnde factus fuit ex renum calculo veſicæ lapis.

Cum itaque hæc fœmina ad manus meas perueniſſet, primo curaui *affectionis naturam noſſe*, ſiquidem citra eius cognitionem, omnis conſideratio dubia eſt, & omnis actio irrita, aut pernicioſa. Deinceps *cauſas inueſtigaui, ac modos generationis vtriuſq; lapidis*, vt præcautoria ſimul in hac curatione procederem: cum certum ſit, ſine prouidentia in medela harum affectionum, ſolum eſſet præſenti malo prouidere, cauſis, vel recidiuæ, vel maioris augmenti, integris intus relictis, quo veluti nihil Medicum feciſſe, erit arbitrandum. Vltimo tamen *ad calculorum renum & veſicæ curationem*, vt grauiſſimum hoc malum expoſtulat, perueni.

Circa primum, diſputare, occaſione huius laborantis, ſtudui, *an citra affectus cognitionem Medicus poſſit auxiliares manus adhibere in nephriticis doloribus, qui colicos æmulantur*: cum noſtro hoc tempore non ſit, qui id poſſe fieri ſcribat, ratione dubitandi ſumpta ex eo, quod diſtinctio nephritidis à colico dolore, ita eſt difficilis & abdita, quod in maximas anguſtias, vel grauiſſimos Medicos deduxerit, adeo, vt cum citra exactam cognitionem auxilia præſtitiſſent, tutius exiſtimant fore, auxilium aliquod laboranti afflicto præſtare, quam permittere miſere pati. In qua re, vt ſine argumentis veritatem ſtatuam, nulli dubium eſſe poteſt, quod re ignota, nõ datur vltra progredi, niſi hallucinando, ac forſan perpetrando maiora mala, quam ſi nihil egiſſes. Ratio profecto eſt, quia in morbis, quatuor ad rectam curationem ſunt inueſtiganda: *morbi nimirum eſſentia, cauſa, accidentia, & particula quæ patitur*: quorum conſtat nihil debere ignorari, ſi velimus rem feliciter conſequi. Quam profecto controuerſiam, non autorum decretis, quæ varia admodum extant, ſed ex ipſa rei natura inueſtigare inſtitui. Primo quidem non licet morbi eſſentiam ignorare, quia cum ipſa conſtet, vel ex intemperie, vel ex partiũ ſtructura, vel ex vnitate diuiſa, aut ex omnibus ſimul, quodcumq; horum ignoraueris, certiſſimum eſt, nullam tibi ſubeſſe indicationem agendorum, & ſine indicatione nemo ſanæ mentis quidquam agere aggredietur: quod ſi aliquid ſine ipſa tentaueris, interrogo, *Quid eſt quod agis*? Quidquid autem dixeris, iterum interrogabo: *Quorſum id facis & cuius ratione*? tandem, *quid eſt, quod in morbo incognito, id quod poſtulat præſtitum à te auxilium*? Proculdubio nihil reſpondere poteris eſſentia mali ignorata: quod ſi aliquid dixeris; tunc profecto, aut erras, aut morbi naturam noſcis. Quod ſi dixeris *ad cognitionem affectus neceſſarium eſſe in dubio tentare, & adhibere aliquod auxilium, & eo tempore conſiderare ad cognoſcendam mali naturam, an tale præſidium iuuet, vel lædat*, nam ſcripſerunt veteres, *à iuuantibus & nocentibus ſumendam eſſe indicationem certam ad curationem*. In quo ſane præcepto, ne decipiat, conſiderare oportet prius, hoc fuiſſe dictum ad fidem adhibendam, & confirmandam certitudinem de auxilio exhibito, non ad capeſſendã notitiam, aut ſcientiam exhibendi auxilia: nam experimentum ſua natura fallaciſſimum eſt, cum ſint plures morbi, qui, ſiue ſecundum rationem, ſiue ſecus tractes, nullum beneficium ſuſcipiant: & rurſus alii, qui etiam perperam adhibitis præſidiis, ex poteſtate naturæ, in priſtinum ſtatum reſtituuntur laborantes. Ex quo conſtat, eſſe impoſſibile, nullo ex his modis poſſe morbi eſſentiam noſſe: præſertim cum dictum ſit, & communi conſenſu confirmatum, in curationibus tuto eſſe agendum: ſed quid periculoſius, quam incognito affectu, quidquam aggredi, cum certo aut probabili laborantium periculo? Prætereaq́; quod ſi aliquo indicio moueri teneamur ad probandum aliquod auxilium, illud profecto neceſſario pendet ex cognitione, non quidem ex dubio aut ignorantia, quæ nullam habet excuſationem. Nec valet in hac hæſitatione quorundam conſilium, quo ſtatuunt, *cognitionem integram, ex tempore morbi eſſe acquirendam, licet certum ſit, Medicos certiores fieri augeſcente, quam incipiente malo*. Quod profecto intelligendum eſt de certitudine integra, non de quacumque, quę à principio neceſſaria eſt, & haberi debet, & poteſt. ſiquidem coniectura, qua vtimur in rebus Medicis, media eſt inter omnimodam ignorantiã, & omnifariam ſcientiam: non n. dependet ex ſola ignoratione, ſed ex aliqua cognitione, quæ dirigat artificis mentem: nam cognitione rei prorſus carere, grauiſſima ignorantia eſt, & quæ grauiſſima mala accerſit, & viam omnino intercludit ad inuentionẽ præſidiorum. Præterea, ſi eſſentiam mali ignoras,

Nephritici dolores an citra affectum cognitionem curari poſſint.

Ad morbi rectam curationem, quatuor neceſſaria.

1. Eſſentia.

ſcito, neq; morem, neq; motum, aut magnitudinem morbi poſſe vſquam percipere: nam quis magnitudine ignorata metietur auxilii quantitatem? quis qualitatem? quis inſuper occaſionem, aut modum poterit conſequi? quibus equidem ignoratis, nil aliud, quam errare poteris. Quod ſi dixeris, *ex accidentium magnitudine poſſe Medicum mali magnitudinem noſſe*: recte quidem conſideras, ſed tunc iam noſcis accidentia, quæ alicuius morbi non incogniti ſunt, ſiquidem præſupponis morbi cognitionem, alioqui neque accidentia cognoſces, nam alterum alterius eſt ſignum, & alterum eſt alterius cauſa. Certe hæc doctrina oſcitantes, & minus ſtudioſos ac negligentes coarguet Medicos: quippe tanto profecto auxilia certa, tuta & proficua ſunt, quanto Medicus cognouerit de eſſentia, cauſis & accidentib. morborum, & è contra omnia ignorabit. Nec nos mouere debent Gal. & alii autores qui aliquid errando fecerunt, vt cognoſcerent affectum, aut cauſas: ſiquidem ipſi mei fuerunt ignorantiam, & errorem. Quod ſi ſimilitudine affectionum aliquando ducimur ad aliquid agendum, non ob id arbitrandum erit, tutam eſſe à ſimilitudine indicationem. Nam vt inquit Hipp. *ſimilitudines fallunt Medicos*: prætterquam, quod iam ex ſimilitudine aliquid cognoſcimus, quo aliquid agere citra omnimodam ignorantiam poſſimus.

II. Cauſa. De cauſarum cognitione idem iudicium ferre oportet: namque Hipp. neq; ex veteribus aliquis vſquam auſus fuit curationem aggredi, ignoratis morbi cauſis. Nonne ſatius eſt, vt conſulunt omnes ſapientiores, diligenter inquirere, quæ res ſit, quales cauſas habeat (ſcimus enim ſæpe, occultiſſimas eſſe, cæterum cognitu poſſibiles) quam ignoranter aliquid agere? nam ſi quis interrogauerit: *Quid agis homo?* nil aliud reſpondere poteris, quam; *Neſcio*. Præſertim cum genus auxilii ex affectus natura monſtretur. Item cauſa ſuam in indicando habet vim, ſicut pars affecta, quæ docet auxiliorum materiam & modum. Quod ſi ignorata cauſa Gal. aliquid fecit, non ſubinde nobis reliquit anſam aut exemplum

III. Pars affecta. idem efficiendi. Nam ante omnia Hipp. de arte; ſcripſit: *Quæcumq́; oculorum aſpectum effugiunt, ea mentis oculis obtinentur, & ſuperantur:* Non quidem inſcienter & inconſiderate auxilia adhibenda ſunt. Neque inficias eo, aliquid eſſe, quod generali modo fieri poſſit, vbi non conſtat integra notitia; vt mitigatio

IV. Accidentia. accidentiũ, & ſanguinis miſſio, vbi plenitudo viget, aut ſuppreſſa eſt aliqua euacuatio, licet ignorem morbum inde ortum: ſed ne hic quidem facimus ignoranter, ſed præmiſſa aliqua luce, quæ doceat, illud tuto poſſe fieri: alioqui quis vſquam audebit, neq; conſiderare aut docere, quæ adeo graue malum ſunt allatura, quamuis ſint alicuius autoris decreta, vt ſubtilia regimẽ: quia etiam eidem autores millies id negant: nam ſcriptorum mentes in tutiorem partem ſunt interpretandæ, non in temerariam.

Secundo loco diſputare inſtitui, ſumpta ratione à præhabita doctrina, *quis nam morbus ſit is, quem curandum ſuſcipio*. nam licet conſtet eſſe lapidem in veſica, ac renum calculos: cum hoc tamen non ſatis

Calculus renum ſit ne morbus an cauſa. compertum eſt, ſit ne lapis ipſe morbus, an cauſa, vel quid aliud: tanta fuit de hac re controuerſia: quæ tamen iam diu deciſa erat, niſi quidam autor, vt videatur aliquid noui adduxiſſe, ſtuduiſſet, oblita, iterum in certamen reuocare. In qua re conſulto prætereo rationes opinionum iam obliuioni traditas: *ſit ne morb. an ſecus* ſolum referam ſententiam huius autoris, qui tenet, *lapidem veſicæ eſſe morbum in numero addito*: in cuius deciſione ſolum ſtatuere mihi eſt in animo rationes, quæ me mouent contrarium ſentire. Quippe adauctus numerus neceſſario debet eſſe eiuſdem naturæ, ac eſt res ipſa ſupra quam eſt numeri adauctio: nam ſextus digitus ob id morbus eſt in numero, quia ille auctus digitus de natura reliquorum digitorum eſt, non lapideus, aut alterius ſortis. Quod ſi dixeris, *non opus eſſe conſiderari numerum adauctum alicuius particulæ, ſed quod ſupra numerum omnium particularum corpori auctum*, id profecto grauius eſt, quia nullius particularum corporis naturam refert, ſed ſolum lapideam, cui nihil in corpore ſimile exiſtit, cuius numerum augeat: quo euidenter conſtat, non poſſe eſſe numerum adauctum: alioqui multa poteris ex his, quæ in corpore fiunt, toto genere præter naturam, ad numerum adauctum reducere: cum certum ſit, lapidem nil minus poſſe dici, quam numerum adauctum, ac ex conſequenti neq; morbum, cum neceſſario in partibus actionem præſtantibus, aut vſum, teneatur ineſſe, quo morbum à curatione cauſæ ſeiungimus. Namq; conſiderare, ob id lapidem eſſe morbum in numero, quia immediate lædit aliquam actionem, grauius erratum exiſtit, eo quod obſtructio viarum vrinæ mediat, quæ immediatius cohibet vrinæ exitum: lapis quidem cauſa efficitur ſola. Erit igitur lapis in veſica, cauſa eius morbi, quem poteſt generare, iuxta rationem actionis, quam talis morbus à lapide genitus lædit: prætterquam quod aliquando ad excreta pertinere poteſt, *vt lib. Praxis, proprio c. latius explicui.*

Lapidis veſicæ cauſæ quæ. Ad cauſas igitur lapidis veſicæ ex arenulis ac lapillis in renibus perueniendo, ſciendum eſt, iuxta optimam rationem, poſſe conſiderari hunc lapidem in veſica huius laborantis repertum, eum fuiſſe qui à renib. deciderat, qui in veſica remanens, augmentum ſuſceperat: quod profecto de omni veſicæ lapide Fernelius crediderat. Sed quod poſſit lapis hic in renibus & aliis partibus fieri, non eſt quod in controuerſiam vertamus, cum ſine renum vitio veſicam gignere lapidem conſpiciamus: & ſimiliter à renibus ſuſcipere inceptum, & mox perficere: ſemper tamen oportet adeſſe in veſica virium, tam materiale, quam efficiens, vel ad augendum ſuſceptum aliunde lapidem, vel ad gignendum de nouo. In qua re, vt recta poſſimus vti prouidentia, neceſſum eſt ſcire, ex qua materia ibidem & vbique fiant, vel augeantur, & à quo agente, calore ne, frigore, an vtroque. De materia vero fere nulla eſt controuerſia apud autores, quia vnanimi conſenſu fatẽtur, ex craſſa & viſcida fieri. Sic profecto in hac fœmina, quia crudis abundabat ſuccis, iiſq; in conſortio craſſioris & copioſioris ſanguinis, coniectabile fuit, ad renes deſcendentem, & ob id viſciditatem & maiorem craſſitiem ibidem contrahentem, diutius immorantem, in lapillos, & arenulas abire. Deniq; ex craſſa neceſſario, & viſcida, quia neceſſum eſt diu detineri, lapillos fieri eſt certum, eo quod ea lege reſiccatur, & dureſcit craſſa materia, ob viſciditatem partibus adhæreſcens: quibus accedit, frigidam debere eſſe prædictam materiam, quo facilius concreſcat ex in-

nata

nata natura & conditione, maxime ſi aliquam ſortiatur ſiccitatem, quia terrea ſubſtantia facile, accedente frigore, aut calore, in lapidem commigrat. Denique craſſa, vt melancholia, aut bilis craſſior ac terreſtrior, vel viſcida, vt pituita, materiam calculis præſtant.

De calore vero calculos generante, primo nouiſſe oportet, an ſit potens, vel neceſſarius quiuis calor, vel certus quidã caloris modus, certaue intenſio, & rurſus, an ſufficiat ſolus calor, vel neceſſaria ſit aliqua alia qualitas, vt viſciditas, vel frigiditas, ad duritiem & lapideam naturam contrahendam. Circa primum, remittere oportet lectorem ad lib. *Praxis, c. de calc. renum.* vbi latiſſime de hac re inſtitui tractationem. qua parte expreſſe docui, vniuerſam rationem lapidificandi craſſam & frigidam ſubſtantiam, in actu caloris conſiſtere, & maxime in modo caloris ipſius. Quippe non eſt opus intenſiorem eſſe calorem in corporibus viuentium, vt in rebus externis conuenire conſpicimus. nam certum eſt, huic operi calorem fieri aptum, vno è duobus modis: vel cum nimis exacerbatus & igneus efficitur, vt in rebus externis: vel cum ex duratione & diutina mora in agendo, lapidificationem conſequitur. *Primo modo*, raro aut nunquam in corporibus viuentium conſpeximus lapides fieri (nam id neceſſarium eſt in fictilibus vaſis, quæ in furnis coquuntur) quantumuis homo febre ardentiſſima laboret; quia intenſus ille calor, potius vniuerſam materiam, vel corrumpet, vel diſſipabit, quam in lapideam duritiem mutet: *ſecundo* vero frequenter: vbi duo ſunt neceſſaria: alterum eſt, calorem eſſe paulo intẽſiorem natiuo, & tui ſus habituali modo operari, quo ſenſim & paulatim totum humidum euaporet. Quem operandi modum non ſatis intelligere potuerunt omnes neoterici, quia non callue runt, ad duritiem, ſeu concretionem illam, partem affectam aliquid poſſe præſtare, ſed cenſent, tantum fieri à calore, qui eodem modo agit, ſiue ſit habitualis, ſiue ſecus. Verum re hac diligenter conſiderata, facile erit noſſe, calorem, vt calor eſt, nil aliud, quam calfacere, fundere, tenuare, & rarefacere poſſe, verum ſi more naturali operetur, æmulabitur procul dubio opera naturalia, quantum potuerit, licet non conſequatur. Sic profecto calor hic independens & connaturalis factus, omne ſibi appoſitum nititur aſſimilare parti, cui ineſt: ſed cum ea parte materiæ tanta ſit repugnantia, ſolum conſequitur duritiem, non tamen reliquas conditiones: Quod ſi velis veluti demonſtratione id confirmare, eapende, lapides, vt in variis noſtri corporis partibus generantur (nimirum in veſica, in renibus, in inteſtinis, in vtero, in veſica fellis, in thorace, & bronchiis pulmonis & aliis partibus) ita profecto, præter id quod æmulantur materiam ex qua fiunt, etiam repræſentant naturam partis in qua quam gignuntur. Nam arenulæ aut lapilli, qui in renum corpore fiunt, rubicundiores cum flauitie viſuntur: qui in cauitatibus renum, albidiores, quantumuis ea eadem fiant materia qui in bronchiis pulmonis, pellucidi & veluti cartilaginei exeunt, & ſic de reliquis, iuxta partis conditionem: haud ſecus quam quibusuis humoribus contingit in ſedimento vrinæ mutari, quia non repræſentant proprium humoris colorem, ſed naturam vaſorum, eo quod ſedimentum album exceſſu natur, quamuis ex rubra, aut flaua bile fiat: quod profecto euidentiſſimum eſt noſtræ ſententiæ argumentum: & ob id non à quouis calore, addito naturali, in prædictis partib. fiunt calculi; ſed ab eo qui exceſſu, & diutina mora aptam materiam reſiccet, & habituali, & connaturali conditione partis, cuius eſt factus connaturalis ad certam duritiem ducat: quæ ſane tanto maior eſt, quanto mora diuturnior. Quo fit, vt non ſit alicuius momenti, dicere, *in veſica fieri calculos duriores veſicâ, ſicut in renibus*; quia id potius ea mora & diutina actione pendet, quam ea conditione partis. Quod ſi dixeris, *hanc ſententiam poſſe veram eſſe in iis partibus, quæ ad ſui nutritionem proprio calore nituntur aſſimilare ſibi paſſum*: at veſica non habet hunc modum calculorum generatione, eapende, naturam ſemper inclinare ad vnum & idem, & ita ſiue alimentum ſit, ſiue excrementum, ſeruat ſtatutam legem operandi. Exemplum eſt euidentiſſimum prægnantium in vterus, qui licet ex ſemine & ſanguine menſtruo non alatur, in fœtus inuolucra & tunicas ſibi ſimiles vertit, ad fœtus tutelam, & perfectiorem ſeminis partem in oſſa, neruos & reliquas fœtus partes. Sed hæc ſufficiant his qui ingenuo ſunt animo: nam reliquis nec multo plura ſatis erunt.

Sed cum huiuſmodi lapidoſam duritiem calor non poſſit efficere, vt calor eſt, niſi ex accidenti, ſciendum eſt, ipſum ea propria vi ſolum poſſe diſponere ad ſiccitatem, & duritiem Quod ſane duobus modis ſuccreſcit: vno, reſolutis partibus tenuioribus, & aereis, quo innata humorum ſiccitas & duities præualet ad lapidificationem: alio vero, cum calor externus qui accedit, ſua natura ſiccus eſt vt 4. *Meteo. cap. 6. Ariſtot. affirmat.* Quo profecto modo fiunt quæ indurantur indiſſolubilia, non tamen vtcunque, ſed cum à calore totum humidum euaneſcit, alioqui à frigido liqueſcent, vt ſtatuit Ariſto. haud ſecus, quæ concreſcunt à frigido, non liquantur à calido, ſi prorſus exprimeretur humidum: nam ſi remanet, proculdubio liquabitur à calido, vt conſtat ex generali illa Ariſt. ſententia, quæ hoc modo venit intelligenda. Verum cum prorſus humidum euolat, ſiue à calido, ſiue à frigido concreta, nuſquam amplius emolleſcit: quod contigit in renum ac veſicæ calculis, quia calor prorſus euaporat humidum, & ſiccitate innata præualente, in lapideam naturam commigrat, iuuante etiam ſiccitate caloris reſoluentis.

Verum de frigiditate maius extat dubium, tamen facile abſoluitur, ſi primo comperiamus, frigiditatem tripliciter poſſe ad indurationem efficiendam concurrere: Vno quidem modo, cum a foris accedentibus (puta aere, aqua, aut medicamento) accedit; qua lege ſtatuendum eſt, frigiditatem nuſquam in his viuentibus poſſe duritiem, aut congelationem efficere: non enim id permittit citra mortificationem viuentium calor. Alio vero ex propria partis intemperie, qua humores in eam fluentes duritiem facile ſuſceptant: ſicut conſpicimus partes frigido intemperamento affectas, humores ad ipſas confluentes, vel in ſchirroſam, aut tophaceam duritiem commutare. *Tertio* quidem &

Lapidificandi ratio omnis vniuerſam materiam in actu caloris conſiſtit.

Calor qualis requiratur ad lapidis generationem.

Lapides generati repræſentant naturam partis, in qua gignuntur.

Calor quibus modis lapidem diſponat ad ſiccitatem & duritiem.

Frigiditas ad indurandum lapidem tripliciter concurrit.

vltime prouenire poteſt ab influente in ipſas partes humore, qui perpeſſus reſolutionem à calido & relicta frigiditate, facillime duritiem contrahit: non quidem quod vtraque qualitas, frigida nempe & calida ſimul, ad duritiem extrinſecus accedant, ſed quod calor, euolatis tenuibus, & calidis atq; aereis partibus, induxet, cui duritiei contrahendæ coadiuuet innata & relicta frigiditas, quibus longe durior & indiſſolubilior efficitur in renum & veſicæ calculi duritias. Diuerſa tamen ratione, quia in renibus, ſiue in corpore, ſiue in cauitate arenulæ fiunt, quod materia plerumque non ſit viſcida, & per loca arctiſſima & paulatim confluit, quo facile in partes diſſecatur, & in arenulas commigrat, quæ vel iunctæ & cohærentes lapillum creant, vel ea aliquo lentore arenulas maiores, quia materia non eſt ita friabilis. In veſica vero nuſquam fit lapis, niſi ex viſcida & craſſa ſimul, niſi à renibus in veſicam decidat, vt in noſtra laborante.

Conſtat igitur ex huc uſque dictis, tam ex veſica (vt ea longiſſima & elegantiſſima Hipp. *lib. de locis aqua & aeris*, ſententia legitur) quam in renibus ad arenularum & lapidis generationem opus eſſe craſſa & viſcida materia, ea diſtinctione, quam mox diximus: & inſuper calore ſupra natiuum aliquo modo adaucto, idque in pueris & iuuenibus, & in omni ætate ac ſexu: alioqui noſtris temporibus, in quibus communior facta eſt voracitas & incontinentia, in omnibus corporibus communiter fierent lapides, qui profecto non fiunt, eo quod licet communis ſit crudæ & craſſæ materiæ copia, non eſt omnibus idem caloris modus: quod loco citato Hipp. egregie ſtatuit.

Signum pathognomonicum vtrum detur colici doloris, à nephritico, tum ab aliis vrinæ difficultatis cauſis.

His habitis, nunc verſa cura habenda eſt, tum diſtinctionis colici doloris à nephritico, tum lapidis veſicæ ab aliis difficultatis vrinæ cauſis, cum omnia hæc maximam inter ſe habeant ſimilitudinem, adeo vt vel peritiſſimos Medicos facile decipiant. In qua re legere oportet ea, quæ ſcripſimus *lib. de Praxi, cap. proprio*, nam in hac parte ſolum inquirere eſt in animo, an reperiatur in his affectionibus aliquod ſignum ex his, quæ autoribus numerantur, quod vere pathognomonicum ſit, & poſſit vnum affectum ab alio certo diſtinguere. Hanc enim difficultatem abſoluere inſtitui, quia non deſunt, qui ex profeſſo ſtudeant docere, nullum tale poſſe reperiri inter omnia, quibus vtimur ad cognitionem lapidis veſicæ, & diſtinctionem ab aliis cauſis difficultatis vrinæ, ac differentiam conſtituere inter renum dolorem & colicum. In qua dubitatione primo ſtatuendum eſt, pathognomonica ſigna ea natura ſua in morbis neceſſaria conſequutione ſortiri, quamuis velut obſcura atque cognitu difficilia à ſapientiſſimis viris habeantur. Ratio profecto, quæ docet cognoſcibilia eſſe, eſt, quia cum ſigna ea quærenda ſint, vel ab actione læſa vel à qualitate mutata, aut ab excrementis: & morbus ex natura ania quantumuis occultus exiſtat, habeat lædere omnes has actiones, aut aliquas, alioqui non erit morbus: ob id ea læſione alicuius earum, ac omnium, eluceſcet neceſſario ſignum, quod vel partem affectam, vel morbi eſſentiam, vel cauſas efficientes, vel omnia ſimul patefaciat: idque tali peculiaritate inſignitum, qua particula affecta a reliquis diſtinguatur, vel vnus morbus ab alio aut vna cauſa, ſeu vnus humor peccans, à reliquis diſſidat, quamuis ſignum omnibus videatur commune. Et quamuis hoc veriſſimum ſit, negare tamen nõ poſſumus, obſcure aliquando id efficere, adeo vt artificioſa coniectura ſit opus quia ſæpe inter ſe miſcentur, & inuoluũtur. quod neceſſarium ſit aſſerere, aliquod ſignum non eſſe ſolum illius morbi pathognomonicum, ed in aliis etiam reperiri.

Signum pathognomonicum.

Signa pathognomonica eo, in ſ. ubtilia eſſe.

Verum cum hoc peritus & diligens Medicus ea tenetur ſigna quærere & curioſe inueſtigare: nam ſi vnum commune eſt variis morbis, multa ſimul iuncta, vnius tantum erunt pathognomonica: In qua re immorari parumper mihi eſt in animo, probando, (non multa ſigna ſimul ſolum pathognomonicum poſſe conſtituere) quoduis ſignum in calculis renum, pathognomonicum eſſe (quantumuis commune multis videatur) eo quod aliquid ei accedat, quod ipſum contrahere ad deſignandum in eo affectu ad quid quod nullum aliud ſignum poſſit, neque id quidquam aliud. Quod euidenter probabo in ſignis quæ apparebant in noſtra laborante; tam in calculis renum, quam in lapide veſicæ.

Signum quod eſt in calculis renũ pathognomonicum eſſe.

In ea quidem apparebant primo dolor in ſitu renum, iſque aliquando grauis, ac ſæpiſſime acutiſſimus: mingebat cum vrina arenulas, cum rubro colore frequentius, aliquando cum flauo, & non raro albas: [illegible] m aquoſa erat vrina: & non raro aquoſum ſanguinem mingebat: patiebatur inſuper ſtuporem cruris è regione dolentis renis, & vomebat pituitoſa, ac ſæpe bilioſa & æruginoſa; quorum ſignorum [illegible] m & poteſtatem ſignandi hoc malum, peculiariter & pathognomonico more, in examen reuocare oportet, ob rationem ſuperius adductam, quamuis quibuſdam Medicis viſum ſit, multis illarum partium affectionibus connectere.

Verum quia vt in *lib. Febrium latiſſime probaui*, ſunt multa ſigna, quæ licet plurimis affectionibus ſiant communia, tamen cum hoc ita peculiari aliqua conditione inſigniuntur, & qualitate aliqua ac certo & peculiari modo, quod alicui morbo. & alicui parti eius ob eam ſingularitatem fiant pathognomonica, & omnibus modis propria & peculiaria. Quo profecto modo, ſi et in ſignis nephritidis conicere poſſemus pathognomonica fieri, etiamſi in communi vt ſigna pluribus affectionibus ſint communia: cæterum vt ſic & certis illis conditionibus inſignita, propria huius affectionis apparebunt, vt exemplo in omnibus poſito probabo.

Dolor in regione renum, nephritici proprius, quod à colico differat.

Primum quidem ſignum eſt dolor in regione renum, qui proprius exiſtit nephriticis, quantumuis Gal. non ſufficere ad eius diſtinctam cognitionem ſtatuerit: Nam hæc eſt differentia quoad ſitum doloris nephriticorum & colicorum, quod his colicis veluti palo perforari partem paulo ſuperiorem, quam ſint renes, oſtendit: nephriticus, præterquam quod partem deſignat (faxit Deus quod Medici omnes vtriuſque partis ſedem exquiſite poſſint diſtinguere, vt in cuiuſque ſigno peccatitem

tetem cognoſcat) non velut palus vni parti ſolum infigitur ſed ab ea ad lumbos, & ad teſtes ſe extendit, vt Hipp. *lib. de Internis affectionibus*: quo quidem propter colligantiam partium pathognomonicum efficitur, ac diuerſum à colico dolore.

Dolor grauiſſimus in ſiturem in nephri icos ſigna pathognomonica.

Præterea doloris conditio id quoque mirum in modum, non ſolum renem lapide affectum ſed modum affectionis (qui varius eſt) quoque oſtendit. Nam dolorem eſſe acutum, repente factum non lapidem ſolum ſed lapidem notatu dignum moueri ad exitum, in rene, aut in vreteribus ſi quidem tale ſignum, vt proprium huius ſtatus, docuit G. l. 6. *de locis*: Quod præter id euidenter conſtat, quia huiuſmodi dolor, qui colico ſit ſimilis, repente oborto, nil aliud monſtrat, neque ob aliam rationem ſuccreſcit, niſi ex grandioris lapidis commotione. Maxime cum dictum ſit Hippoc. *In rene dolor grauis, qui etiam calculum ſignificat, non tamen motum* (niſi grauem intelligas in ea ſignificatione qua etiam Gal. in *com.* explicuit, *intolerabilem*, ſeu *moleſtiſſimum*) Nam dum ponderis ſenſum (quod eſt alterum huius verbi ſignificatum) præbet, ſolum in rene ex ſtete ſignificat adeo certe, quod ſoli illi proprium exiſtit: nam obſtructionem etiam ſignare à calculo ſubaudire oportet: quod ſi inflammationem oſtendat, id eſt cum febre & pulſu, aut poſt ſuppurationem, non ſolum vt in lapide renum. Deniq; renum dolores ſunt pathognomonici, cæterum hac lege, quod vnus modus eius (quia in hac affectione dolores varii reperiuntur) vnius diſpoſitionis, calculi qui gignitur, eſt ſignum, alter cum grandior eſt, & rurſus alter cum mouetur in carne renum, alter vero cum mouetur in renum ventre, aut ibidem detruditur: & inſuper cum per vreteres violenter permeat: quorum dolorum quilibet ſignatim & pathognomonice ſignificat aliquam ea prędictis diſpoſitionibus, adeo certe, quod nullam reliquarum poſſit monſtrare.

Arenulæ cũ vrina prodeuntes verum ſignum pathognomonicum ſunt lapidis renum.

Sic arenolarum quæ exeunt cum vrina prouentus, dubitat neotericus quidam doctus, inter alia, an certo poſſit lapidem renum oſtendere: & probat eſſe prorſus infidum ſignum, quia ex lapide veſicæ ſolent non minus cum vrina apparere, & quia plures ſunt qui lapidem habent in vtraque parte, & arenas non mingunt. Verum ſi quis rem maturius conſideret, facile inueniet id quod ratio dictat, & experimentum fidiſſimum probat. nam calculum habere, & arenas non emittere, credendum eſt, ob id eſſe, quia antequam calculum formarent renes, mingebant eas: nunc vero non, quia mutauit materiam in calculum. Quippe non opus eſt calculoſas arenas ſemper mingere; cæterum cum mingunt, aut habent calculum, aut paulo poſt fiet: nam arenæ futuri aut præſentis calculi ſignum ſunt.

Quod vero arenæ exeant pari modo ea calculo veſicæ, veriſſimum eſt. ſed ob id non ſolum ex arenularum excretione, ducuerunt autores renum calculum, ſed renum & veſicæ ſimul, vt ex Galeni conſtat communi illius ſententiæ. *Quibus in vrina arenoſa ſubſident nam arena calculum factum, fientem aut futurum pathognomonice oſtendunt: eſſe vero in renibus aut veſica, alia ſigna oſtendunt, ſicut colores arenularum*: ſiquidem ſunt etiam qui arbitrentur, colores non poſſe aliquid proprium monſtrare, cum & in renibus & in veſica eiuſdem coloris poſſint prodire. Diſtingues tamen, quia veſicæ arenæ plerumque ſunt laminoſæ, & maiores: renum vero tenuiores, & ſolidiores: præterquam quod quæ ea veſica prodeunt, licet albæ appareant, vt aliquando ex cauitate renum prodeuntes, tamen color albus ad cinericium vergit magis: quæ vero ea renibus, magis accedit ad albedinem.

Arena veſicæ quid differat ab arenis renum.

Aquoſa tamen vrina id quidem certe etiam oſtendit, nam licet aliquando exeat turbida & craſſa, aliquando tenuis: nulli dubium debet eſſe, non poſſe ob id eſſe pathognomonicum ſignum. Primum Auicen. & reliqui viri ſapientiores, *vrinam dixerunt eſſe primum ſignum lapidis*, & expreſſius docuerunt, *vrinam craſſam, quæ tandem attenuatur, aliquid in hoc morbo peculiariter poſſe oſtendere*. Nam ſtatuerunt, vrinæ craſſitiem duobus modis eſſe conſiderandam: vno, in principio mali, ſecum deferentem materiam futuri lapidis: ac poſt generationem lapidis iam aquea mingitur: non quidem ſolum ex obſtructione, ſed ex eo quod materia craſſans detinetur in renibus: alio vero modo vrina ea tenus redditur craſſa, cum calculus iam ad exitum mouetur. cæterum craſſities eſt longe diuerſa à prima, quia illa refert craſſam cruditatem: hæc vero vltima ſub albidum, cineritium & fæculent im quid. Quod vero tenuis & aquoſa, etiam in diabete excernatur, non tollit rationem ſigni pathognomonici, quia in renum affectionibus eſt pauca & tenuis, in diabete copioſiſſima.

Aquoſa vrina ſignum pathognomonicum ne ſit in principio doloris.

Vrina craſſities duobus modis conſideranda.

Sanguis etiam aquoſus cum mingitur, ſi enim dolore repente oborto excernatur, pathognomonicum efficitur ſignum, non calculi renum vtcumque, ſed eius iam commoti & exulcerantis.

Sanguis aquoſus a principio doloris ſignũ pathognomonicum.

Quo equidem modo conſiderato, omnia quæ in contrarium poſſunt afferri deliteſcunt: nam quæ certum eſt, mille aliis de cauſis prædictum ſanguinem poſſe cum vrina excerni. Nam ea ratione interpretatur Gal. 6 *popul. p. 1. Hippoc.* nimirum illud ſignum non eſſe ſemper, ſed quando lapis aſper eſt, & mouetur, neque in omnibus corporibus, ſed in his, in quibus ab aliqua parte abrumpitur, aut cum partem exulcerat.

Quo fit, vt in hunc ſenſum Aetius ex Archigene, & Galenus 4. *apho* 65. & 2. *de locis cap.* 5. dixerint, ſignum eſſe, & tanquam pathognomonicum haberi; quod docuerat Hippoc. 4. *aphor.* 71. nam talis vrina ſignum eſt, vel veſicæ, vel renum exulcerationis: in quo ſenſu nos arbitramur, eſſe pathognomonicum, non quidem lapidis in veſica, ſed ſi cum dolore excernatur, proprium eſſe exulcerationis indicium à calculo commoto, non ſimpliciter calculi; at in renibus, repente fit, cum graui dolore. in veſica diutius durat, & ſenſim procedit, pręterquam quod ſitus doloris diſtinctionem præſtat.

Stupor cruris è regione renis affecti nephritici doloris ſignum pathognomonicum.

Nec minoris momenti eſt ſtupor cruris è regione renis affecti, quod profecto ſignum non eſt ſolum lapidis renum, ſed eorum affectuum, qui in ipſis eam nanciſcuntur magnitudinem, quæ nata ſit neruulos ei parti vicinos comprimere: neq; ruſus omni lapidi renum erit commune ſignum, quia plures conſpicimus, lapides habentes, citra hoc ſignum, atque exire ſine hoc doloris modo. Hoc tamen habet cum ſignis pathognomonicis commune, quod inter ſigna lapidis renum, proprium & ſolum erit ſignum magnorum lapidum, ita vt ſi quis alijs ſignis cognouerit lapidem adeſſe in renibus, cognoſcet magnum eſſe ex ſtupore, tanquam ex ſigno pathognomonico, ex hac peculiari cauſæ magnitudine.

Ex quibus conſtare arbitror, quamuis difficile ſit, hunc affectum à colico ſeiungere, non tamen eſſe impoſſibile, aut diligenter conſideranti plurimum difficile, vt *lib. Praxis, proprio cap. de dolore colico aperte docuimus*: & nunc euidentius conſtat, ex proprijs & peculiaribus conditionibus horum ſignorum, quę ſi quis, vt par eſt, conſideret, non ſolum lapidem renum cognoſcet, ſed multa alia, ſine quibus curationem, quæ feliciter cedat, aggredi eſt longe difficilius. Nam cum curandi ratio in his varietur, iuxta variam lapidis diſpoſitionem, aut varium ſtatum, ſi eas differentias, quas memorauimus, exacte per poteſtatem & ſingularitatem horum ſignorum non cognoueris, minime poteris cuiuis eorum peculiare & proprium præſtare auxilium, aut lapidis generationem inhibere.

Lapidis veſicæ pathognomonica ſigna.

Sed hæc calculoſa fœmina hoc tempore veſicæ calculo laborabat, ex deciſo à renibus grandiori lapide, cuius ſigna inueſtigare, nunc eſt in animo. Reddebat quidem vrinam non tenuem ſolum, quoad propriam ſubſtantiam, ſed etiam craſſiſſimo mucore plenam: quod proſecto neq; in calculis renum, licet craſſa aliquando reperiatur, nuſquam niſi in lapide veſicæ apparet, referens naturam materiæ, ex qua calculus gignitur, aut nunc augmentum ſuſcepiat: quod quidem ſignum raro decipere poteſt, & ob id tanquam proprium haberi debet, niſi dum fluxio à capite, vel à toto, ſeſe in veſicam exonerante, adfuerit; quo tempore futuri lapidis ſignum erit, & iam geniti, ſi alia adfuerint ſigna.

Lapis à renibus deciſus quid differat à lapide primæua generatione in veſica confecto.

Sed in lapide à renibus deciſo in veſicam, & ibidem immorante, ex vrina maximam comperimus differentiam; ab eo qui primæua generatione in veſica conficitur: nam in illo plerumque vrina apparet ſimillima ſanis, quia materia calculi decidui à renibus, non excernitur cum vrina: aliquando vero ſabuloſa craſſa & viſcida pituita plena, maxime cum laborans difficulter vrinã reddit, quod in his per vices & interualla ſolet contingere, ex materia quæ allicitur ad veſicam ex dolore, teneſmo & motu lapidis, ex qua ſuſcepturus eſt lapis incrementum. At in calculo in veſica primæua generatione formato non item, ſed cum ſemper mucores illi cum vrina in veſicam conſcendant, ſemper vrina mucoribus plena, diſcolor, turbata, & cum reſidentia glutinoſa excernitur. Quæ ſane cauſa eſt, quare multi ex Medicis decipiantur, credentes, non eſſe lapidem in veſica in eo corpore, vbi à renibus factus lapis delapſus fuit: quia vrina ſimilis ſanis, & confeſtim ac ſine accidentibus excernatur: & mox ſuperueniente vrinæ difficultate ob attractam materiam, & turbata vrina, credant lapidem eſſe, & ſic in dubio ſemper verſentur. Quapropter hanc pulchram, & vtilem differentiam ediſcere oportet, vt dubitationem abſoluant.

Arenulæ quibus conditionibus ſignum ſiant pathognomonicum lapidis veſicæ.

Item excernebat arenulas, non quaſcunque, ſed laminoſas & craſſas, cineritias, inæquales, & in fundo matulæ ſimul cum mucoſo ſedimento reſidentes, iam morbo creſcente, idq; non per interualla, vt in reliquis renum affectionibus, ſed plerumque, quibus conditionibus arenulæ erant prædicti veſicæ lapidis pathognomonicum ſignum; maxime ſi conſideremus in hac fœmina, non ſolum exire prædictas arenulas, ſed eſſe merum ſedimentum ſabuloſum; quod non ex arenulis, ſed ex fruſtulis, ac laminis & paruis portiunculis, & iam fere concretis exibat. In quo etiam ſigno ſtatuendum eſt, aliquando loco arenularum apparere filamenta quædam, vrina exiſtente boni coloris: ſignum profecto venturæ acceſſionis, & difficultatis vrinæ, quæ per interualla ſolebat recurrere.

Sic lapidem hunc creſcere cognoui ex craſſiſſima vrina poſt principium mali excreta, licet poſtea, quod craſſum erat in lapidem conuerſo, vrina reddebatur tenuis, cruda: cæterum non perſpicua, quia veſica ſemper ſordibus ſcatebat.

Præterea obſeruabam in hac laborante omnia, quæ Hipp. ſcripſit 4. *de morbis*, dicens: *Cæterum morbus ſigna quinq; habet, nam vbi meiere vult, dolorem habet, & vrina plurimum ſtat; velut in vrinæ ſtillicidio: & ſubcruenta* [illegible] *nimirum veſica à lapide exulcerata: & veſica inflammata eſt, verum hoc ſignum inconſpicuum eſt, indicat autem ſumma pars præputij: quandoque mingit arenoſa*: quæ ſigna, excepto hoc vltimo, omnia habuit.

Tandem à principio apparuerunt ſigna, non futuri, neque incipientis lapidis, quia à renibus deciderat factus, ſed creſcentis: nam vrina craſſa, quę poſt renum dolorem cœpit apparere, materiam deſignauit, qua creuit calculus: item arenoſa, ſignum erat incrementi: alba cum lutulentia, maioris incrementi: cruentis mucoribus plena, iam adulti: ſuppreſſa aut nimis tenuis, iam grandioris; cum teneſmo & dolore, longe maioris ac exulcerantis iam veſicam, ita vt recto inteſtino communis fieret affectio. Itaq; quod ſuperius dixeram, in memoriam hac in parte reuocare oportet, nimirum, licet hæc ſigna varias affectiones aut cauſas poſſint monſtrare, aut omnia vnam; cum hoc tamẽ quoduis eorum ita peculiari conditione & modo inſigniebatur, quod certe & proprie prædictam affectionem monſtraret, ac vere fieret pathognomonicum.

Calculum veſicæ extrahendi ratio quæ.

Cognito igitur veſicæ calculo, duo ad rectam curandi rationem inſtitui. Primum, ipſum extrahere chirurgica manu: quod opus, prætterquam quod neceſſarium & ſolum huic malo ſubaſtitisse, facilius

facilius caequimor in fœminis, quam in viris, ob colli veſicæ breuitatem & amplitu[illegible] omnia ea ratione, ſine noua ſolutione continui, extrahitur, dilatatione ſolum meatus vrinarii. Quod opus proſpere ſucceſſit: cæterum remanſit cura prouidentiæ calculorum renum, qui adhuc perſtabant, nõ ſine noua moleſtia, quo maximam exquirebant diligentiam, ne creſceret eorum prouentus, & inde alter in veſica lapis. Cæterum antequam arenularum prouidentiam ſcribam, viſum mihi fuit, dum doloris vehementia vrget, aliquid huic accidenti vtile afferre, ne quid huic tractationi deeſſe videatur. In qua te conſiderabis diligenter ante omne opus, ſiñt ne ſtercora duriora aut flatus tendentes, nam his viſibus clyſma protinus inijcies, q.r. *radicu althea ℥ i.ß. malua, cum radicibus violarum, parietaria, anethi. florum meliloti, ana m. i. florum chamameli p. i. ſeminu malua, althea, ſeminis lini, fœnugraci, fœniculi, dauci ana* ℥. i ß coquantur, & huius decocti accipe ℥. viij. adde *olei chamameli, anethi, & amygdalarum dul. ana* ℥. i. ß. *diacatholici* ℥ ß. *benedicta* ℥. iij. *ſaccari aut mellis roſ.* ℥ ij. Poſtea fomentis lenire oportet, quæ recipiunt *althea cum rad. malua, violarum ana m. i parietaria, ſummitatum anethi, ana m. ß. florum chamameli, meliloti, ana p.j ſeminu lini, fœnugraci, malua, ana* ℥ ß fiat decoctio, quæ ſpongia aut veſica adhibeatur. Poſt quem totum, partem illine vnguento q.r. *butyri recentis, pinguedinis anatis gallina, anſeris, olei amygdalarum dulcium, ana* ℥. ß *mucaginis ſeminis althea & malua extracta aqua malua, & olei liliorum, ana* ℥ iij. *olei chamameli & aceti, ana* ℥ ß *miſce.* Mitigato igitur dolore, ventriculo & viis purgatis, ad calculi comminutionem, & extractionem accedendum erit, ſi prius dixero, in his, in quibus à ventris vitio malum originatur, prodeſſe vſum aquæ, cui miſcueris *guttulas quatuor aut quinque olei de vitriolo libris quatuor aqua pradicta.*

Doloris vehementia in calculo quomodo prouideatur.
Clyſma.
Fotus
Vnguentum.

In qua re prius lectorem monere oportet, certum eſſe, in calculis renum & lapide veſicæ eandẽ eſſe prouidentiæ legem, & eadem quoque vtrique affectui auxilia proficua fore, & eadem medicamenta neceſſaria, adeo vt quæ vni parti vtilia dixero, alteri adhiberi poſſint, leui mutatione, aut additione attenuantium & inſcindentium facta. Et ob id curaui omni diligentia calculos & arenas præexiſtentes abſtergere, & extrahere, ac prohibere, ne amplius concreſcant in ipſis, neq; in veſica lapis. Verum quia calculi & arenulæ plerumq; reperiuntur in his, qui aut voraces ſunt, vel vitam agunt ſedentariam, aut intempeſtiuis à prandio & cibo vtuntur exercitiis, vel plurimo vino ſibi indulgent, vel renes aliquo modo excalfaciunt, primo inſtitui hæc omnia in noſtra hac laborante ad meliorem ſtatum reducere. Nam alimentorum prauorum, quibus libere vtebatur, imminui quantum poteſſet, vt natura perfecte conficeret. Inſuper qualitatem & ſubſtantiæ modum iuſſi eligere; quæ proficua eſſent, quo comparaſſet minorem excrementorum prouentum, & corpori laudabilius nutrimentum, interdicens omnia, quæ mali ſucci, aut craſſioru ſubſtantiæ ſunt, & difficulter coctilia: namque laborans vtebatur imprudenter *cæpis, alliis, napis, naſturcio. carnibus ac piſcibus ſalitis, & copioſis fructibus.* Prætereа parciorem potum inſtitui ex aqua *cinnamomi, aut ſaſſafraſſa Indica,* quibus ventriculus iuuaretur: vinum prorſus negaui. Conſului etiam ante prandium vti exercitio, & copioſiori ſomno, non interdiu, quo facilius cruda recrementa coquebantur.

Calculus renũ & veſica qualiter prouidentur.

Verum quia non ſæpe ſatis eſt recte vitam inſtituere (adeo vitiata temperie, & deiectis ex prauo viuendi genere eſt facultas) vt non ſubſit materia calculis & arenulis generandis; conſului bis in hebdomada vomere, præmiſſa *hydromellitis* præparatione, quo liberior erat facta ad labores & exercitia, & facilius conficiebat cibaria. Maxime quia prouidi ventriculo, adhibito ſtomatichone ex *gallia, aromatico roſ. & balſamo, cera & ladano.* Item ex vſu illi fuit, ter, quaterue in anno purgare *caſſia & rhabarbaro,* vel *therebentina abietis* ſæpiſſime *aqua roſacea* vel *maluarum aut ſaſſafraſſa lota,* cum puluere *dragacanti & liquiritia:* item *oleo citoniorum.* Et quod magis competi prodeſſe, fuit *mel roſaceum* hac lege confectum. Eacipe *lactis ſeminis cartami extracti aqua ſtillatitia fabarum* ℥. x. *ſucci roſarum rub.* ℥. viij *ſaccari & mellis* q. ſ. vt fiat ad modum mellis roſati. Quod ſi efficacius efficere volueris, conficies ex *vnciis ſex ſucci roſarum Perſicarum.* Quibus vel prohibita crudorum ſuccorum generatione, vel purgato ventre, curaui, ſi quid ad renes deciderit, quod purgari nõ potuit, omnia atte abſtergere, & educere, ne lapillus generaretur, vel in copioſas migraret arenulas: & ne concreſcerent, mox ab his, iuſſi vti aqua ex *ligno Indico,* quod variis coloribus aquam immutat, ter, quaterue in hebdomada ſummo mane exhibita menſura quatuor aut quinque vnciarum.

Mel roſaceũ

Cæterum, ne quis intrepide, quæ hic ſcripſero huic laboranti proficua, cuiuis corpori ſtudeat adhibere, expendat, comminuentia calculos, fere omnia vim neceſſario habere incidendi & attenuandi: verum ex his nunquam aut raro conuenit eligere quæ nimis calida & acria ſint, quia ſæpius ab his calculi duriores efficiuntur: & ob id omnibus fere prodeſſe poſſunt, quæ tepido ſunt calore: inter quæ non ſolum eſſe (præſertim in calidioribus renibus) minoris momenti, quæ aperte frigida ſunt, vt *acetam, ſuccus limonis, lapis ex cancrorum capitibus,* veluti fere quodcunque genus lapidis, quod in capitibus piſcium reperitur. At vt cognoſcas quibus in quouis corpore poſſis vti, expende, tepidiora eſſe multa, veluti *betonicam, chamamelum adiantum, polium, ſcolopendrium, radices graminis, apij, bruſci, petroſelini, aſparagi ſaxifragia & valeriana.* Quæ ſane ſimplicia coqui debent in aqua fontana, & huius decocti cum *ſaccaro,* aut *melle hyberno* tempore quatuor aut quinque vncias porriges. Iuuat etiam decoctum *radicum cardui benedicti, & quinquefolij, cum oxymellite:* vel *vinum album,* in quo radices *ſatiui lapati, peucedani & ciperi* macuerint, & bullierint. Pari beneficio in hac laborante vſus ſum infuſione *ligni Indici* ſupradicti.

Nimis calida & acria vitanda medio-cria vero eligenda.
Calculum qua incidunt & attenuãt.

Item lib. *de Praxi,* quatuor alias maioris momenti reperies cap. proprio, quas legere poteris. Prætereа huic malo ẽt præſtiti (præter pulueres loco citato ſcriptos) puluerem qui paratur ex *cortice radicis*

Pulueres.

ononis ex vino aut aqua *ſaxifragiæ, aut geniſtæ florum.* Etiam puluis *radicum bruſci, ſaxifragiæ, pimpinellæ:* ſed præcipue puluis *corticis ipſius ononis*, vel puluis ex *ſtomachis gallinarum*, aut ex *nucleis Perſicorum*, cum aliqua ex prædictis aquis, vel ʒ j. pulueris *nucleorum meſpilorum.* Præſtare etiam poteris puluerem paratum ex ſemine *lithoſpermi, ac minoris lapi, ſiue ex ſemine geniſtæ, aut paliuri.* Præſtat & lapis *linei, lapis Iudaicus, lapis ſpongiæ: cineres ouigallinacei, vermium terreſtrium ſiccatorum.* Etiam *ſanguis hircinus* probe præparatus in puluerem redactus vſq; ad ʒ. ij. ſi caprum non excedentem quartum annum elegeris, tempore quo vuæ mатureſcunt, & primo atq; poſtremo ſanguine abiectis, & ſolum collecto in medio horum fluente, & panno cooperto ſiccare ſinito. Sed laudandus eſt Tralliani puluis (ſi ab eo abieceris *puluerem vituli*) qui recipit *ſeminis altheæ ac lini ana* ℥. *ſeminis vrticæ* ℥ *ij ſpicæ nardi, carpo balſami ana* ʒ. *i. ſ. ſeminis paliuri* ℥ *ſ.* fiat ex omnibus puluis, cuius detur ℈ j. Alter non minoris momenti recipit, *lithoſpermi, ſaxifragiæ, cinnamomi, adianti, aniſorum ana* ʒ *ſ. glyzirizæ* ʒ. *i. ſ. lapidis lincis, lapidis Iudaici, ana* ℈ *ij. ſeminum aſparagi, geniſtæ, melonis,*

Vinum. *ana* ʒ. j. fiat puluis tenuiſſimus, cuius exhibere poteris ʒ j. Ex quibus omnibus varias poteris effingere puluerum formas, aut tabellas vſui vtiliſſimas. Præſtare etiam licet vinum hac lege confectum. Accipe *corticum radicum raphani* ℥. i. *vini albi odoriferi* ℥. *viij.* infundantur huiuſmodi cortices bene contuſæ in

Aqua. prædicto vino per aij. horas, & poſtea tertio quoq; die porrige huius *vini* ℥ *ij. vel* ℥. *i.* cum aqua infuſionis radicis ononis. Laudatur etiam inter alia auxilia aqua quæ hoc modo conficitur. Excipe *corticum radicum ononis contuſorum* ℥. *ii.* infundantur per diem ac noctem li. ij. *aquæ fabarum, & parietariæ,* tunc di-

Puluis. ſtillentur in balneo Mariæ. Item alia parantur eiuſdem efficaciæ, quæ recipit *amygdalarum amararum* ℥. *vi. nucleorum Perſicorum li. i. nucleorum ceraſorum* ℥. *iiij. florum ſambuci ſiccorum p. ij. aquæ parietariæ* q. s. miſceantur omnia bene contuſa, ac macerentur in aqua prædicta per diem, & inſtillentur in balneo Mariæ. Prodeſt & id q. r. *lithontripi* ʒ. *i. ſeminis papaueris & melonum, ana* ℈ *ſ.* fiat puluis, qui ſumatur cum *aqua*

Pilulæ. *fabarum, aut decocto cicerum rubeorum.* Magni etiam ſunt momenti pilæ (quæ domi oportet paratas habere) q. r. *ſeminis milii ſolis, petroſilini, & ſeminis ſaxifragiæ, & cherefolii, ana* ʒ *ſ. ſanguinis hirci præparati* ℈ *s.*

Vrina detentio qualiter curanda. *ſucci liquiritiæ* ℈. *ij. trochiſcorum Alchechengi Alquequenxi ſine opio* ℈ *ſ. therebinthinæ lotæ in aqua fœniculi & apij;* deinde parum roſtæ ʒ ij. fiant pilæ admodum exiguæ, & ſingulis dieb. capiat ℈. *i.* aut paulo plus. Quod ſi vrina ſimul cum doloribus detineatur, hoc vtebar decocto, q. r. *verbenæ, capillorum veneris, betonicæ, ana m. i. ſ. millefolij, ſcabioſæ, m. i. cicerum rubrorum* ℥ *ii. glyzirizæ* ʒ *vi.* bulliant in tribus cyathis aquæ ad medietatem, & colaturæ adde *ſyrupi de duabus radicibus & oxymellitis ſimplicis, ana* ℥ *ii.* cuius porriges ℥. iij. duobus diebus mane. Poſtea vero hoc vtebar cataplaſmate, q. r. *parietariam. iiii. cum butyro, & oleo ſcorpionis* frixa pectini apponatur, vel ſi manis, recipe *cherefolii, maluæ, parietariæ, ana m. i. ſeminis altheæ & maluæ ana* ʒ. *i. ſ. cicerum rubrorum* ℥. *ii. quatuor ſeminum frigid. ma. ana* ʒ. *i. hordei mundati p. i. ſebeſten nu cutium a 9 caricarum. a. vi. liquiritiæ raſæ* ʒ. *ſ.* coquantur in li. iij. aquæ ad medietatem, & colaturæ ſumat laborans ℥ iiii. ac herbæ & ficus & reliqua piſtata ponantur ſupra pecten, aut fiat ſacculus ex *parietaria, maluis cherifolio, & meliloto,* qui vino irroratus parti apponatur.

Balnea. Quod ſi renes prædictis præſidiis purgatos eſſe cognoueris, & adhuc plurimo calore æſtuare, balneis vteris aquæ dulcis, vel inunges *oleo violarum, aut roſarum loto ſero lactis:* præterea *vnguento roſaceo, de cucurbita, aut refrigerante* Gal. cum modico *reſumptiuo,* proiecto deſuper *lacte mulieris, aut aſinæ.* Vellaboranti porriges ſummo mane ℥. v. *aquæ hordei, aut aquæ lactis cum ſaccaro, vel emulſionem ſeminum frigidorum.* Ego autem expertus ſum plura ex his in hac laborante ita profuiſſe, cum ea vitæ & victus inſtitu-

Inunctio. tione, quam ſuperius adduximus, quod prorſus reliquum ætatis ſuæ tempus immune ab his calculis & dolore eorum duxit, ad gloriam Dei omnipotentis. Cum autem dolore premebatur, hac vſus fui inunctione, quæ recipit *mucaginis ſeminis altheæ & maluæ extractæ cum aqua maluæ ana* ℥ *ſ. pinguedinis vituli & gallinæ ana* ʒ. *ij. olei roſacei, violacei, anethini, chamameli & amygdalarum ana* ℥. *ſ. vnguenti roſati* ʒ. *ii.* miſce.

Curationem vero, ſi calculus mouetur ad exitum, & doloris atq; accidentium mitigationem, repeties cap *proprio, lib. de Praxi,* ne videar vbique eadem ſcribere.

De Paralytico, conuulſo & tabeſcente.

CONSVLTATIO VII.

DIDACVS Fernandez à Molina, cum eſſet triginta annorum, & æſtate iter longius abiret, ex frigidis potionibus, & intempeſtiuo vitæ inſtituto in victu & exercitiis (præterquam quod ipſe erat mollis carnium, & humidæ atque calidæ intemperaturæ, cum cruditatum ac pituitoſorum ſuccorum copia) correptus fuit graui dolore dorſi, à medio infra, cum modico crurum torpore, & ingentiſſima febre, adeo vt vniuerſum Medici conſilium, fere poſthabitis dolore & ſtupore, fuiſſet in propulſanda febre miſſione ſanguinis, purgatione, & frigidis præſidiis. Verum quo magis febris increſcebat, dolores dorſi perſtabant, crura præter ſtuporem difficulter mouebantur, neq; vllum purgatione aut ſanguinis miſſionibus ſuſceptabant hæc ſymptomata beneficium: licet febris remitteretur: quæ poſt vigeſimum diem ceſſaſſe videbatur: verum lente ad quadrageſimum protracta fuit; adeo, vt nec libere, neq; quantum par erat, auxilia reſolutioni proficua adhiberi, fuit poſſibile: neq; rurſus ipſe calor febrilis huic malo quidquam aliud præſtabat, quam craſſorum & crudorum liquationem, quo crura prorſus motum amiſerunt manente leui illo ſenſu. Poſt febris vero integram remiſſionem, cœpimus differere de *morbi eſſentia, cauſis & loco affecto,* ac tandem de auxiliis, quæ huic malo erant profutura.

Primo decretum eſt inter omnes conſulentes, morbum eſſe reſolutionem medietatis corporis, ex craſſis, frigidis & pituitoſis humoribus, cum modicabile ex vi febris ſuccenſa, quæ ipſos in eas partes agebat, neruorumq; capita & prima principia ac foramina ibidem obſtruantes, priuantes illuſtratione & influxu animalis potentiæ, præterquam, quod perceptum eſt, etiam per neruorum ſubſtantiam delabi pituitę fluxilis non paruam portionem, aut ſaltem à vaſis in eas partes migrare, adeo, vt non ſolum neruus motu & ſenſu orbaretur, ſed & laxior fieret, & caro omnis mollior ſolito appareret. Conſtat huiuſmodi rei veritas, eo ꝙ poſt aliquot menſes nerui, ſeu tendones, qui ſub genu exiſtunt, cœperint indurari, contrahi, & cruris extenſionem impedire, ita vt videatur citra dubium conuulſionem illarum partium ſimul iam cũ paralyſi maturam pati: quod profecto alicui poſſet difficile videri, quia res eſt ſumme obſcura, & non plurimum frequens. Quæ omnia vt exacte perpendamus, multa neceſſum eſt diſputare, tam ad mali cognitionem, quam ad cauſarum, & complicationis: tum etiam ad indagandam veram & adęquatam curandi rationem, in re adeo difficili, maxime quia tractu temporis cœperat in membris reſolutis atrophia apparere, & extenuatio.

Primo quidem ante omnia ſuppoſitum fuit tanquam certum, paralyſim ſeu reſolutionem nil aliud eſſe, quam defectum tactus & motus voluntarii, propter ſpirituum animalem ad organa prædictarum functionum non fluentem. *Paralyſis quid.* Ex qua definitione colligitur, hunc nomen Paralyſis duo ſignificare: alterum quidem abolitionem ſenſus & motus, prout ſunt ſymptomata, ſeu accidentia, in abolita ſenſus & motus actione: & reliquum eſt, morbus à quo tales actiones vitiantur, & ea ratione vſurpantur apud Hipp. & Gal. *Paralyſis duo ſignificat.* Verum cum pro ſymptomate accipiuntur, tunc quidem omnimodam ablationem ſignificant, haud ſecus quam apoplexia, ſiue ſit in medietate corporis, & ab ipſa apoplexia prodierit (quam nonnulli veram reſolutionem, ſeu hemiplexiam nuncuparunt) ſiue in quauis parte homo ſenſu & motu ſimul priuetur: nam talis eſt, quæ vere nuncupatur reſolutio, ſicut ſpuria & illegitima, quæ ſenſu ſolum vel motu deficiente contingit.

Habet hæc affectio hoc proprium, quod magis & minus in ea non variet genus & naturam eius, vt contingit in pleriſq; aliarum affectionum: nam cæcitas, & viſus diminutio ex ſuffuſione, vel quouis alio modo, diſſident proculdubio, ſaltem Medica ſpecie: at omnimoda priuatio ſenſus & motus, à corpore non differt, niſi modo dicto, & à Gal. definitur per lenem paralyſim.

Verum dum hæc affectio vſurpatur pro morbo, qui lædit prædictas actiones; quatuor ſortitur differentias: nam aut eſt obſtructio neruorum: vel eſt eorum intemperamentum: vel eſt compreſſio nerui, aut eiuſdem ſciſſio, vt ſtatuerat Gal. x *de cau. ſympt. cap.* 5. iuxta ſententiam quam adduxerat 1. *de cau. ſymp. c.* 5. dicens, *Cauſam horum ſymptomatum eſſe, quidquid in neruo acciderit, cuius occaſione à principio ad ipſum virtus tranſmitti prohibetur.* *Paralyſis quatuor differentiæ.*

Sed vt clarius conſtet ratio & cauſa morborum noſtri laborantis, expendiſſe oportet, *quonam modo ex obſtructione poſſit paralyſis originem ducere.* *Paralyſis quomodo ex obſtructione oriatur.* Quippe id etiam poſuit in dubio neotericus quidam ductus, dubitans *quonam modo poſſit impediri illuſtratio, etiamſi cauitas obſtruatur:* ſi quidem per ſubſtantiam & latera nerui, illuſtratio illa poteſt ad particulas permeare. In qua re placet ſine contentione potius rationem indagare, quam tempus inutiliter conterere: ſi quidem quę natura alicui vſui fabrefecit, ſine defectu eius deficere nequeunt, neq; fieri ſine eius miniſterio, alioqui fruſtra feciſſet: quippe neceſſum fuit, in cauitate illa ſpiritum recipi, & ab ea fieri illuſtrationem, non quidem per latera, ad quæ, neq; per quæ ſpiritus, à quo illuſtratio emanet, defertur, ſed ſolum in prædicta cauitate recipitur, qui niſi recipiatur, non illuſtrabit & ob id, ea parte obſtructa, non recipitur ſpiritus, & ſic non illuſtrabit. Item infert ex hac obſtructione, *nullam eſſe differentiam inter paralyſim & conuulſionem:* quod profecto prodit, quia neceſſum eſt ſcire veram differentiam quæ eſt inter hæc duo ſymptomata. Namque in paralyſi non deeſt motus ob prauam nerui figuram, vt in conuulſione: nam licet in vtroq; affectu humor præſit in neruis; morbus tamen longiſſimis diſſidet interuallis, quia in paralyſi eſt morbus in via: in conuulſione vero in alio deprauato figuræ modo, quo licet ſpiritus tranſeant, membrum nequit citra dolorem moueri; quia nimis eſt dilatatum: in paralyſi vero, quia non tranſeunt ſpiritus & irradiatio; ꝙ in conuulſione licet tranſeant, nequit pars moueri, ob prauam figuram, quam contraxit ex morbo in ea ſito. *Paralyſis & conuulſio quid differãt.* Et ob id ſtatuendum eſt, *neruis accidere varios obſtructionis modos*, quorum primus eſt, cum in cauitate non recipitur ſpiritus: *ſecundus*, quando licet recipiatur, illuſtratio tamen obtenebratur vapore aut humore aliquo obumbrante nerui ſubſtantiam: haud ſecus quam aeri contingit cum Sole, qui profecto non illuminatur ab eo, vel quia non datur radiis Solaribus locus permeandi, vt clauſis feneſtris contingit, quod ſimile eſt obſtructioni neruorum in exortu: vel quia licet permeet ſpiritus vſq; ad illam cauitatem: tamen cum hoc nulla fit illuſtratio, ſicut Soli contingit, cum impeditur puluere, aut fumo, nebula aut nubibus: eo quod neruus etiam vapore craſſo, aut quauis alia ſubſtantia male diſponitur, & incapax illuminationis efficitur. *Neruis varii obſtructionis modi accedunt.* Dimitto *compreſſionem neruorum, & coarctationem pororũ & ſubſtantiæ:* nam vt cum improportionetur neruus, nequit ſuum munus exequi. Quo conſtat, duob. modis neruum impediri, aut non tranſmiſſo propter obſtructionem ſpiritu, aut illuſtratione fruſtrata propter craſſum vaporem, aut humiditatem laxantem neruum. *Neruus duobus modis impeditur.* Dimitto ſciſſionem nerui; quia non pertinet ad noſtrum inſtitutum.

Hæc profecto dicta ſunt, vt conſtet, in noſtro laborante vtroq; modo factam fuiſſe paralyſin: nimirum ex obſtructione cauitatum neruorum à dorſo exeuntium; & pariter ex defluxu ad nerueam ſubſtantiam, quo laxior facta; ad motum ineptior erat: & vt viam curationis inſtituerem, vtriq; cauſæ & modo proficuam.

Quod vero maius dubium in omni paralyſi foret (ꝙ neceſſum eſt expendere, an præſit in noſtro laboran-

Paralyſim neruum quatenus intemperies nata ſit efficere.

laborante) proculdubio eſt, an *intemperies, quonis modo accidat neruis, id malum nulla ſit efficere.* De frigida quidem, quę frequentius hunc morbum concitat, nulla deberet eſſe dubitatio: præſertim cum Gal. *3. de locis, cap. 7.* id ex profeſſo ſtatuat. Et ratio eſt, quia ſi ſtuporem à frigido prouenire, omnes fatentur, certe frigore creſcente, fiet paralyſis. Inſuper, quia frigidum condenſat, ſpiritum detinet, refrigerat & extinguit; quibus omnibus & neruus efficitur incapax ſuſcipiendi qualitatem ſeu illuſtrationem illã, ex vi indiſpoſitionis nerui à frigore cauſata. Sed maturius profectò conſiderandum eſt, an liceat, ex eo quod Gal. comparet neruum aeri, & virtutem ſeu illuſtrationem, lumini (quaſi exemplorum neceſſaria ſit veritas) ſtatuere, quod ſicut per nullam ſimplicem qualitatem ſolam redditur ineptus aer ad ſuſcipiendum lumen; quia nullam habet frigiditas cum lumine contrarietatem: ob id frigus non poſſit indiſponere neruos ad ſuſceptionem ſplendoris: ex quo inferunt nonnulli ſcriptorum, *conſignandam eſſe ſecundam aliquam qualitatem, qua mediante frigus impedimento ſit.* Cui dubio dicendum eſt, ſatis eſſe ad priuationem ſenſus & motus, organa improportionari ob intemperiem contrariam ei, qua organum efficitur aptum ſenſationi & motui; nam in animalibus inſtrumentis temperamentũ tale neceſſarium exiſtit, non ſolum ad perfectionem operis ſed & ad opus, vt cauſa etiam communis; quo fit, vt citra neceſſitatem ſecundarum qualitatum, frigiditas poſſit lædere, quia neruum priuat debito temperamento, & modo ad operandum. *Præterquam* quod frigiditas, præter id, quod refrigerando lædit, *vt dictum eſt*, etiam incommodat organum conſtructione, coarctatione, duritie, & aliis modis, quas forſan hi autores *ſecundas* appellant *qualitates*: ſed hæc opera, & vitia, quæ ex eis in neruo ſuccreſcunt, ſuperaddita ſunt frigiditati, & læſioni eius.

Dubium.

Præterea *humiditas* etiam, velut nebuloſum quid, membrum indiſponit, quo minus poſſit recipere illuſtrationem ab ſpiritu, ac ſi forſan recipiat, non libere operetur: tũ ſecundo, quia laxior & mollior efficitur neruus, quo ad motum ineptior redditur: oſtenditur autem per ſiccitatem ſanatio.

De *calore* vero & *ſiccitate* maius dubium videtur: dimitto in hac re, quomodo calor ac ſiccitas in his, qui prope mortem ſunt, ſenſu priuent: quod forſan fit, reſolutis ſpiritibus, aut non genitis, aut ſiccitate introducta, quæ veluti connaturalis eſt corruptio. Cęterum de ſiccitate cum materia: nemo dubitat, vt mox leges. Quod vero in hac re difficile videtur, eſt, aſſerere, ſolam ſiccitatem poſſe partes ſenſu & motu orbare, idque non fieri ex pororum coarctatione, vt ſtatuerat Auic. nam cenſet neotericus quidam, coarctationem pororum, quam ſiccitas molitur, non ſufficere ad paralyſim, quia virtus motiua (*inquit*) non diſſeminatur per poros, licet conuulſionem patiat ipſis coarctatis. Sed id eſt quod conſideratione indiget maiori, cum certum ſit, citra aliam rationem poſſe adeo magnam improportionem moliri in neruis, quod impediat illuſtrationem: ſi quidem vnanimi conſenſu ſtatutum eſt, id ita poſſe contingere. Præſertim cum frigiditas hac etiam ratione idem ſymptoma efficiat: ſi quidem vtcunq; neruus indiſpoſitus ſit, idem ſymptoma excitabit. quod profectò ita verum eſt, quod paralyſis fieri non poſſit ex ſolo carnis intemperamento, niſi accedat nerui improportio & coarctatio, aut ſpirituum detentio, vt Aui. dixerat, ſi bene legeris ipſum ea parte. Denique, vt rem concludam, Gal. 1. *de cau. ſym.* ſtatuit, hunc affectum fieri à variis cauſis, ſiue obſtruant, ſiue comprimant, ſiue neruum denſent, aut præter naturæ modum indiſpoſitum reddant, vel ipſum diuidant.

Dubium.

Dubitabit forſan in hac re aliquis, *qui fieri poſſit, quod præfata doctrina vera ſit, ſi neruus in conuulſionibus longe deteriori modo indiſpoſitus paralyſim non efficiat.* Ratio profectò eſt, quia in conuulſione neruus figuram ſeruat ſecundum naturæ modum, quia ob id fit retractio, ad modum retractionis naturalis, & voluntariæ. at in paralyſi ſemper requiritur in neruo indiſpoſitio aduerſa, aut diuerſa à naturali, & neceſſaria ad ſenſum & motum, & ob id deficit in paralyſi ſenſus & motus, in conuulſione non deficit, licet fieri ob dolorem non poſſit.

Sed ad noſtrum laborantem redeuntes (quia de his omnibus quæ in genere ad hanc affectionẽ pertinent, latius diſſeruimus *li. de Praxi*) videndum eſt, *à qua nam ſpecie cauſæ aut morbi illi ſuccreuerit hæc paralyſis, & à quibus cauſis originem duxerit*: ac rurſus, & quod maiorem habet difficultatem, *an habeat aliquem alium affectum cum reſolutione medietatis corporis complicatum.* Circa primum, euidentiſſimum eſt,

Paralyſis cauſæ in patiente præſentis.

ſenſum & motum crurum amiſiſſe ex obſtructione neruorum, qui ad coxendices, femora, & crura diſſeminantur ex vertebris lumborum, & iuxta inguina. Cæterum procedente tempore, ac fuſis humoribus crudis, vi caloris febrilis, & auxiliorum calfacientium, atque vſu balneorum, quæ valuerunt humores craſſos liquare, non tamen prorſus reſoluere, ad crura dilabentibus, cum vaporib. etiam craſſis, per venas, & ab his ad poros carnis & neruorum, laxati ſunt ipſi: & iam ſi aliquis ſplendor permeaſſet, vt comperimus ex aliquo ſenſu, non magis moueretur, quia illuſtratio obumbrabatur prædictis vaporibus craſſis, & tenuibus ſuccis. Denique iam his duobus morbis infeſtabatur, obſtructione nimirum in principio neruorum, & intemperie frigida & humida in omnibus illorum membrorum neruis.

Cauſæ vero inter procatarcticas fuerunt, ingentiſſimus temporis æſtiui calor, fundens crudos & pituitoſos ſuccos, ſimul cum copioſiſſimis & frigidiſſimis potibus: item & longi itineris feſtinatio, quę confluere fuſos humores ad crura coegit, quo obſtructiones ſuborię hæc ſymptomata produxerunt. Præterea ea bilioſis ſuccis febris prædicta orta fuit, quæ ob id diuturnior facta, quia adiuncti ſunt crudi etiam ſucci.

Atrophia quo pacto paralyſi coniungatur.

Tractu vero temporis, ex humore ad carneas & neruoſas crurum partes delabente, & non commutato in alimentum, duæ ſuccreuerunt non minus graues affectiones: quarum altera fuit, *extenuatio membrorum*, ac veluti quædam *atrophia*: & item in quibuſdam partibus ſpecies quædam conuulſionis, quam melius diaetis, ex Aureliani mente, *conductionem*, vt mox referam; ſi prius dixero, qui fieri poſſit, quod in paralyſi cum tanta crudi ac pituitoſi ſucci redundantia, defectus nutritionis iungatur. In quaſe, licet

te, licet neget neotericus ſcriptor Aui. & Gentilis *fen. 2. lib. 1. cap. 12.* ſententiam, qua expreſſe docent, id poſſe fieri, vel ob membrorum quietem ac perfrigerationem, aut ob nutritionis facultatis defectum: cæterum intelligere oportet, id poſſe fieri in ea paralyſi, in qua partes irriganrur frigido humore: nam tunc propter ineptitudinem alimenti, & ſuffocationem vitalis caloris, & prohibitionem ſpiritus arterioſi, plus reſoluitur, quam refici poſſit. At vbi obſtructio ſola eſt ex ortio membri calor languefcit, & impotens ad antiqua munia efficitur, ac membrum ea ratione extenuatur. Eſt tamen hæc differentia, quod in prima paralyſi eſt maior extenuatio, minus tamen conſpicua, quia ex humore pituitoſo partes abundant, quo in tumorem attolluntur, quamuis ex innata carne plus priuentur: cæterum in reſolutione ab obſtructione orta, minor eſt extenuatio & magis conſpicua. Ratio illius eſt, quia in prima eſt duplex atrophiæ cauſa, alimenti videlicet vitium, aut ſumma cruditas, & nutritoriæ facultatis maior iactura, ob vitium caloris vitalis: in ſecunda vero alimentum non eſt ita vitioſum, & virtus & calor magis ſopitus, quam ſit eſſentialiter diminutus.

Ad modum autem conuulſionis, quam noſter laborans patiebatur, accedendo, ſciendum eſt, quod poſt aliquot dies, & adhibitis reſolutoriis auxiliis, cœperunt tendines, qui ſub genu exiſtunt, indurari, contrahi, & retrahere crura, adeo vt ſenſibile fuiſſet iam virium. Quo viſo, differere cœperunt *Paralyſis quonam modo* Medici, *quonam modo poſſibile fuerit, cum paralyſi coniungi conuulſionem.* In qua conſultatione ſtatuimus *conuulſioni* tanquam certum huiuſmodi complicationem nuſquam reperiri niſi in his reſolutionibus, quæ ſolum *coniungatur.* fiunt ex defluxu pituitæ aut craſſorum vaporum per partes nerueas, ſiue adſit obſtructio, ſiue ſecus: vbi vero ſola adeſt capitum neruorum obſtructio, nequaquam fieri poſſe: Quippe in noſtro laborante, ex indurata pituita, quæ imbibita erat in prædictis partibus, tendines quoq; induruerunt, & ob id cōtracti nequibant crura citra dolorem diſtendi; non quidē quod neruus in ſua ſubſtantia exiccaretur. Itaq; duobus modis in his partibus deficiebat motus: vno, defectu virtutis influentis & illuſtrantis; alio vero vitio ipſius inſtrumenti, quod ob id non poterat moueri, quia præ duritie contractum erat. Quas etiam hi duo affectus ſortiantur differentias, latius ſcripſimus *li. Praxis, t. de conuulſione, & ſequenti conſultatione.* Deniq; his tendonibus contingit, quod neruoſis partibus ex vulnere obducta cicatrice, quæ contractione quadam aertum quendam conuulſionis modum æmulantur, quia vera conuulſio non erat, ſed conductio & quaſi contractio longitudinis tendonum; contrarius prorſus affectus laxitati reſolutionis, qua laborare cœperat hic homo.

Quatenus vero ad mali huius præſagium attinet, mox à principio conieci, *morbum fore pene incurabilem*: tum ex poteſtate cauſæ: tum etiam ex inæqualitate materiæ. quippe craſſiſſima erat, quæ obſtructionem fecerat, & ſumme tenuis ac fluxilis, quæ per tunicas deflueat, aut à venis nerui ſuſcipiebant; quo certum erat difficulter poſſe vinci. Præterquam quod febris licet adeo fuiſſet prolixa, & intenſa, nullum valuit præſtare beneficium; quod peſſimum exiſtit ſignum, ſicut extenuati membra reſoluta, aut (*vt feruat*) elongati; hoc eſt, veluti in demortuis corporibus iacere, eo quod in his ligamenta etiam nun ita coarctatas & cohærentes continent articulationes, quo longiores videntur: quod negat neotericus quidam. *Præſagium.*

Ad curationem igitur accedentes, primo mali acceſſu nil aliud faceſſere maius negotium viſum *Curatio.* fuit, quam febris vrgentia, quæ ſola omne conſilium expoſtulabat. Quapropter ſanguinem miſimus *Sanguinis* per interualla, & parcius quam febri erat opus, tum ne vires morbo futuro diuturno deficerent: tum *miſſio.* vero ne maior fieret corporis refrigeratio, & crudorum incoctibilitas. Verum in hoc caſu liberalius ſanguinem miſimus ob febris indigentiam, quam ſi ſola perſtaſſet reſolutio, etiamſi ipſa quoque ſanguinis detractionem expoſtulaſſet. Nam in hoc affectu non licet prorſus formidare ſanguinis detractionem, ſed prudenter præſtare oportet iuxta ætatem iuuenilem, vitam anteactam otioſam, & crapulis deditam, habitum robuſtum, & in aliis corporibus ſi ſuppreſſa eſt aliqua euacuatio conſueta, in quorum omnium contrariis raro, parce, aut nunquam ſanguinem mittimus: at his adhuc cum prudentia & conſilio virium quæ diu ſunt cum morbo pugnaturæ. Factis tamen in noſtro laborante ſan- *Purgatio.* guinis detractionibus quæ ſufficere videbantur, ne febris plurimum creſceret, iuſſi ipſum mediocriter purgare, ex ſyrupo *roſarum ſenato*, cum modico *rhabarbari & agarici*: idque bis, ac ter.

Quo facto, & febre ſeſe iam remittente, cœpimus vitæ inſtitutum ad paralyſis indicationem cō- *Victus inſtitutio.* uertere, non protſus febris indigentia poſthabita. & melicrato ex decocto *radicis ſcorzoneræ, gariophyllatum, betonicæ, cinnamomi*, & aliquando *radicis Chinæ, ligni Guaiaci, & ſaſafraſſa*, quo magis febris decreſceret, pro potu inſtituio, ac victu non adeo humectante, vt antea, medio hoc modo incedere iuſſimus, donec ex toto febris ceſſaſſe videretur. Tunc vero adhibitis *paſſulis, amygdalis toſtis pane biſcocto, aniſo aut coriandro preparato admixto*, cum aſſis auium carnibus, aut elixis, ſed conditis *cinnamomo*, & aromatis huic malo proficuis: prohibito meridiano ſomno, & nocturno non plurimum extenſo, rem egimus; quia exercitio vti, erat impoſſibile, cuius defectum frictionibus aſperis ſupplere iuſſimus.

Mox vero à vitæ & victus inſtitutione curationem reſolutoriam aggreſſi ſumus, præmiſſa præ- *Reſolutionis* paratione pituitoſi & crudi ſucci, *rhodomellite & ſyrupo ſtœchados*, cum decocto *de betonica, rore marino ſal-* *profligatio.* *uia, pulegio, hyſſopo*, aut aliquibus ex his. Inſuper his omnibus cum ligno *aloe gariophyllis*, & buius centus, aquam ſtillatitiam extrahere iuſſimus, ex qua ſyrupum magni momenti parauimus cum ſucco *roſarum, herba arterica, hyſſopi & betonica, cum ſaccharo.* Tandem purgationes ſic conſuluimus: Excipe *agarici tro-* *Purgatio.* *chiſcati* ʒ vi infundantur in li. i. ſ. prædictarum aquarum, & facta colatura, adde *pulpa ſeminis cartami mundati foliorum ſena* ℥.i.ſ. leniter bulliant, & exprimantur, & adde *ſucci roſarum* (ac ſi placuerit efficacius *Syrupus mirabilis efficacia.* purgare, ſuccus ſit ex *roſis Perſicis*) *lib. i. ſacchari q. ſ.* vt fiat ad modum mellis roſati, cuius porrigere poteris vſque ad ℥. iii. Cuius mirabilis efficaciæ aliud expurgans confeci, quod recipit *decocti pugilli lib. i. ſ.*

pilarum cochiarum & de agarico, ana ʒ.iij. ſ. bulliant leuiter & colentur, & colaturæ adde *ſucci roſarum Perſicarum* ℥.vj. *ſaccari* q. s. vt fiat ſerapium. His quidem purgantibus vſus ſum per interualla, & hiberno tempore pilulis *ex hiera & agarico*, quæ magni fuerunt momenti.

Inter vnam tamen & alteram purgationem, conſului, hominem ſemel in hebdomada vomere ex *mulſa decocta cum ſemine raphani*, & poſt vomitum ventrem inungere oleo *maſtychino*, *de mentha & naphæ*: item frequenter clyſmatis vti, aliquando acrioribus, nonnunquam minus acribus.

Balnea.

Tandem his factis, ineunte Vere, ad ſulphurea balnea hominem duximus, cum omnia hæc nihil profeciſſe viderentur. In cuius auxilii adminiſtratione multa animaduertimus, quæ vlutecrum ſunt proficua, citra quæ nulli tamen lene admodum ſolent præſtare beneficium. Primum, oportet balneum eſſe ſulphureum ex naturali ſcaturigine: inſuper præparare conuenit intra domum balnei, aut prope, cellulam probe à ventis præmunitam: etiam corpus eſſe nuper purgatum, & pridie ante ingreſſum balnei noctu neceſſum eſt partes reſolutas inungere *aqua vita*, aut *oleo* quod extrahitur per inſtillationem ex *theriaca magna* & *confectione anacardina*, & pannis inuoluere ſuffumigatis rebus aromaticis: & ſummo mane balneum adire, in quo immoretur vltra dimidiam horam, ac mox pannis calidis corpus exiccatum & coopertum, ſudorem intra lectum prouocare, ac perſtare, quantum citra reſolutionem & deliquium poterit laborans perferre. Mox iuſſi pannis ſuffumigatis *ſtyrace gariophyllis*, & *belzuino* abſtergere, & parum quieſcere ac dormire, exhibito, ſi neceſſitas petierit, vel iure, vel leui aliquo cibo, aut *pane biſcocto* cum *guttulis vini odoriferi*, & tranſactis duabus horis, aut paulo minus à balneo, prandium inſtitui ex *aſſo pullo*, *aut pulla*, *vel perdice*, *cum amygdalis toſtis & paſſulis in prima menſa*, & modico præſtito potu, vel ex *aqua balnei*, ſi corpus non fuerit admodum gracile, vel ex *aqua decocta aniſo*, aut *cinnamomo*, *ſaſafraſa* & ſimilibus. Et in vltima menſa exhibui *aniſum toſtum*, vel *cinnamomum ſacchare* conditum, vel *citri* conditi modicum. Cœnam inſtitui, vel ex ouis *ſorbilibus*, aut ex *pullo aſſo*, cum eiſdem rebus in principio & fine menſæ. Tandem eodem modo iuſſimus ſpatio viginti dierum hominem balneare; hoc vno addito, quod mox à ſudore pars reſoluta inuolueretur panno *ex ligno crudo* pluries madido & exiccato *aqua vitæ*, vel *decocto ligni Guaiaci*, *cardamomi*, *florum ſtœchados*, *ſaluia*, *anacardorum*, *betonica & mentaſtri*. Tranſactis tamen prædictis diebus, hominem iuſſi purgari eiſdem purgantibus ſuperius memoratis. Et licet non multum profecerit, beneficium tamen non leue ſuſcepit.

Balnea vt paralyticis proficua ſint qualiter adminiſtranda.

Potus.

Verum quia iterum reuerſurus erat ad balnea, principio autumni, lauacris & inunctionib. cutanei diligenter partes fouere: Cuius naturæ eſt *aqua vitæ ex vino decocto cum iba*, *ſatureja origano*, *mentaſtro*, *ſerpyllo*, *gariophyllis floribus roris marini*, *maiorana*, *carpobalſamo*, *nuce muſcata*, *cubebis*, *ligno aloes*, & *ſimilibus*. Item inungimus extractione per alembicum ex confectione *anacardina & theriaca*, *methridatio*, *diambra*, *diamuſco*, *pleriſarcotico*, *& herba paralyſis*, *cum cardamomo*, *macis*, *& gariophyllis* in vino *& aqua napha & ſaſminorum*; mirabile quidem præſidium. Item aliam conſuluimus non minoris momenti, quæ recipit *aqua vitæ* ℥.iiij. *radicum iba*, *acori*, *pyretri*, *coſti foliorum hyſſopi*, *calamenti*, *ana p. i. florum anthos ana* ʒ.ij. *piperis nigri*, *gariophyllorum*, *nucis muſcata*, *calamenti*, *ana p. ſ.* coniundantur diligenter omnia, & tenui linteo incluſa trium dierum ſpatio in prædicta aqua infundantur, & aqua percoletur: & eſt magnæ poteſtatis, ſi ʒ.ij. cum aqua *ſtorcionera* ſummo mane præſtiteris laboranti. Item ſi pars reſoluta inungatur eadem *aqua & oleo ſaſminorum*.

Inunctio.

Inunctio magna poteſtatis.

Aduentante autumno, cum fuiſſet poſſibile, iterum breui tempore ad balnea adire inſtitui, quæ etiam profuerunt, & prohibuerunt mali augmentum hyberno tempore. Cæterum pauperibus, qui maiora auxilia conſequi non poſſunt, mirabile inſtitues ſudatorium, quod multis prodeſſe viſum eſt, & recipit *milium à cortice repurgatum*, & coquatur in vaſe mundo cum debita quantitate *aqua*, donec probe intumeſcat, & dirumpatur: deinde percoletur ius, & eius præbe laboranti ℥. vj. *vini aromatici* ℥. iij. & actu calidum præbe laboranti, donec ſudet: quod facies quindecim diebus.

Sudatorium pro pauperib.

Sed vt noſter laborans hyemem tranſiret ſine nouo damno, iuſſi præbere modicum *elixir vitæ*: item dum laborans it dormitum ℥. iij. huius aquæ, quæ recipit *ligni Guaiaci raſi lib. s. radicis Chinæ minutim inciſa* ℥. v. *ſparteparellæ lib. ſ. ſaluia*, *herba paralyſis*, *roris marini*, *maiorana*, *pulegii*, *ana m. ij. ſeminis fœniculi & aniſi ana* ʒ. iiij. *gariophyllorum*, *carpobalſami*, *nucis muſcata cubebarum*, *ligni aloes*, *ana* ℥. ij. *florum tiliæ*, *ſtœchados & roſarum*, *ana p. iiij.* macerentur omnia in vino albo, per diem & noctem, & poſtea colentur, & iterum infundantur in ſufficienti quantitate aquæ, & leuiter coquantur, ac mox inſtillentur in duplici vaſe: eſt quidem mirabilis efficaciæ. Præſtat etiam mane laboranti porrigere tempore brumali *mel roſaceum confectum ex prædicta aqua & ſucco roſarum*, vel paratum hac lege. Accipe *ſaluia*, *iua artetica & pulegii ana m. i. florum anthos*, *ſtœchados*, *& roris marini*, *ana p. i. gariophyllorum & ligni aloes*, *ana* ʒ. iij. *cinnamomi* ʒ. i. ſ. bulliant in lib. ii. aquæ vaſe coopetto ad medietatem, & facta colatura citra expreſſionem, accipe eius ℥. x. *ſucci roſarum rub.* ℥. *viij. mellis & ſaccari* q. s. vt fiat ad modum mellis roſati, cuius porrige ℥. i. ſ. Prodeſt mulſa in qua diſſolutum aut infuſum ſit aliquid *caſtorei*, ſeu *cranei humani combuſti aut theriaca vel mithridati*. Conferunt & tabellæ ac puluereſ qui recipiunt *gariophyllorum*, *nucis*, *cubebarum*, *corticum citri*, *ligni aloes*, *ſeminis fœniculi & aniſi*, *ana* ʒ. i. *coriandrorum præparatorum & roſarum rub. ana* ʒ. iiij. *ſacchari. q. ſ.* vt fiant tabellæ quarum vſus eſt parum ante cibum.

Aqua mirabilis efficacia.

Mel. roſatū.

Infuſum.

Tabellæ ac puluere.

Tranſacto tempore hyberno, item ad balnea remiſimus laborantem, è quibus non multum vtilitatis extracit. Et ob id fuimus omnes conſulentes vnanimi decreto, quod *ligni Guaiaci* decocto ſudaret. In quo opere non defuerunt viri docti, qui ſtatuiſſent, vltimis ſudoribus corpus *hydrargyro* debere vngi. Quod mihi non placuit: tum quia nullus veterum aut neotericorum autor

eſt in

eſt in reſolutionibus vti ho[c] præſidio; cenſeo profecto periculo plenum eſſe, repellentibus ad viſcera vi ſua morbis neruorum, vt hydrargyri eſt poteſtas: nam qui reſoluti ſunt, viſcera & partes internas citra euidens damnum habent, & ad ea mittere quod in externis partibus inhæret, [m]ore plenum exiſtit. Nam ſi morbo Gallico affectis prodeſt adeo mirabiliter, quantumuis h[a]be[a]nt articulationes & neruoſas partes m[a]le affectas, eo quidem eſt, quod interiora habeant long[e] magis affecta [ ] à quibus ad externa confluit maleficus ille humor, & ſic ab omni parte pellit ad emunctoria, & corpus vniuerſum expurgat. Et ob id in his qui reſolutionem patiuntur ex morbo Gallico, aut cum ipſo coniungitur, m[ihi] non eſt dubium, q[u]in max[i]me ſit proficuura inunctio ex hydrargyro: in reliquis vero inunctio, quæ eiſdem rebus paratur citra hydrargyrum, neceſſaria erit & vtiliſſima. Sic profecto conſuluimus hominem ſudare, hac lege, quod ante cœnam vngerent ii partes reſolutæ, vnguento quod mox leges: & poſt cœnam, dum it dormitum, ſumeret ℥ ij. *ſi[r]upi liquoris ligni Guaiaci*, quem nuper ſcripſimus, quo diſponantur interni humores, vt facilius mane ſud[a]tio cedant: & inunctione dicta partes præparentur, ad hoc quod ex eis partes per reſudationem reſoluantur. Vnguentum huic miniſterio proficuum erit, id quod recipit *pinguedinis porci pluries aqua fumaria abluta lib. ij. butyri vaccini recentis abluti aqua vitæ & fumariæ* ℥. ix. *axungiæ anatis gallinæ, & anſeris ſæpius prædicta aqua lota, ana* ℥ ij. ß *pinguedinis vrſi, pinguedinis equi, & pinguedinis hominis, ana* ℥ iij. ß *pinguedinis ſerpentis* ℥ ij *pinguedinis taxi* ℥ i *dialthea. lib* ß *theriaca Andromachi* ℥. iiij *olei laurendula* ℥. ij. ß. *olei hypericonis & laurini, ana* ℥. i ß. *vnguenti Agrippæ, vnguenti Aragon. & vnguenti Marciatonis ana* ℥ iiij. *pulueris maſtyches & thuris, ana* ℥ i *pulueris ligni aloes, macis, cinnamomi, garyophyllorum, ana* ℥ iij. *pulueris ſtœchados, maiorana, ſaluia, ana* ℥. vii *pulueris radicis ſmilacis aſperæ* ℥ i ß *pulueris viſci quercini & roris marini, ana* ℥. vii. *euphorbii præparati cum ſucco limonum & ſucco citri, & granorum eius, & oleo violarum & amygdalarum dulcium*, & puluerizati ſubtiliſſime ℥ xi. fiat ex omnibus v[n]guentum. Sic vero aff[e]ctis [pro]ſunt mirum in modum vſus pilarum, quæ recipiunt, *lupulorum, pentaphylonis cum radicibus, ana m. iij acetoſæ & abſynthii Pontici, ana m. i. ſmilacis aſperæ minutim inciſæ & confractæ, & ligni Guaiaci raſi, ana* ℥. ij *radicis Chinæ in minutiſſimas partes diuiſa,* ℥. i. *foliorum ſenæ & ſeminis cartami, ana* ℥. i. ß *ſeminis fœniculi* ℥. i coquantur in lib. iii. aquæ ad conſumptionem duarum partium: cui adde [in] [fac]ta colatura [t]um expreſſione, *agarici trochiſcati & rhabarbari, ana* ℥ vi. *aloes optimi, & pulueris hieræ Galeni ana* ℥ i. *pilarum alephanginarum & cochiarum, ana* ℥. vi. *pulueris diarhodonis Abbatis, & aromatici ro. & cinnamomi, ana* ℥. i. *miſce*, & fiat maſſa, donec ebibatur decoctum in Sole: His enim vti poterit pondere ℥. ß. his, terue in menſe, poſt omnem curationem, ad conterendas huius mali reliquias: maxime cum adiuncta fuerit Gallici morbi lues.

Hydrargyri inunctio in reſolutis periculoſa.

Vnguentum ad ſudorem prouocandũ.

Pilulæ pro paralyticis.

Quibus ſic præmunitis laborans ſudet, quantum citra virium iacturam potuerit, ſpatio viginti aut triginta dierum. Poſtea vero ad topica auxilia deueniendum eſſe conſul[ui]t rei vigentia, quæ proficua ſunt ad conterendas partium reſolutarum reliquias. In quorum vſu tria ſemper, & in hoc laborante præ oculis habui. *Primum*, quod vbi partes reſoluuntur ex ſola obſtructione in origine neruorum, præſidia attenuantia & reſoluentia ſunt adhibenda, vt *Gal.* conſuluit: cauentes tamen, ne ad neruearn cauitatem ex toto corpore aut capite plus ſecedat topicis aut vniuerſalibus auxiliis. Verum quidem eſt, ſemper partem reſolutam fouendam eſſe, non quidem *inunctionibus mollificantibus*, quia grauius efficitur damnum: ſed his, quæ calorem ad partem euo[c]ent, ipſumque foueant, nam ſæpe reſoluta membra ex quiete torpent, & ex hoc minus conſ[um]unt [ali]mentum, & ob id minus conterunt excrementa: quo difficilius curantur, & aliam etiam expoſtulant prouidentiam & curationem. Hunc profecto vſum præſtat *elixir vitæ, & aqua vitæ*, ac alia[e] [in]ſtillationes, quas nuper memorauimus: & item veniendum eſt ad frictiones, percuſſiones cum *vri[ca]* ad [r]*ubiſicas*, & ad reliqua euocantia calorem.

In topicis auxiliis paralyticis adminiſtrandis quæ obſeruanda.

Attenuantibus & reſoluentibus qua lutor in paralyſi ſit vtendum.

Secundum, quod vbi ab origine nerui, vſque ad extremum nerui ac membri, reſoluti humores aut vapores obumbrant & impediunt ſplendorem, tunc pro[fe]cto attenuantibus & reſoluentibus in vniuerſo membro reſoluto vtendum eſt; primo [fo]ment[i]s ex nuper dictis: ſed maxime his quæ parantur ex decocto *chamemeli, anethi, pulegii, origani, chamepitii hypericonis, betonicæ, ſtœchados, ſaluiæ, calamenti, ſerpylli, lauri, & ligni Guaiaci*: maxime ſi in ho[r]um decoctione integram vulpem adieceris, donec ex toto contabuerit. Proſunt & inunctiones reſolu[e]ntes, quales adduximus *lib. Praxis* ſed maxime quæ recipit aliquod ex oleis ea parte adductis, & præcipue *therebintina, aut iuniperi*, per diſtillationem extractis: etiam & balſamum, ſiue naturale, ſiue artificiale ſit, quale deſcribit Andernacus. Item conficiens aliud q. r. *ole. iuniper. vulpini, ex pipere & ex euphorbio, ana* ℥. i. *maſtyches, ammoniaci, bdellii & ceræ*: gummi diſſoluantur in aqua vitæ. Tandem in his ad v[ſ]tiones, ad ſynapiſmata, & ad vnguentum illud mirabile nuper adductum, *extracto argento viuo*, deuenies.

Fomenta.

Inunctiones

Verum cum membrum aliquo modo iuxta tendones induruerit, coarctatũ ac veluti conuulſum fuerit, ita vt neq; membrum moueri citra dolorem permittat, ad aliud inunctionum genus peruenire oportet, quale eſt, quod ex axungiis, *anatis porci cati hirci & anguis. cum oleo ſeſamino, amygdalarũ dulcium, & cera paratur, cui addes theriacæ modicum*, aut aliquid, quod emollitum humorem reſoluat; quale eſt *oleum vitis di vulpe, vel ex calidis moderate aliquid*.

At ſi membrum contabuerit, vtendum eſt omni reſumptiua nutritione, in cibis, potionibus, ac partium contabeſcentium frictionibus: item condito aliquo reſumptiuo, quale ſolet eſſe id q. r. *pulpæ alarum & reliquarum partium caponis, perdicum, ana lib. i carnium dactylorum* ℥ ii *carnium iuiubarum* ℥. i. *pinearum in vino mundatarum* ℥. ij. *amygdalarum* ℥. iij. *ſeminum fri. ma. & maluarum ana* ℥ i. *liquiritiæ raſæ & mundæ* ℥. ß. *tragacanthi & gummi Arabici, ana* ℈ iiij *piſtentur* omnia ſecundũ ar[te]m, & adde *ſacchari*

Nutritio reſumptiua.

albiſsimi q. ſ. & addito ſerapio *ſchorcionera & ſpecierum reſumptiuarum* ℥ i ß *electarii de gemmis* ʒ j. miſce. Poteris etiam ſtilloticas aquas ea carne *auium teſtudinum*, & maxime perdicum, cum cibaris admiſcere. Item expreſſiones carnium aſſarum cum atomatis, & alia quæ citiſſime & copioſe alant. Exterius vero ſolis modice mollientibus vteris: velut *vnguento reſumptiuo*, *oleo de ſemine ſeſami & lini*, *lotis lacte mulieris*, *aut aſina*, & ſimilibus, qualia ſæpe in hecticis febribus, ſed præcipue in atrophia adduximus. Quibus omnibus paulatim, & longo tempore, licet non in integrum, tamen in mediocrem ſanitatis modum ex re veluti deſperata, deuenit hic laborans.

De conuulſione ex vulnere.

Consvltatio VIII.

PETRVS Sancius à Gueuara, eques militaris ordinis ſancti Iacobi, cum eſſet in medio iuuentutis ſuæ, atque biliosæ & ſanguineæ temperaturæ fuiſſet, cum vergentia ad melancholiam, ex laboribus & militaribus exercitiis, à cuſpide ſagittæ in ſeditione quadam percuſſus in tendine, ſeu craſſo neruo iuxta calcem, febre correptus, doloribus ingentiſſimis cœpit vexari. Ac primum, muſculi poſterioris partis, qua carnoſa prominet (*ſura* nuncupata) à quibus nerui, arteriæ & venæ in ea parte exiſtentes læſę, cor, hepar & cerebrum adeo læſa fuere, quod febris creſceret ob arterias, ob neruorum conſortium cum cerebro, deliria oriebantur, tumores & diſtenſiones. Ex quibus totius corporis cum crure ipſo conuulſio ſequuta fuit, quib. in maximum diſcrimen laborans decideret, ni ſedula diligentia & impenſa cura, illi auxilia fuiſſent præſtita: ita niſi tamen claudus, iuxta Hipp. decretum 1. de morbis, dicentis: *In vulneribus, qui craſſos neruos ſauciatos habent, neceſſe eſt claudos fieri*: quod etiam dixerat 2. prorre. *Vbi vulnera in articulis ferientia neruos, efficiunt claudos.* His omnibus malis veluti imminentibus, & à principio præcognitis, me conuenit, vt ipſius cum Chirurgis & Medicis curam gererem.

In quo grauiſſimo caſu multa conſulentibus diſſerere fuit opus, vt ad rectam curandi rationem certius & ſecurius accederemus. Primo *mali huius naturam* (quę non ſolum erat *ſoluta continuitas*) *diligenter curauimus cognoſcere & explicare*: *Secundo cui particulæ proprius conueniat inter ſauciatas, conuulſio*: tertio, *quibus modis ei parti accidere poſsit*: quarto, *à quibus cauſis*: quinto, *quæ accidentia ſecum afferat conuulſio hæc*: ſexto, *quem exitum potuiſſem expectare*: vltimo, *qua curandi lege mala quæ imminebant, prohiberi poterant & præſentia curari.*

Circa primum, licet ſoluta vnitas primo acceſſu ſeſe oſtenderet, euidentiſſimum & compertum habuimus, eius eſſe naturæ, quam *puncturam* Medici appellant, ex qua conuulſio & accidentia illa grauiſſima orta fuere: quia neruus ille grandis percuſſus fuit. Quapropter vniuerſa diſceptatio in hoc caſo circa conuulſionis naturam erat habenda, vt cuncta quoad cognitionem, præſagium & curationem clarius & ſecurius fierent.

Conuulſio quid. Eſt igitur conuulſio, retractio membrorum inuoluntaria ad ſuam originem: quæ licet ſit motus voluntario ſimilis) tamen eo quod proficiſcatur à ſolo morbo (*vicem motoriæ facultatis agente*) vicem præternaturalis agit, ratione principii effectiui, & naturali motui ſimilis, ratione modi: quia ſic in conuulſione, muſculus qui conuellitur, in latum amplior, & decurtatur eius longitudo, morbifica cauſa afficiente prædictam figuram: ſicut motiua facultas aſſueſcit efficere, dum motum voluntarium conatur edere.

Conuulſio duplicis naturæ & conditionis eſt. In qua ſane difficultate ſeu deſcriptione multa ſeſe nobis offerunt enodanda. Primum, eſſe huiuſmodi inuoluntariam retractionem duplicis conditionis & naturæ: vnam quæ vera eſt & legitima conuulſio (quæ in varias & infimas diſſecatur ſpecies, *vt mox conſtabit*) ex deprauata membri figura contracta, vt dictum eſt, à cauſa etiam præter naturam, dilatante muſculi ventrem citra actum naturæ: quinimo contra ipſius nutum, altera quæ potius *contractio* meretur dici, quia in oris tortura, ſano latere reſolutum trahente, veluti conuulſio videtur: eo quod citra voluntatem muſculus ille ad ſuam originem buccam retrahat: quod ſane vere ſymptoma eſt per conſenſum, peculiari conſenſus ratione: nam cum actio buccarum ſit actio tonica, & à duobus agentibus ſimul efficiatur, procul dubio altero deficiente, vniuerſa perit. Sic reſoluta altera buccarum, ſana redit in ſeſe præter naturæ modum, qui in tonico illo actu exiſtit, & ex conſenſu alterius motum efficit deprauatum, qualis eſt retractio ad alterum latus, per potentiam cui munus erat, in medio os continere. At profecto in vera conuulſione alicuius buccarum, ſana trahitur verſus conuulſam, & perit tonus, & oris poſitura ex vitio conuulſionis trahentis in conſenſum alteram buccam; quia erat commune officium. Et ob id non eſt minoris momenti, docere, in conuulſione vnius buccarum, an ſana patiatur: quia violenter trahitur, ſicut ociante reſoluta, ſanam pati: quia tenor, qui vtriſq; erat communis, altera earum læſa, per eſſentiam perit, reliqua per conſenſum patiente quoque.

Legitima. *Illegitima.*

Conuulſio cuius facultatis ſymptoma ſit. Secundo diſceptandum venit, *ſi conuulſio ſymptoma eſt in actione vitiata, cuius nam facultatis ſymptoma ſit.* Nam ſi vitium illud (*vt communis eſt ſententia*) à ſolo morbo fit, & motus ille deprauatus ſolum eſt voluntario ſimilis, & à morbo, non interueniente facultate, factus, & actiones læſæ ad facultates debent reduci, videtur, in conuulſione nullum verum ſymptoma reperiri poſſe. Ego quidem in hac re lib. *Praxis*, citra controuerſiam ſtatui, conuulſionem eſſe potentiæ animalis motiuę proprium & peculiare ſymptoma. Quam veritatem vt fugerant noſtri temporis Medici, multa adducunt, tamen poſtea in

ſtea in mea ſententia coacti ſuam inſinuant, quamuis eam fugiant. Quippe ſtatuentes differentiam inter motum & actionem, docent, *quietem brachii conuulſi non eſſe motum*, eſſe tamen actionem; & optime quidem: ſed tunc inquirendum eſt, cuius nam facultatis eſt actio: & reſpondent, non quidem motoriæ, ſed cauſæ, ſeu morbi brachium conuellentis: & optime, quia cum contrahitur brachium, in illo inſtanti in quo ceſſat motus, terminus eſt productus, & ceſſat actio, quatenus pertinet ad nouum vbi: non tamen ceſſat, quatenus pertinet ad conſeruationem illius præſentiæ localis: cæterum hæc actio, ſicut neque motus ad illum terminum, non venit referenda ad motiuam facultatem, ſed ſolum ad cauſam motus localis, qui fit in illa conuulſione, nimirum ad morbum qui conſeruat locum illum & illam figuram: Ergo ſolum erit effectus morbi, & ſymptoma partis violenter tractæ.

Ex quibus conſtat quærendum eſſe, *quale ſit verum ſymptoma pertinens ad potentiam motiuam in conuulſione*. nam ſymptomata vera & propria ad actiones vitalium facultatum referri debent, in morbus eſt deprauata conſtitutio immediate lædens actiones. In qua re ſtatuendum cenſeo, in conuulſione duplex reperiri ſymptoma: vnum eſt membri perperam ſe mouentis & contrahentis ex vi morbi facultate non læſa in illa contractione: & reliquum eſt vere & proprie facultatis animo- tiuæ, ob actionem eius abolitam in membro quieſcente, ex morbi poteſtate, quia licet poſſit mouere, non audet præ dolore, quo actiones facultatum læduntur. Quippe morbus in ſua ratione formali includit læſionem actionum vitalium: & ea ratione propter eius poteſtatem, quatenus talis eſt (nimirum quod eſt figura vitiata muſculi, qua cogit membrum conuelli) habet aliam inſeparabilem hoc eſt, lædere alias, & naturales aut voluntarias actiones potentiarum. Tunc ſic quærendum erit, *quid faciat ad rem, aſſerere, vt nonnulli aſſerunt, quod morbus contrahat, & conſeruet contractum brachium* quatenus eſt morbus huius aut illius figuræ) *ad illud quod quærimus de potentia motiua læſa. ratione morbi. ſi conuulſio verum eſt facultatis ſymptoma*: nam ea conſeruatio brachii in figura ſeu termino motionis, ſeu retractionis, efficit priuationem actua motoriæ facultatis. Quo factum eſt, vt quantumuis confugiant ad morem loquendi Gal. qui deprauatam actionem motiuæ facultatis ſtatuit, teneantur dicere, deprauatum eſſe motum, & deprauatam quietem, ob abolitam facultatem motiuam vitio inſtrumenti; quia veluti ligata eſt & coercita, ne moueat (etiamſi poſſit) verens dolores & maiora mala. Quapropter male ſtatuunt rem hanc, cum hæc ſcribunt verba. Itaque conuulſio eſt ſymptoma actionis læſæ præter naturam deprauatæ ex parte principii facultatis: & ideo *facultatis* dicitur & eſt *ſymptoma*; & poſtea recantant palinodiam, referentes principium ad inſtrumentum ... dictum, quod ſymptomata debeant referri ad cauſam impedientem: cum ſolum debeant attribui ad facultatem impeditam hac vel illa cauſa. Quo fit, vt nulla lege poſſint referri motus vitioſi ad vitiatam potentiæ motiuæ actionem, ſed ſolum ad morbum, & potentiæ motiuæ ſymptoma eſſe ablationem illam, & quietem inuoluntariam, licet moueri poſſit, quia non audet. In qua quidem re ſolet controuerti, *an in quiete illa ſit aliqua actio facultatis motiuæ, aut morbi ipſius qui duxit membrum ad illum locum vbi quieſcit; vel ſolum ſit reſiſtentia ad motum, aut aliqua actio conſeruatiua termini acquiſiti per motum, vel ſit potius actio abolita: quia prorſus quieſcit facultas motiua*. Cuius rei gratia in memoriam reuocare oportet, aliquando diſtingui motum ab actione, idq; formaliter, & ob id poſſe vnum ſine alio manere: quia illa entitas, quæ eſt eadem in vtroque, manet in vno cum ratione formali vnius, & non alterius. Sic profecto in quiete manet terminus, non tamen manet motus, licet motus & terminus ſint idem realiter: quia manet illa entitas cum ratione formali termini in quiete, & ſine ratione formali motus. Et ſic in côuulſione, quãdo membrum conuellitur, actio & motus ſunt idem: quando vero manet actio, prout conſeruatiua termini, in quo quieſcit, non manet ratio motus; quia non manet nouitas & tranſitus de non eſſe ad eſſe: manet tamen actio ſine motu (quia nullũ acquiritur aut mutatur vbi) conſeruatiua illius termini, vt exemplo auis in aere quieſcentis comprobari poteſt, ſit ne illa conſeruatio à vi & poteſtate morbi retrahentis membrum ad illum locum, vel facultatis motoriæ, non audentis membrum mouere præ dolore, licet poſſit, vel ſit ſola reſiſtentia ea parte membri: hoc eſt, quod quæritur. In qua re cenſeo eſſe verius decretum in illa quiete eſſe actionem aliquam, quam ſtatuere illum eſſe ſolum reſiſtentiam, dummodo intelligatur, vt mox leges. Ratio profecto eſt, quia ſicut eſſe in loco, eſt effectus poſitiuus: ſic profecto debet habere actionem poſitiuam, qualis eſt actio conſeruatiua in loco: reſiſtentia enim non eſt poſitiua efficacia, ſed qualitas impeditiua contrariæ actionis: ſed vbi eſt terminus poſitiuus productus, ſicut præſentia corporis in loco, debet etiam eſſe actio conſeruatiua corporis in loco, quæ producitur in inſtanti terminatiuo motus acquiſitiui huius ſitus, qui terminus eſt extrinſecus ipſi motui, qui deſinit extrinſece: & in illo inſtanti præſentia localis corporis in hoc loco, eſt per actionem intrinſece productam in illo nunc: poſt illud vero nunc, eſt illius præſentiæ in loco conſeruatrix per illam met actionem. Et ita in definitione conuulſionis debet intelligi *actio tam quæ eſt cum motu, quam quæ eſt ſine illo*. Cui vero huiuſmodi actio pertineat, *morbone, an facultati motrici*, non eſt ita facile dirimere. Ad cuius dubii enodationem ſtatuendum eſt, in conuulſione duplex reperiri ſymptoma in ipſa quiete membri conuulſi: alterum quidem morbi, & reliquum facultatis motoriæ: morbi quidem, quia ſicut ſolus membrum retraxit, citra potentiæ adminiculum, ita quoque conſeruat, & vt neoterici cenſuerunt, veluti impedit, quo minus membrum moueatur: ſed re vera agit, continendo membrum in eadem figura. Reliquum vero motoriæ facultatis, quæ veluti abolita videtur, quia licet poſſit membrum mouere, non audet verens dolorem, & ſic quieſcit membrum, quia morbus quieſcendo adhuc agit, continendo membrum in ea figura & inſuper quieſcit, quia facultas non poteſt mouere ob adductam rationem: & quia membrum cogit ipſam quieſcere: qua ſignificatione

Conuulſio quale ſit verum ſymptoma ad potentiam motiuã pertinens.

Conuulſio quid.

Quæſtio.

Solutio.

Dubium.

ſub-

ſubaudire oportet modum reſiſtentiæ, quem neoterici ſcribunt in hac re: nam re vera potius actio dicenda eſt, quam reſiſtentia. Quam ſane doctrinam profeſſus eſt Gal. *lib. de ſympto. diff.* ſiquidem reponit conuulſionem ſub actibus vitiatis, ac ſtatuit, priuationem, ſeu, vt *rectius loquar*, immobilitatem ſub eodem genere vitiatarum actionum debere reponi, haud ſecus quam immobilitas in paralyſi, *vt latius comprobat 2. de cau. ſym.* dicens: *Præter hoc igitur dictum eſt, conuulſionis motum ex ſolo fieri morbo immobilitati quæ in paralyſi viſitur non diſſimili, vt quæ ipſa quoque morbi occaſione incidat.* Ex qua doctrina colligitur, vniuerſam conuulſionis naturam ſolum eſſe ſitam in habitu illo, in quo quietem illam ſeu ceſſationem, aut immobilitatem ſitam eſſe arbitramur, non quidem ſolum in motu muſculi ad ſuam originem, in quo ſitu immobilis manet. Quod vlterius probat paulo in-

Quietis triplex ſpecies.

ferius explicans triplicem quieties ſpeciem: *primam*, quæ in paralyſi cernitur, à morbo ligata natura: *ſecundam*, quæ in membro extenſo habetur, à ſola virtute facta: *tertiam*, quæ à neutro fit, vt tremor, qui ex duobus motibus conſtat, neutra motus cauſa quietem habente, quia hic motus in-

Conuulſi membri quies motus vere eſt.

uicem pugnantes quietes dirimit, & ob id quiete ſenſibili caret, licet ſine ipſa fieri non poſſit. Ex quo inferre oportet, conuulſi membri quietem, motum vere eſſe: nam talis habitus, inquit Galen. alio quidem modo *motus*: alio vero *immobilitas* dici poteſt: motus quidem muſculi morboſi: quietes vero totius membri: nam reliquæ duæ quietes nullo modo motus participes ſunt, ſicut neque motus voluntarius nullo modo ad immobilitatem attinet; ſicut vera conuulſio: in qua, vt rem concludam, motus verus eſt, qui membrum in ceſſatione conſeruat. In qua quidem re adeſt egregia differentia inter motum conuulſiuum & veram conuulſionem; quia in motu conuulſiuo eſt vere & proprie motus deprauatus ex parte principii actiui, nimirum facultatis motiuæ: in conuulſione vero eſt ablatio poteſtatis motoriæ à morbo prorſus vitiante & incommodante inſtrumentum ad

Motus conuulſiuus & vera conuulſio quid differant.

motum, etiamſi ipſa poſſit ſua ſponte mouere. Inſuper differunt, quia in motu conuulſiuo, facultas, etiamſi velit, quieſcere non poteſt, quia vehementer irritatur: in conuulſione vero etiamſi facultas poſſit mouere membrum, non audet, neque poteſt, quia vehementer ligatur ob ineptitudinem organi: quo fit, vt prorſus otietur, & veluti abolita videatur: & ideo iure optimo veniat reducendum hoc ſymptoma, quatenus pertinet ad motum retractionis membri, ad morbum ipſum retrahentem membrum, quatenus vero ad quietem, tum ad morbum conſeruantem, tum vero ad facultatem otiantem, ſeu nequeuntem membrum mouere præ dolore: & ſic actio in quiete fit à morbo, & ceſſatio pertinet ad potentiam & abolitam facultatis actionem, ſi velimus naturam rei perpendere.

Conuulſionẽ à vitiata figura muſculi proficiſci.

Ex his quæ dicta ſunt conſtat euidenter, hoc ſymptoma neceſſario & immediate, atque ex natura rei proficiſci debere à vitiata figura muſculi: nam quid opus eſt multis, ſi tota ratio eius ſtat in ſimili eius retractione rei, quæ fit in membro, dum ſecundum naturam operatur? nam citra dubium taliter à morboſa cauſa debet muſculus diſponi ad conuulſionem, qualiter à natura diſponitur & figuratur, cum voluntarie mouere nititur: ſed ſecundum naturam venter muſculi ampliatur, quo breuior in longitudine efficitur, vt fiat ea ratione retractio membri ad originem: ergo in conuulſione ex natura rei, eandem figuram tenetur ſortiri muſculus, ac ex conſequenti, talis erit morbus, nimirum figura. Cæterum, quia illa ampliatio ventris muſculi fieri nequit, niſi à cauſa diſtendente, ac intemperante partem, ob id opera eſt varietas & difficultas de natura morbi in conuulſione. In qua re ſtatuendum eſt, ſolam figuram eſſe immediatam cauſam retractionis (*vt ſecundum naturam fit*) reliquæ vero ſunt cauſæ neceſſariæ ad talem morbum efficiendum. Sic profecto ſoluta vnitas (ſiue ex humore, ſiue ex inanitione oriatur) non facta, quia non cauſaret talem figuram (nec dolorem) ſed fiens, hoc eſt illarum partium extenſio, ac veluti diruptio: ſiquidem potius appellatur diuiſio, quam vera continuit ſolutio, & ſic multi legunt, *Spaſma*, loco verbi, *Spaſmos*: quia nunquam ex toto ſoluitur continuum; & cum in cauſa replente, aut diſtendente, vel contrahente, adeſt etiam diſtemperies, ob id tanquam cauſas morbi, multi cenſent, ad eas referendam eſſe conuulſionem. Quibus accedit, ob prædictum fientem diſtenſionem, acerbiſſimus dolor, qui vigilias, animi deliquia, & non raro mortem citiſſime accerſit. Cum hoc tamen multi ſunt, qui licet plurimum conuellantur, dolorem tamen non habent. Ratio profecto eſt, quia ſenſim & paulatim fit, non ſubito, & rurſus id etiam contingit, quia vel non trahitur membrum vltra naturalem & mediam figuram; & vltimo, quoniam indureſcit neruus ex materia defluxa, ac ſcirrhoſus & durior efficitur: quo fit, vt ſi illud membrum diſtendere tentaueris, ſummopere dolebit.

Conuulſio cum particula muſculorum conueniat, & quibus modis accidere poſſit.

Conſequentia ſermonis ducimur in tractationem de affecta parte in conuulſione: quæ res, licet ex rei ipſius natura aperta videatur (nimirum ad muſculum ad quem pertinet motus voluntarius, ſiquidem is & conuulſio ſimiles ſunt) tamen quia in muſculo plures reperiuntur partes, ſcire neceſſum eſt, cui earum propria ſit conuulſio. In qua dubitatione ſtatuendum eſt, muſculum eſſe organum motus, qui conſtat carne, neruo, tendine, & aliis fibris carnoſis, ex carne & fibris neruoſis intertextis. Et licet totus muſculus huic miniſterio incumbat, non quæuis eius pars motum edit: quippe neruus motus & ſenſus eſt delator, non effector; tendo in validioribus motibus, vt validus neruus, oſſibus alligatur, quo trahat ipſa, quo animal voluerit: caro mollis in tutelam neruoſarum partium præſtita fuit: carnoſæ vero & neruoſæ ſimul fibræ proprie & immediate motum efficiunt. Et ob id vbi hæc ſunt, ibi & motus, ſiue tendo adſit, ſiue ſecus, vt conſpicimus in cute frontis & buccis, ac in muſculis ani & veſicæ, qui citra tendinem motum edunt. Quo conſtat, veram, genuinam & legitimam conuulſionem, ad fibras carneas & neruoſas ſimul pertinere: verum cum hoc, ſi cauſa conuulſionem nata efficere, neruum adierit, tendonem & muſculorum venas, ac reliquas partes carneas, ita vt in la-

rum to-

tum totum muſculum extendat & incurtet, proculdubio conuulſionem efficiet, ſaltem per conſenſum harum partium muſculos componentium. Quod ſi Gal. dixerit, *6. metho cap.* 4. tendonem minus pati conuulſionem, quam neruum; non ſubinde intelligendum eſt, ad neruos potius pertinere, ſed quia tendo adeo eſt duræ ſubſtantiæ, quod difficulter poſſit cauſa conuulſionem efficiens, ipſum penetrare, quo conuellatur: facilius autem neruum.

Conuulſio a quibus cau ſis oriatur.

Sed vt ad conuulſionis ſortem, quæ noſtrum laborantem corripuit, accedamus, cauſas omnium conuulſionum receuſere oportet, quo facilius earum differentias conſequamur. In qua re breuitatem maximam ſequar, eo quod latius eas explicuerim *lib. practica cap. proprio.* Cauſæ vero frequentiores & propriores ſint, quæ enumeratæ fuerunt ab Hipp. nimirum *repletio*, aut *inanitio* muſculoſæ ſubſtantiæ: quibus iidem autores addiderunt *conuulſionem per conſenſum*, ſeu ſpaſmum non proportionatum admateriam: vt cum ex vulnere capitis contraria pars conuellitur: quæ ſane duplicis eſt naturæ: vna, cum neruus patitur ex paſſione cerebri etiam conuulſi: altera, cum non vera conuulſio eſt, ſed potius motus conuulſiuus, qui mille modis à vera conuulſione diſſidet, *vt in praxi late docuimus.* Præter has Galen. *12. metho cap. vltimo*, quartam addit, ex frigiditate ortam. Fernelius etiam ex flatu aliam cum Cæſaralpino, qui omnes à flatu fieri dixerat. Præterea Ariſt. ex humiditate aliam in pueris addit. Qualiter vero quæuis harum cauſarum conuulſionem efficiat, iam ſine argumentis & contentione audies, ſi rei naturam ſolum intuearis: nam aliorum mentes in omnibus ſpeculari, potius eſt opinionem, quam ſcientiam docere, ac ſophiſticis argumentis, vel logicis conſiderationibus, rei veritatem confundere, quam veram rerum rationem quærere.

Dubium.

Primo itaque ſciendum eſt, *an quæuis prædictarum conuulſionum cauſa nata ſit per ſe primo eam efficere, an morbus à cauſa effectus, immediatior ſit cauſa.* Communis profecto ſententia eſt, morbum immediate actiones vitiare, incommodatis inſtrumentis, quibus facultates operantur. Sed perdoctus quidam ſcriptor nouiter etiam ſtatuit, conuulſionem ex repletione fieri à cauſa replente poros inæqualiter, non à morbo ab ea cauſa effecto immediate: quia licet Gal. dicat fieri à ſolo morbo, non licet intelligere, prout morbus conſiſtit in diſpoſitione in ſenſu formali, ſed pro fundamento; nam cauſatur talis motus à ſiccitate, aut humore. In qua dubitatione ſatis erat arbitrari, ſine humore aut ſiccitate conuulſionem non poſſe fieri: cæterum intelligere oportebat, humorem aut ſiccitatem eſſe cauſas morbi, cuius figura (quæ vi illarum cauſarum acquiritur, & ſimilis eſt figuræ quam comparat natura in motu voluntario) motus ille ſeu conuulſio efficitur; ſicut eum alia ſimili voluntarius: & etiam intelligere oportebat, morbum, hoc eſt, figuram illam ab illis cauſis effectam, eſſe immediatam illius conuulſiuæ actionis cauſam: quod vero vt talis, ſit doloroſa conuulſio, prærequiratur ſubitus humorum, aut cauſarum acceſſus: nullus ſanæ mentis dubitauit, niſi oblitus fuerit definitionis doloris, quæ eſt paſſio ſubito affatim ingruens. Cui etiam accedit, neceſſum quoque eſſe, inæqualiter poros repleri: alioqui cõuulſio non ſequetur, etiamſi maior ſit plenitudo, vt in athletis: quin potius, aut articulares affectiones, aut caloris & ſpirituum ſubitam ſuffocationem efficiet.

Siccitas quib. modis conuulſionem pariat.

De ſiccitate breuiter dicam, quod longius loco citato dictum iam ſit: nam certum eſt, ſiue ex euacuatione, ſiue ex poſitiua ſiccitate, conuulſio futura ſit, neceſſario, ſubito & inæqualiter cauſas ſiccantes ſuum effectum debere producere, ſi doloroſa futura eſt conuulſio: nam à ſiccitate poſitiua (quæ neceſſario ſequitur, vel rem ſiccantem; vel defectum humidæ ſubſtantiæ, ſiquidem remanent partes ſiccæ) neceſſario partes vniuntur per ſe, & habent nouam poſitionem coniunctam in loco: nam licet ſiccitas aliud corpus localiter mouere non poſſit, poteſt tamen in proprio ſubiecto conſtituere partium localem vnionem, per minorem præſentiam localem intrinſecam: hoc tamen proprium habet poſitiua ſiccitas, quod raro doloroſam & ſubitam conuulſionem nata ſit efficere, niſi velis dicere, cauſam ſiccantem lente & paulatim partes poſſe diſponere: vbi vero ad vltimam diſpoſitionem peruenerint, ſubito conuulſionem efficere. Quippe non eſt credendum, ſicut pars exiccatur vtcunque, ſic quoque fieri paulatim conuulſionem, ſed exiccationem fieri ſenſim, conuulſionem vero ſubito, eo modo, quo dictum eſt. Sic etiam cauſæ ſiccantes per reſolutionem partium humidarum poſſunt eodem modo, cum inæqualis fiat partium humidarum reſolutio: nam ſi æqualis fuerit, non ſequetur conuulſio.

Frigiditas duob. modis conuulſiones parit.

Sic frigiditas duobus modis conuulſiones parit. Primo, ex fuliginibus aut acribus vaporibus vi frigoris ad ſentientes partes commotis, aut exire prohibitis, quo motus fiunt conuulſiui, & rigores ſimiles his qui febrium intermittentium principiis adſunt. *Secundo*, ex neruoſarum partium compreſſione, haud ſecus, quam à ſiccitate fit, non ſolum partibus vaporoſis & humidis coercitis ad interna, ac repulſis, ſed partibus nerueis compreſſis, coarctatis & vnitis, donec mutata propria figura, & acquiſita ea in muſculis, qua ipſi ſolent moueri, membrum quoque ex vi morbi conuellatur, ac efficiat motum voluntario ſimilem.

Conuulſionis cauſa quædam interna, quædam externa.

Sed vt ad rem noſtram magis accedamus, ſtatuendum eſt, cauſas conuulſionis eſſe in duplici differentia: quaſdam enim, quę intrinſecus vigent, & ad nerueas partes, vel ſua ſponte, vel cogente etiam, erranteq; natura, ad eas partes tranſmittit, de quib. nec verbum hac in parte, eſt in animo loqui. Quædam ſunt externæ. Et relictis aliis, ſolum de vulnere conuulſionem accerſente inſtitutum eſt agere; quas etiam conſtat duplices eſſe, quarum altera eſt, in qua muſculi ac nerui cauſam conuellentem intra ſe habent, & ex vulnere acquirunt, inanitionem videlicet, aut repletionem, traiecto aliunde humore, præ dolore, aut inflammatione. Altera vero eſt, in qua neruum vulneris noxia aliqua cauſa extrinſecus contrahit, aut cerebrum per neruum offendit, cuius plures ſunt cauſæ, vt os luxatum aut fractum, muſculus tendens, & membrum redditur breuius, donec os in ſuum locum redeat, vt *conſtat*

ex Hipp.

ex Hipp. 3 *de fract.* 40. In quibus conuulſio, tum ob repoſitionis dolorem, tum ob deſluxum ſequitur, vel inſignis refrigeratio, vel ſanguinis profuſio, cuius 3 *prorrh.* 29. & 52. meminit Gal. nam vtroq; modo ſauciati nerui conuelluntur: tum nimia refrigeratione, ex vi frigidorum medicamentorum; tum ſanguinis profuſi copia, non ſolum ex venis, ſed ex neruis, quo refrigerati conuelluntur, licet hæc aliquando Gal. ad inanitionem reducat, *libr. 3. prorrh.* 52. quia hæc euacuatio ſanguinis, neruos exhaurit, ex nimia vaſorum inanitione. Item fit ex qualitate noxia, vel vapore putris: nam recluſo vulneris foramine, conuulſionem concitat. Præterea inter oppoſitos & æquales muſculos, alterius reſolutio, vt in muſculis temporum vulneratis contingit fieri, ſine ſalutis ſpe, & cum certa ſpe ſalutis, in ſpaſmo canino. Item ex cõmunicatione materiæ ex loco vulnerato in caput, qualis fuit quæ in noſtro caſu cœperat, omnium fere peſſima (niſi cito præſtitiſſem auxilium) ob conſenſum capitis & neruoſarum partium. Nam qua ratione Hipp. 5. *apho.* 65. 66. damnauit tumoris repentinam deliteſcentiam ſine cauſa manifeſta, aut ſi tumor non appareat; eadem profecto, dum vaporis aut humoris aliquid tumorem facturum in vlcere, in proximos neruos, & inde caput irruit.

Conuulſio quænam accidentia ſecum adſerat, & quibus ea mitigentur.

Sic profecto noſter laborans percuſſus in tendine ſeu neruo craſſo cruris iuxta calcem, qui omnium craſſiſſimus eſt, in maximo vitæ diſcrimine poſitus, ob puncturam cum vulnere, quo magna concitata fuerunt accidentia, tum conuulſionis cruris ipſius; tum totius corporis tenſionis, & delirii etiam cum ingentiſſimis doloribus & vigiliis. Quapropter ſedula diligentia curauimus hæc mala præcauere à principio, & iam viſa lenire & curare. Sic profecto mox inſtituimus victum quam parciſſimum, cum potu aquæ decoctæ, radice *ſchorcionera*, & deauratæ. Item cubile iuſſimus parare calidis aromatis & tegumentis modice protegentibus, quod modice etiam eſſet lucidum. Et procurata animi tranquillitate, ſanguinem miſimus copioſe, bis, donec creſcente cruris dolore, maxime cum moueretur (ſignum quidem futuræ conuulſionis) tertio ſanguinem miſi, & creſcente febre cœpit crus vniuerſum tumefieri ac inflammari: & ob id quarto ſanguis miſſus fuit, ſine vlla dierum intermiſſione. Inſuper crus vniuerſum contractum fuit, cum ingentiſſimis doloribus vigiliis & animi defectionibus, adeo vt certa viderentur mortis ſigna, & longe certiora, cum hominem delirare, & toto corpore contremiſcere conſpiceremus. Tunc quidem quinto & ſexto ſanguinem ex talo alterius cruris miſimus, quo cœpit aliquantulum dormire, minus delirare, & corpus quietum eſſe: maxime adhibitis ſerapiis, & potionibus refrigerantibus, & quæ vim haberent humorum & vaporum impetum cohibere: cuius naturæ fuit *ſerapium roſaceum* cum modico *papauerino*, & *aqua hordei*. Item noctu præſtiti *papauerini ſyrupi modicum, cum lacte amygdalarum dulcium*: etiam interdiu *aquam roſaceam* & *ſchorcionera* atque deauratam, cum modico ſyrupo *roſarum rubearum*. Ex quo magis accidentia miteſcebant, ne vires deficerent, iuſſi adaugere modicum iuſculi ex *carne pullorum* expreſſi, aut panem lotum, & ea quę alimentum citiſſime præſtarent, citra excrementorum prouentum. Sexto tamen die *manna* corpus purgaui euentu feliciſſimo.

Conuulſio quem exitũ ſortiatur.

Interim tamen dum hæc omnia fierent, vulnus curare inſtitui, mox à principio iubens cutem vulneris ſuperficialiter dilatare, vt facilius expiraſſet ſanguis ad ipſum euocatus, & coaceruatæ humiditates: cauens ne dilatatio aut profundior fieret, aut maiorem concitaſſet dolorem. Atque cum tota ratio periculi in nerui illius punctura ſita eſſet, & in vehementia doloris ob inflammationem, quæ ſi euaneſcit, aut corruptionem ſubeat, mortem citiſſime accerſit, aut euocatis corde & cerebro in conſenſum, idem malum accerſit, præſertim ſi nimia ſanguinis profuſio (quæ protinus non ſedetur) accedat: maxima diligentia omnia hæc mala præcauere inſtitui. Primo, appoſitis defenſiuis ex bolo, ſuperius à parte vulnerata, aut aliis huiuſmodi ex *oxycrato*, longius à parte ipſa, & ſupra genu, & in femore. Poſtea vero vniuerſam curationem quatuor capitibus complexi fuimus; *primo*, iuxta vulneris curationem: *ſecundo*, in doloris ſedatione: *tertio*, in conuulſione curanda: *quarto*, in arcenda inflammatione.

Defenſiuum.

Conuulſio qualia medicamenta requirat.

Circa primum, ſtatutum eſt apud peritiores chirurgicorum, neruos punctura affectos medicamenta expoſtulare, quæ tepidum calorem excitent, & valide ſiccent: tum quæ attrahendi vim non habeant, & tenuium ſint partium. Et ea ratione huic muneri elegimus *oleum ſabinum*, *ſambucinum*, *irinum*, *de therebintina* & *iaſminorum*: & item *oleum* in quo therebintinam feruere iuſſimus, vt maxime citra morſum & dolorem ad intima permeare poſſit, vt conſuluerat Gal. 3. *art. medi.* & *libr.* 6. *metho.* & 5. *apho.* quæ omnia actu calida adhibuimus, admiſto modico *euphorbio*, aut *ſulphuris viui nonnihil*, quo modice oleum incraſſeſceret. Probauimus etiam laudatum à Galen. medicamentum, ex *therebintina abietis* cum *ſulphure* & *euphorbio*: item aliquando ipſam ſolam *therebintinam* præſtiti, quæ plurimum profuit *lota cum aqua betonicæ aut vino*. Ex quibus omnibus parum inſtillare iuſſi, & deſuper apponi vnguentum q. r. *reſinæ pini claræ* ℥. xij. *olei laurini*, *therebintinæ ana* ℥. ij. *gummi elemi electiſſimi* ℥. iiij. ponantur primo reſina & gummi in vaſe æneo nitido ſuper ignem lentum, cum perpetua agitatione, donec liqueſcant; deinde addantur *laurinum* & *therebintina*, & iterum bulliant, & agitentur, & cum craſſitiem acquiſierint, per ſtamineam percolentur, & quod inſtillauerit, vſui ſeruetur in vaſe vitreato, & vſus tempore extendatur ſuper tenue corium, & ſupra vulnus & eius circũferentiam apponatur. Profuit ẽt emplaſtrum *de gummi elemi*, *de centaurea* Guidonis, ꝗ̃ tẽ vſi fuimus, ne in putredinem malum commigraſſet, emplaſtro ex farina *fabarum*, *hordei*, *orobi*, pari portione, cum *lixiuio* & *oxymellite*. In circuitu aũt vulneris, quo partes minus inflammarentur & dolerent, inungere iuſſimus *oleo roſaceo*, *lumbricorum*, & *chamameli*, aut ipſos lumbricos cum oleo roſaceo pſtatos ꝙ maxime fuit momenti. Idem facies *oleo de vitellis ouorum*, *iaſminorum vel ſabino*, quo & ſanies extrahatur, & dolores miteſcant. Præterea vſus ſum eo q. r. *euphorbii* ʒ j. *olei roſacei & lumbricorum*, *ana* ℥. ij. *furfuris p. j. olibani* ʒ. ij.

Vnguentum.

Emplaſtrũ.

coquan-

coquantur in vino, donec in formam pultis redigantur. Profuit & aliud quod recipit *micæ panis in lacte bubulo imbuta, olei roſati & chamameli, & vitella trium ouorum*, & ex reliquis q.s. fiat emplaſtrum, quo dolor mirum in modum miteſcit. Confecimus etiam aliud, quod maioris fuit momenti, q.r. *ex floribus chamameli, ſertula campana, & maluarum, ana partes æquales*, quibus adde *farina hordei cum iure capitis verbecis*, & cribratis omnibus, addito *roſaceo cum ſapa & vitellis ouorum* fiat emplaſtrum, cui adde pulueris *vermium terreſtrium* ℥.iiij. *vnguenti roſati* ℥.i.ß. Sedato modice dolore, vſus ſum alio quod recipit *farinam fabarum & lentium, cum ſapa, lixiuio, oleo roſaceo & chamæmelino, cum therebinthina & croco*. Quibus in vrgentia doloris & intenſa vigilia addidimus *oleum de papauere*.

Cum inter accidentia, quæ magnum faceſſunt negotium, conuulſio ſit, omnem curam & diligentiam ei adhibuimus, conſiderantes, prius conuulſionem in noſtro laborante inceepiſſe motibus quibuſdam conuulſiuis ex communitate acrium & mordacium vaporum cerebrum aſcendentium; quo tempore clyſmatis, alterius cruris frictionibus, & dorſi inunctionibus ex oleo *liliorum, laurino & coſtino & amygdalarum dulcium, & ex pulegio*, rem egimus: & cum malum vltra proceſſiſſet, addidimus aliquid aromatum & euphorbii cum *therebinthina*. Item ſi fuimus *vnguento Marciaton cum pinguedine vulpis* & fomentis ex *oleo dulci, vbi pulegium, hyſſopum & calamentum* feruere iuſſimus. Quibus aliquantulum conſpeximus accidentia omnia minorari, niſi ex noua defluxione aliquod inflammationis veſtigium nouiter adfuiſſet: quia nouus ſuccreuit dolor, & rubor: cæterum id apparuit potius in partibus externis, & parum ſupra vulneratam partem: nam reliqua vulneris accidentia minora apparebant.

In cuius inflammationis principio mox conſiderauimus, an fuiſſet in neruoſa, an in carnoſa *Inflammationis tempore* ſubſtantia in vna, an in pluribus: nam iuxta hanc diuiſionem æquum erat diligentiam adhibere. *tus in conuul-* Etiam ſi neruoſa pars fuiſſet, ferre non poterat medicamenta quæ aliis partibus ſunt proficua. Ob id, *ſione qualis ſit* cognita inflammatione partis carnoſæ ſupra vulnus, principio ſanguinem parce ex eodem brachio mi- *ſedandus.* ſimus, & mox, reiteratis defenſiuis ſuperius à parte inflammata, *roſaceo* partem irrigauimus: mox emplaſtrum quod vim haberet partem roborandi, ne reciperet amplius, & receptum diſcuteret, quale eſt q.r. *granatorum ſemidulcium num. ij.* coquantur in vino nigro, & ſubtiliſſime teratur, & tranſmittantur per cribrum; & adde *farinæ hordei* ℥ *ij pulueris roſarũ & chamæmeli, ana* ℥.i. *olei roſati, & rob.* q.s. pro emplaſtro. Hoc auxilio impetus ceſſauit inflammationis, & ob id ad aliud maioris reſolutionis cum lenitione deuenimus, q.r. *foliorum maluarum, violarum & roſarum, meliloti ana p.i. hordei, fabarum, detractis corticibus, ana p.i medullæ panis* ℥.x. bulliant in s.q. aquæ, donec hordeum aperiatur, deinde per cribrum tranſmittantur, & adde *olei roſacei & chamæmelini, ana* ℥.ij. *rob.* q.s. fiat emplaſtrum. In quo opere, & additis reſoluentibus, quo magis miteſcebant accidentia, perſeuerare iuſſimus, & indies ceſſabat febris, quieſcebant omnia, quæ neruum ſauciatum ſequebantur, & erus detumuit; & tandem ſanitati reſtitutus *Emplaſtrũ* homo, claudus euaſit: quia ex prauis & viſcidis ſuccis, qui ad partes nerueas fluxerunt, induruit neruus ille maximus, adeo vt citra dolorem mouere pedem nequibat, donec emplaſtris humores induruerunt, & immobilitatam cauſantes, citra dolorem vixit, Deo fauente benedictiſſimo.

De phrenitide in typhomaniam & lethargum degenerata.

Consvltatio IX.

ALFONSVS Suarez à Toleto, vir ſingularis virtutis & ingenii, cum eſſet quinquaginta annorum, & biliosæ temperaturæ; cæterum catarrhoſi capitis, ob ſtudia & aſſiduos in re literaria labores, ac propter immodicos aquæ frigidæ potus, cœpit febre ardenti principio æſtatis, poſt vehementiſſimum quoddam exercitium laborare cum ingenti capitis dolore, & oris amaritudine; non tamen cum ſiti notatu digna. Creſcente quidem malo, ſtillæ ſanguinis narium quarto die apparuerunt, mox quinto intenſe vigilauit, & loquebatur aliena: ſexto & ſeptimo omnia exacerbata fuerunt, & iterum ſtillauit è naribus ſanguis, atque tunc euidentius delirauit, cum oculorum rubore, & venarum eorum turgentia, ac ferocitate, cum manuum tremore, & oculorum inſtabilitate, adeo vt inflammari cerebrum putares; quia fere omnia, quæ id atteſtantur, aderant. Vndecima tamen die cœpit apertis oculis dormire, & clarius delirare, tandem medio modo procedere, ita vt nemo negaret, mediam eſſe affectionem inter phrenitidem & lethargum. Tandem deſiit deliria loqui, & mox cœpit profundius dormire, adeo vt difficulter excitari potuiſſet; & cum excitaretur, delirabat, ac mox in profundiorem ſomnum concidebat. Sic tranſacta decimaquarta die, perſtitit vſque ad decimamſeptimam, & inde cœpit minus dormire plurimum oſcitari ac pandiculare, & debiliter loqui, ac lucem effugere, & conquerebatur de ceruicis dolore ac tenſione. Mox vero vigeſimo die, poſt aures cœperunt vtrinque parotides apparere, quæ celeriter creſcentes hominem fere à febre liberarunt, & accidentia omnia remiſſiora apparuerunt, donec vna ſuppurata, & altera reſoluta, in integram ſanitatem, Deo fauente, fuit reſtitutus.

In huius laborantis morbo euidenter elucent tres grauiſſimi capitis affectus, præter febres. Primus phrenitis, q̃ mox ex adhęſu catarrhoſi humoris, quietari in capite, effecta eſt mixta paſſio, ex phrenitide & lethargo, *typhomania* nuncupata. Hæc quidẽ, reſoluta parte biliosâ, in lethargũ commigrauit.

In quo-

In quorum affectuum enodatione primo ſtudui deliberare, *an fuerint veræ inflammationes, an ſolum irrigationes cerebri. mox ad ſymptomata & cauſas deuenimus. & vltimo ad veram & neceſſariam horum omnium curationem.*

Margin: Inflammatio vera verum cum phreniticorum cerebro inueniatur.

Circa primum, quantumuis *lib. Praxis* ſtatuerim, cerebrum variis modis poſſe inflammari, non deſunt, qui euaſionibus quibuſdam inutilibus veram inflammationem ſtudeant ablegare à ratione phrenitidis, etiamſi multa adſint Hipp. & Gal. ac reliquorum ſapientiſſimorum virorum decreta id confirmantia. In qua re ſat mihi eſt, probare ex natura rei, & curatoriæ methodi indigentia, neceſſum fore conſignare, in phreniticorum cerebro non raro reperiri veram inflammationem, alioqui corrueret vniuerſa curandi ratio, vnanimi omnium Medicorum conſenſu præſtita phreniticorum ſeu delirantium cerebro, niſi aliquando eſſet vera inflammatio. Quippe certum eſt, præſidia repellentia, diſcuſſoria, attemperantia, deriuatoria, & quæ à parte euacuant, non ſemper capiti vtcumque & citra diſtinctionem, ac in omni delirio, quantumuis perpetuum ſit, eſſe adhibenda. Quinimo diuturniſſimo experimento confirmatum habeo, & rationi eſt conſonum, ob id nonnullos ex laborantibus delirio, repellentium vſu deterius ſe habuiſſe: aliis quidem mox profuiſſe: item alios diſcuſſoriis ferocius delitaſſe: & multis ſtatim ex vſu fuiſſe. Item alios ex attemperantium vſu in profundiſſimum ſomnum delapſos vidimus; ſicut plures longe melius ſe habere. Præterea ex euacuationibus à capite plures citius periiſſe, & omnes potentiarum actus amiſiſſe, ſicut alios ſanitati eſſe reſtitutos. Ratio profecto horum omnium eſt, quia hæc præſidia, licet multis fuerint ſalutaria, indiſtincte tamen & in omni capitis affectione, quæ delirium afferat, adhibita, poſthabita morbi & cauſæ ac modi lædendi differentia, proculdubio non ſolum non profuiſſe, ſed maxime pernicioſa extitiſſe, erit arbitrandum.

Margin: Repellentia diſcuſſoria & præſidia, quæ loge in phreniticis adhibenda.

Nam repellentium vſus tantopere in omni delirio ab omnibus vnanimiter celebratus, in his quibus irrigatum eſt cerebrum, nil aliud efficere poteſt, quam penitus inſinuare ad intima humorem à venis prolapſum: ſiquidem euidentiſſimum eſt, humorem qui ſemel è vaſis exciderit (maxime ad ſubſtantiam cerebri) repulſu non poſſe ad venas remeare, idque maxime in internis capitis affectionibus, in quibus exterius ſunt hæc præſidia adhibenda: licet in externis inflammationibus huic vſui proficua vtilia ſint, retrocedunt quidem externa frigiditate ad venas externæ affectiones: at in internis erroneum eſt (niſi antequam aliquid à venis exciderit, adhibeas) quia cum repellentia debeant adhiberi exterius ſupra caput, & ab his venis ad minores neceſſario debeat fieri repulſus, conſtet rei veritas: in principio tamen remeant humores à capitis vaſis ad maiora repellentibus; ſed quod ab eis exciſum eſt in cerebri ſubſtantiam & cauitatem, minime. Inſuper neque in his qui delirant, propter prædictam irrigationem, venam naſi aut frontis ſcindere, aliquod poteſt præſtare beneficium: quia quod ſemel cerebrum irrigauit (niſi per ſuctum ab hirudinibus fiat) repulſu, neque copioſiſſimis ſanguinis detractionibus, à cerebri ſubſtantia extrahere quidquam poteris, nedum paruiſſimis, quales his partibus fieri ſolent: quia perdifficile videtur, extrema vaſorum, per quæ defluxit humor, poſſe iterum præ inanitione materiam illam fugere: quapropter ſolum huic malo ſubuenies reſoluentibus à principio, & his quæ per nares & os (*caputpurgia* appellata) cerebrum purgare nata ſunt. Verum ſi delirium ſequatur, humorum incendium & efferueſcentia in venis minoribus membranarum cerebri, & oſculis earum; proſunt quidem refrigerantia, etiam & quæ modice repellant: cæterum longe magis deriuantia, tum per proximam partem: tum per capitis venas: nam ea lege facile, quod in eis continetur prolapſarum, & feruens, defeueſcet, & remeabit euocatum ab inanitione proximorum vaſorum. Cui profecto ſi reſoluentia adhibueris, aut *caputpurgia*, ſummopere lædes; quia magis in feruorem calidis, & in motum ſternutamentis, agitabis materiam commutam. Cæterum in vera membranarum inflammatione nulli vſquam ſapientium dubium fuit, omnia hæc auxilia proficua eſſe, ſi quoduis ſuo tempore adhibeatur. Quippe ob ignorationem huius diuiſionis, facile conſpicimus in quauis phrenitide curanda, his omnibus auxiliis Medicos vti citra diſtinctionem & præcepta, quæ diximus. Quo fit, vt cum certum ſit vnanimi omnium conſenſu, hæc omnia auxilia adhiberi capiti in phreniticis deliramentis; ita profecto certiſſimum eſt, viros illos ſapientiſſimos credidiſſe, quædam eorum eſſe proficua veris inflammationibus: ſiquidem reliquis (vt probatum eſt) periculoſa potius exiſtunt: alioqui male Gal. & reliqui hanc medendi rationem inſtituiſſent. Quapropter neceſſum erit aſſerere, membranas cerebri poſſe vera inflammatione affici, quod de cerebro, vt hic autor ſentit, non ita facile probari poteſt.

Margin: Phrenitidis differentia & eius ſigna.

Verum ne quis vtatur his ſalutaribus præſidiis indiſcriminatim & indiſtincte, neceſſum erit, prius differentias phrenitidis noſſe, & ſignis diſtinguere, vt cuique adæquatum poſſit præſtare auxilium. In qua re non licet à ſymptomate, hoc eſt à delirii modo differentias ſumere; namque non ita certæ ſunt, vt quæ à natura morbi, vnde delirium ipſum oritur: namque experimento & ratione euidentiſſimum habemus, delirium perpetuum ex phrenitide ortum à triplici modo morbi ſuboriri.

Margin: Prima ſpecies.

Quippe aliquando, quinimo ſemper, phrenitidis, vtcunque futura ſit, à prima quadam eius ſpecie prodit, quæ fit ſanguine ac bile efferueſcentibus, ſiue à febre ſiue ex alia cauſa, in venis capitis, & maxime in venulis membranarum cerebri: nam eo tempore (licet vt inferius conſtabit, delirii ſors humoris naturam poſſit monſtrare aliquo modo) iam circumſcribitur hæc prima eius ſpecies, à qua reliquæ incipiunt. Quod ſane incendium, ſeu efferueſcentiam, præſentem aut futuram cognoſces ex capitis doloribus à mali principio, qui, vt magis intenditur ſanguis: grauiores fiunt. Item quarto die, aut antea, ſtilla ſanguinis per nares erumpit, quę ipſum in delirium delapſurum pręſagit, aut monſtrat imminere. Idem quoque oſtendit capitis ardor, & dolor, qui acutior efficitur, cum oculorum rubore tenuiſſimo, non eleuatis adhuc eorum venulis. Pulſant & turgent deinceps capitis venæ, & moretius

referunt

referunt laborantes, antequam delirent, ſe pulſum ſentire. Item oculos aperire nequeunt, citra capitis veluti vertiginem, aut vacillationem, & eleuare caput recuſant, quin potius manus ipſi adhibent. Item vigilant, aut leuiſſimis ſomnis deprehenduntur. Pulſum habent magnum, celerem & crebrum, vt qui in viu adaucto conſiſtit, inſtrumentis non plurimum reluctantibus.

Secunda autem phrenitidis ſpecies ſita eſt in diuerſitate modi lædendi cauſæ, ſcilicet, in irrigatione prædicti humoris, aut ſeruſæ eius partis per cerebrum; quippe certum eſt, dum copia & acutie exuperat à venulis, niſi cito præueniatur, in ſubſtantiam cerebri prolabi, & ipſum irrigari ardentiſſimo illo ſucco. Quem affectum monſtrat præcedens vertigo, & inſomniorum varietas & profunditas, & tandem delirium cum affectu, qui videtur propenſio ad ſomnum, & deliramentis, cum ſenſuum ferè omnium detentione, & efficitur hecticum, ac vniforme delirium, quale depingit Gal. 1. *prorr* 33. & quietus iacet laborans, nec tumultuoſe delirat, ſed ſummiſſa voce deliſat, & manus nimia tremulas habet, nec facies plurimum rubet, donec humores fuſi putreſcant: nec tumet, ſed veluti collapſa videtur, mox à principio delirij, & frequenter oculos ſcalpit, quaſi procurans viſum acuere, cum palpebrarum clauſura. Pulſum habant ſic affecti repræſentatione magnum, licet anguſtum etiam: medium tamen inter mollem & durum, non quidem æque celerem, neque crebrum, ſed vndoſum, & apparenter languidum, cum oculorum prominentia & citrinitate: qui mox cauantur, etiamſi in principio promineant. Adeſt etiam & rara reſpiratio, quia optime dictum eſt, aliquando obliuiſci motus reſpirationis: nec mirandum delirantes obliuiſci, quia nil magis in eis elucet, quam obliuio, neque magia eis eſt conſuetum, cum ex intentiſſima attentione ad multa alia, reliquorum non recordentur: & ob id ſnecreſcit rara, ad differentiam phrenitidis ex inflammatione ſepti: quæ parua eſt, ſed non rara, inæqualis, inter magnitudinem & paruitatem: ſicut aliquando magna, quia licet organa reſpirationi ſeruientia inflammata ſint, & ob id nequeant plurimum diſtendi, non ob id credendum eſt, quod, etiamſi maiorem concitet dolorem, quem leniter ſic affecti ſentiunt, dum delirans excitatur ad reſpirandum, non poſſit efficere maiorem; quibus opus non eſt affingere in dictis Gal. alienam & peregrinam interpretationem, quippe nec ſeptum ob inflammationem efficitur ferreum, quod diſtendi non poſſit, neque delirantes legem ſeruant, neque modum in rebus.

Secunda ſpecies.

Veram autem inflammationem inſtantem monſtrat ingentiſſimus capitis dolor, qui diſtenſionem membranarum ſignificat, qui dum æqualiter perſeuerat, ſolet eſſe abſceſſus præludium: ſed mox à dolore elucet in interiorum partium actionibus læſio, pulſus durus & frequentiſſimus, paruus & mille motibus tremulus, ſeu conuulſiuus, & totum caput etiam contremiſcit, ac non videtur ex toto in omnibus delirans: & febris adeſt cunctis aliis intenſior, cum magna & rara reſpiratione, vt dictum eſt: tandem adſunt procedente malo perpetua deliria, hoc eſt, non intermiſſa, licet maiora aliquando appareant, aut minuta: nam varietas autorum in hacre hoc modò venit intelligenda: ſiquidem dum perſtat mali natura, ſigna pathognomonica adeſſe debent neceſſario. Sic enim Auic. explicuit fen. *lib. 3. tract. 3. cap. 51.* Adeſt & febris continua, quæ ſimul cum inflammatione inuadit: nam ſic expedit Aetium intelligere, ſiquidem ipſe non negauit, phrenitidem cum febre eſſe. Et ne videat omnia quæ cap. *de phrenitide* adduximus, iterum repetere, omnia illa ſigna huic ſpeciei etiam in genere videntur conuenire. Itaque conſtat ex his omnibus, cerebri membranas plerumque vera inflammatione inflammari; cerebri ſubſtantiam non ita, quinimo id negarunt ſapientiores: nam licet humores in cerebro adeo colligantur, quod figuram mutent, & membranas diſtendant, protinus in ſphacelum commigrat, aut ſi febrem non accerſat, in apoplexiam: ſed de his latius lib. Praxis.

Tertia ſpecies.

His habitis, vt tutior fieret curatio, diſſertum fuit inter conſulentes, quæ pars cerebri in quouis delirio, neceſſario lædatur. In qua re conuentum eſt, vtcumque homo deliret, cerebri ſubſtantiam debere lædi, ſiue per ſe, ſiue per conſenſum; ſiue delirium fiat per calorem à meningibus calfactis, ſiue à vera inflammatione, quia eſſentialis affectus ibi neceſſario debet eſſe, vbi facultas, quæ à morbo læditur, viget: ſed cum hæc præſit in cerebro, vſque ad ipſum, & in ipſo exiſtere tenetur morbus. Tamen cum hoc aſſertum fuit, membranas in hoc affectu duobus modis poſſe affici; vno, per veram inflammationem: altero, per humorum in venis earum efferueſcentiam: ita profectò & cerebri ſubſtantiam duobus quoque modis delirium mouere certum eſt: altero, per irrigationem humoris putreſcentis, citra id, quod morbum notatu dignum in magnitudine efficiat: & reliquum, cum præter id quod intemperetur, etiam figuram certo modo vitiet. Quippe vt verum haberi debet, in propria ſubſtantia vero abſceſſu inflammari non poſſe: cæterum ex receptione cuiuſuis humoris, adeo creſcere, & membranas diſtendere, quod inflammationem æmuletur, ita vt Arabes, & alii Medici peculiare conſcripſerint caput *de inflammatione cerebro*: vt nos etiam alibi diximus, & hac lege debent intelligi illic à me ſcripta, non quod vere poſſit inflammari: Atque hæc ſufficiant de vera phrenitidis diuiſione.

In phrenitide ſiue delirio qua pars affecta.

Sunt etiam alter ſcriptores, qui ex Gal. ſumpta ratione, maluerint diuidere phrenitidem per differentiam delirii potius, quam per propriam morbi differentiam, vt nuper dictum eſt. Quibus dicendum eſt, eam eſſe veram & legitimam phrenitidis diuiſionem, quæ curationem nacta eſt circumſcribere, aut euariare: reliquæ vero, quæ ex delirii ſpecie prodeunt, licet ab vno morbo prodire oſtendant, & varietatem humoris doceant iuxta delirii conditionẽ, necnon & varias potentias lædi, in quauis delirii ſorte vnam (vt ex melancholia vnam, ex bile aliam, & ſic de reliquis) non quidem veram integram, & adæquatam curationem inde inſtitues, quantumuis id quoq; neceſſarium ſit ad abſolutam

Phrenitidis vera diuiſio.

curatio-

curationem: quia ex hac differentia auxilii, locus quoque vbi adhiberi debeant topica præſidia, noſcitur. Nam hæc omnia, licet varietatem aliquam commonſtrent, non prorſus abſolutam circumſcribunt curationem. Quapropter ſatius eſt, & morbi modum (*vt ſuperius diximus*) & humoris peccantis ideam noſſe, quod omnes ſapientiores cognoſcere docuerunt, quam ex delirii ſpecie. Cenſeo tamen humoris naturam (licet negauerit neotericus ſcriptor) haud obſcure ex delirii ſorte poſſe cognoſci: quod ſic probare licet.

Phrenitidis & cuiuſuis delirii ſpecies humoris ipſa ferientis ideam indicat. In qua re ſtatuendum eſt, fabuloſum non eſſe, quod veteres illi ſapientiores ſtatuerunt, nimirum ex delirii ſorte modum humoris peccantis & naturam certius poſſe venari, licet adæquatam curationem non præſtet hæc ſola cognitio, ſicut morbi integra notitia. Cuius dubitationis ratione duo ſunt mihi hac in parte explicanda. Primum, *quonam modo ex natura delirii, humorem peccantem cognoſcamus.* Secundum, *qua via potentiæ rectrices in delirus à ſuo ſcopo & recta operandi ratione euarient.* Quippe certiſſimum eſt peculiariter quemuis humorum diſponere temperiem & ſpiritus cerebri, vt iuxta eius

Humoris cognitio ex delirii ſpecie probatur. diſpoſitionis modum potentiæ vtantur aut abutantur rerum ſpeciebus, aut imaginibus: quod profecto veriſſimum eſt, niſi alia cauſa potentior accedat, quæ humoris effectum euariet. Quæ cauſa fuit quod nonnulli ab hoc dogmate mentem auertant, maxime quia non conſiderarunt, vnum & eundem humorem, diuerſum poſſe concitare delirium, non quidem ratione ſuæ naturæ, ſed prout alteratur, aut iam alteratus, corruptus & aduſtior factus exiſtit; quod cum ex vno delirii modo, qui vni tantum humori correſpondiſſet, diſtinguere non potuiſſent (quia vt varie diſpoſitus erat humor ita varia delitia concitabat) negarunt rei huius veritatem. . Nam licet ex bile ferox delirium, & cum rixa prodeat, ferocius tamen ex eadem bile aduſta ſuccreſcit: quod profecto à nullo alio humore fieri poteſt, niſi ab aduſtione huius ſucci: quia ſpecies productæ, quæ ſe offerunt potentiis, mutantur ex vaporibus humorum, qui excitant ſuo modo potentias ad furorem, nulla tamen præmiſſa ſenſatione acrimoniæ vaporum aut humorum, etiamſi præſit: quia nequit eo ſtatu ſentiri talis acrimonia, neque opus eſt, cum ſimilia ſymptomata adſint etiam in inſomniis ſanorum, ſed ſolum propter indiſpoſitionem organi ad penſum & naturam humoris, ſiue ſanguis ſit, ad riſum, ſiue bilis, ad furorem, ſiue atra, ad maiorem feritatem, aut melancholia, ad mœrorem & triſtitiam: phantaſmata n. ad modum dominantis ſucci, aut vaporis repræſentantur, quo mens praue iudicat, ac diſcernit de eis, cogitans & cognoſcens res, non prout reuera ſunt, ſed vt illi referuntur. Quo fit, vt difficile nõ ſit diligenter conſideranti, noſſe humorem peccantem ex modo delirii, ſi modos etiam, quibus mutari humores poſſunt, & iuxta eos potentias fallere, cognouerit.

Deliria quomodo concitentur in homine. Ad alterum vero quod ſecundo loco propoſuimus, de modo quo deliria in hominibus concitantur, deueniendo, ante omnia ſtatuendum eſt, quid organum, quid ſpiritus patiantur ab humoribus & vaporibus, ſeu à quauis alia ex cauſis quæ delirium mouere poſſunt. Quod ſane vt ex rei principiis & natura decretum verius conſtituamus, legere oportet Hipp. lib. *de inſania ad Democritum*, vbi ſtatuit, ſanguinem maxime conferre ad prudentiam: qua parte expreſſe docet, eius vitia ad inſaniam ducere. Sic enim confirmat, & addit *lib. de morbo ſacro*, *& de virg. morb.* & ſpecialius *lib. de diæta*, & Gal. *de locis*, *& ſecundo de cauſ. ſympt.* ſapientiam ſequi cerebri temperamentum, & eiuſdem intemperamentum inſipientiam. Sed clarius & ſpecialius huiuſmodi vniuerſam rationem explicuit Hipp. *lib. de morbis*, per hæc verba. *Cum igitur bilis commota, ad venas & ſanguinem ingreſſa fuerit, ſanguinem ex compacta compage & commotione dimouet, & ſeroſum facit, ac calefacit: calfactus autem etiam reliquum corpus totum percalfacit, & deſipit homo, & non ſibi conſtat, ex ſanguinis ad ſeroſitatem tranſmutatione, & motione non ſolita contingente: ſimiles autem hi ſunt, qui phrenitide tenentur, & ab atra bile delirant.* Et paulo inferius inquit: *Et vero commoto, neque viſum, neque auditum quieſcere, ſed alias alia videre & audire, & linguam talia loqui, qualia ſingulis vicibus viderit ac audierit: quamdiu vero cerebrum quieuerit, tandiu etiam homo ſapit.* Occaſione huius verbi Hipp. nimirum, *tandiu hominem ſapere, quandiu quieuerit cerebrum*, placet Plinii locum difficilem explicare. Inquit enim lib. 7. cap. 50. *Atque eſt morbus aliquis, per ſapientiam mori*: difficile quidem dictu. Qua parte præmittendum eſt, dimiſſis grauiſſimorum autorum interpretationibus, quod cum tota ratio ſapientiæ ſere ſita ſit in mente quieta, ſicut in mota inſipientiæ, neceſſum erit, quærere; *quiſnam ſit ille morbus,*

Mors per ſapientiam quid. *qui mentem quieſcere efficiat, vt per ſapientiam, aut, vt rectius, cum ſapientia interficiat.* In qua re dicimus, eſſe inter ſpecies melancholiæ, quaſdam, quæ ætatis ratione acquiruntur, & mentem à caligine humiditatum liberant, ac firmitudinem cerebro conciliant, quibus ſapientior ſit homo, quo magis morti accedit: nam morb. huiuſmodi non eſt ſicut ille, qui in cæteris melancholiæ ſortibus reperitur, ſed aliquis morbus, hoc eſt, ſenilis, qui non in quauis ſenectute, ſed in ea quæ per claram cerebri & puram ſubſtantiam, cum ea ſiccitate quæ firmitudinem menti ipſam ſine commotione & turbulentia operari prudenter ac ſapienter permittit: ad mortem tamẽ ſemper tendens: & hoc eſt *per ſapientiam mori*. Ex his profecto conſtat, ex cerebri intemperie, & ſanguinis vitio atque commotione, & ſpirituum etiam, homines delirare. Verum quia multis modis intemperatur cerebrum, commouentur ſpiritus, & ſanguis conſpurcatur, & non delirant homines in omnibus, ſciendum eſt, qualiter ſit neceſſum, ſan-

Sanguis vt quis deliret, multis modis vitiari poteſt. guinem vitiari, & temperamentum euerti, ac ſpiritum moueri, vt deliret quiſpiam. Sanguis igitur multis modis vitiari põt, ſed maxime eo quem adduxit Hipp. *locis citatis*, dicens, delitia fieri, cum ſanguis ſeroſior factus, humectatur in cerebro, hoc eſt, conſpurcatur ſubingreſſu alicuius vaporis, aut ſucci, aut exuperante aliquo ex iis, qui ipſum cõponunt, quo ſeroſior efficitur: & ratione difficulter terminatur, ſed dimouetur facilime, & inconſtans redditur; quod eſt aduerſus mentis indigentiam, quæ cõſtantia deſiderat, quia, *vt inquit* Hipp. tandiu homo ſapit, quandiu cerebrum quieuerit. Qua quidem ſanguinis intemperantia cerebrum quoque intemperatur, non quidem quauis diſtemperie, ſed ea

qua

quæ nata ſit ipſum tanquam organum potentiarum animę vitiare: nam licet aliis modis intemperetur, vt in frigoribus, febribus, aut quauis alia cauſa fiat, non ſubinde delirabit homo. In qua re ſi attendum eſt, tria eſſe in cerebri temperamento conſideranda. Primum, *habere in ſe rationem formæ miſtionis, quæ miſcibilia ratione conſeruantur.* Secundum, *ſortiri calorem qui vicem gerit inſtrumenti vegetabilis potentiæ.* Tertium, *in ſe includere ſpiritum, qui ſolus inſeruit animalibus potentiis, ratione ſubſtantiæ eius.* Sic profecto cum ſanguinis & cerebri qualitates quatuor euertuntur, concentus & harmonia ad varios morbos, & ad miſtionem dimouetur, & morbus, qui ob id ſuccreſcit, talem ſeſe oſtendit, quale fuerit vitium ea prædictis prodiens, frigidum, calidum, aut ſimilis naturę. Cum vero calorem innatum vitiant, vegetabiles actiones periclitari certum eſt: ſic coctiones & nutritiones euertuntur: cæterum cum intemperies (quæuis ea ſit) lædit temperamentum ſpirituum illorum, & reliquorum qui in cauitatibus cerebri morantur, eoſque commoueat, exagitet, inordinateque perturbet; tunc profecto mente homines aberrant. Nam hæc mala non prodeunt, quatenus cerebrum intemperatur calido, frigido, humido, aut ſicco; nam ea mille cauſis tale redditur citra delirium; ſed quatenus prædictæ qualitates, & ſanguinis vitium, ad id mali peruenerunt, quod etiam vſque ad prædictum ſpiritum aliquo modo permeauerit, ipſum queque euerterit. Cuius doctrinæ gratia ſciendum eſt, in cerebro duplicem ſpiritum ineſſe: *vnum*, qui dicitur *impetum faciens*, & ex innata natura mobilis eſt; regulare tamen, ac certo quodam modo, non vtcunque & inordinate, qui ea vſu eſt facultatibus externis, & externis ſenſibus, qui plerumque facile mouetur & alteratur, ac leuia deliria, & quæ per conſenſum fiunt, mouet, ſed maxime vertiginem, quando nimirum hi ſpiritus coguntur moueri circulariter, cum recta retineantur moueri. *Alterum* vero ſpiritum certum eſt, eſſe radicalius inſtrumentum potentiarum, & alteram partem temperamenti, & prius ac principalius his actionibus animalibus inſeruiens; in cuius euerſione, intemperie ac mobilitate, ſita eſt omnis difficilis, & facti ac permanentis delirii, ratio & peculiaris conditio: qua veritate intellecta, mille dubia ſoluuntur. Velim tamen, monitum eſſe lectorem, ne per hunc *ſpiritum quietum*, intelligat ſpiritum illum implantatum, quem cap. *de affectionibus cordis*, dictum fuimus eſſe alteram noſtrę ſubſtantię partem, & verum inſtrumentum actionum vegetabilium, oſtendens, eius vitalitatem iuxta ſui ſpeciem & naturam: ſed eſſe ſpiritum animalem ea mirabili illo vitali ſpiritu genitum, & immerſum ac quietum in eo temperamento, quod cerebro ſitu conceſſum, quatenus organum eſt ſenſuum interiorum, qui ſane ſpiritus immediatius eſt inſtrumentum prædictarum actionum, cuius miniſterio vitalitas animalis per animalia miniſteria proficit & elucefcit, haud ſecus quam per implantatum ſpiritum vegetabilis vitalitas & operatio: ſicut per ſpiritum vitalem ex corde omnia genera vitalitatis: quo conſtat, quantis interuallis differant hi tres ſpiritus: quod latius explicatum leges eodem *cap. de cordis affectione ſeu deliquio*. Supereſt tamen nunc breuiter docere, *quomodo ex huiuſmodi ſpiritus animalis quieti vitiis, & ex ſpeciebus & phantaſmatibus rerum, deliria* fiant, quia ſpecies neceſſario debent recipi in ipſa entitate potentiæ, & in organo per ipſam: atque in organo in ea parte quæ ſpirituoſa eſt, quo facilius & ſpecies & ſpectra rerum recipiantur veluti in ſpeculo. Et licet ſpiritus imperum faciant, vt referant ſpecies à ſenſibus ad potentias internas per multiplicationem earum per eoſdem ſpiritus: ita profecto poſſunt ab ipſa potentia recipere ſpecies, & aliquo modo turbare actionem potentiarum, ſaltem dilirium mouendo per conſenſum, non tamen perpetuum, quia potentiæ non operantur ſecundum naturam per ſpecies traditas ab ipſis ſpiritibus impetum facientibus, denuo ſemper productas, ſed vtendo reſeruatis in ipſo quieto ſpiritu, media potentia organi. Quæ ſane potentia ab intemperie huius mirabilis ſpiritus organi infirma redditur & impotens ad conſueta munia (& ob id iure optimo Hipp. *in epidemiis*, referens delirii varias ſortes, dicit ſæpiſſime *Mens non firma*; ſed rectius dicimus, *non menti firma*, hoc eſt ſpiritus ille qui intemperatus eſt & commotus; impotens & non firmus factus) & hac lege perpetua vacillatione mouetur, & delirat homo; ſed maxime & potiſſimum, cum accedit vapor amplius turbans ſimul cum ſpiritibus animalibus, & ſpeciebus ſiue ſpectris rerum exteriorum. Verum dubitabit aliquis, & merito, *quo modo ex ſiccitate melancholica, aut intemperamenti ſicci, homo deliret, ſi verior eſt ſiccitate ſimili homines fieri ſapientiores, quia ob eam mens eſt quieta, ſi quidem ſapientia ſita eſt in mente quieta, & inſipientia in mente mota, eo modo quo dictum eſt.* Cui dicendum eſt, ea ſiccitate & intemperamento illu potentiam animalem vitio morboſæ illius diſpoſitionis infirmari, & non poſſe ſuas actiones probe efficere, & ſic ſemper mentem vacillare, & eo magis, quo aliquid, vt dictum eſt, acceſſerit, quod ſpiritus obumbret, & perceptionem ſpecierum recipi clare, & vt ſunt obiecta percipiat. Quippe hic ſpiritus, partim vaporum admiſtione impotens efficitur, ſed longe magis ea ſanguinis vitioſa fereaque humiditate, qua inquietus inordinate, tumultuoſeque agitatus præter naturæ ordinem & modum ſpecies & ſpectra rerum, quæ in ipſis ſpiritibus ſunt, & potentiis deferuntur (quia ibidem morantur; & ſuas actiones perficiunt) eudem modu fiunt peruerſa figura, mutato colore, ſitu vario, & mille aliis monſtris ludentes, *vt loco citato, ex Hippoc. retulimus.* Quo fit, vt ſpecies variis modis ab organis ſic male affectis diſponantur, & circa obiecta quæ de nouo producuntur, alio & alio modo phãtaſmata formentur, quia affectiones diuerſæ à vitiato ſanguine & ſeroſitatibus ortæ, fieri poſſunt, ſub intenſiori, aut remiſſiori gradu, & ob varios hos modos varia ſunt ſpectra, quæ mentem turbant, & varia deliria fingunt, iuxta humoris peccantis in ſanguine rationem, vt dictum eſt, vt muuſtrant deliriorum variæ ſortes, quarum quælibet ſuum reſpicit humorem, à quo mouetur.

In cerebri ſubſtantia tria conſideranda.

Cerebro duplex ſpiritus

Spiritus quid in nomine quo intelligendum.

Deliria quomodo ex ſpiritus animalis quieti vitiis ex ſpeciebus & phantaſmatibus rerum fiant.

Dubium.

Sed vt ad noſtrum laborantem redeamus, ſciendum eſt primo, quod correptus fuit ea ſpecie inflammationum cerebri, quæ per irrigationem efficitur: quam ſane ex præhabitis ſignis colligere potui. Quippe fuſis humoribus vi caloris febrilis, ſucci putreſcentes caput præ efferueſcentia irruerunt, concitaruntque dolorem, & mox vigiliam & ob id, & propter tenuitatem & ſeroſitatem & vitioſam, atque

Phrenitidis per irrigationem ſigna.

apertionem potorum & oſculorum venatum, caput recipit billioſa hæc, & ſemiputrida, quib. delirare cœpit, ac phreniticus eſſe ex hoc modo morbi.

Phrenitis quomodo curetur.

Quibus cognitis, & inſtituta optima victus ratione attemperante, tenuis ſubſtantiæ & alimentoſæ, quia vires ex morbo erant deiectæ, potum parauimus ex aqua *ſcorcionera*, & inſtitutis frigidis apozematis & ſerapiis, quæ vim haberent feruorem compeſcendi, refrigerandique prædictos ſuccos, protinus à principio copioſe ſanguinem miſimus, quantum vires ferre, & morbum adeo acutum expoſcere, videbatur. Et cum febris amplius intenderetur, & creſceret, caputque tentari compertum fuerit primo *repellentia* ipſi adhibuimus, antequam ſucci in cerebri ſubſtantiam dilaberentur, & cum malum pergeret, verens, ne aliquid iam cerebrum irrigare poſſet, leuiter attemperantibus, illi ex *aqua roſacea, violarum & aceto*, aut ex *aqua & lacte mulieris*, vel ex decocto *lactuca portulaca, ſolani, violarum* & ſimilium applicuimus. Interim tamen & propter ingentem vigiliam, caput irrigare iuſſimus *oleo violarum* & cum vigiliam, doloremque conſtaret non ceſſaſſe, & loqui cœpiſſet multum & præter rationem, iuxta collum & ceruicem *oxyrrhodinum* poſuimus ex *aqua roſacea & aceto*: ac mox capiti modicum reſoluentia, quale fuit decoctum *chamameli & florum ſtœchados*, cum modico *aceto* in ſpongia aut linteo. Item iounximus caput *oleo chamameli*, cum *modico roſaceo*, ſed ante omnia ex vena humerali ſanguinem miſimus, & vſu cucurbitarum, maxime cum ſcarificatione, humorum impetum deorſum vergere curauimus, frictionibus crurum & brachiorum, lauacris ex decocto *chamameli*: *& florum ſtœchados*. Verum quia ne hæc quidem prodeſſe videbantur, clyſmatis ex decocto *mercurialis*, cum *catholico & melle ſine oleo* adiecimus, quibus probe egerebat. Item apozemate vti iuſſimus ex *aqua ceraſorum, ſcorcionera & borraginis, cum electario de hyacinto, & pulpata marindorum*, quo humores ſeroſos ad ventrem euocauimus, cui aliquando addidimus liquoris *nouem infuſionis roſarum* ℥.iiij. quo bis, terue, & cum clyſmatis egerebat. His profecto, præter id, quod non bene ſe habuiſſet, quia ſebris & delirium creſcebant, cœpit tamen dormire aliquantulum: cæterum cum cognouiſſem, ſomnum eſſe apertis oculis & cum delirio; & aliquando clauſis, & cum inordinata locutione & vehementiori delirio, conieci, affectionem migrare in mediam inter phrenitidem & lethargum, *typhomaniam* nuncupatam.

Apozema.

Phrenitidis mutatio in typhomaniā.

His autem omnibus viſis, diſſeruimus diligenter de natura & eſſentia huius mali, in quod phrenitis degenerauit, ac de eius prouidentia & curatione. Et inter nos conuentum eſt, typhomaniam eſſe *medium affectum inter phrenitidem & lethargum*: cæterum duplicis eſſe naturæ. Quippe alter eſt legitimus: alter vero ſpurius ſeu illegitimus, haud ſecus quam de phrenitide dictum eſt: Legitimus quidem conſtitutus ex vera phrenitide & vero lethargo: ſpurius quidem ex irrigatione, aut efferueſcentia vtriuſq; ſucci. Ratio profecto huius ſententiæ fuit, quam nos adduximus lib *Praxis*, licet recipere noluerit neotericus quidam, eo quod ipſe nullam inuenit differentiam in capitis affectionibus, ſiue per veram inflammationem, ſiue per irrigationem, ſiue per efferueſcentiam ſuccorum in venis membranarum; cum certiſſimum ſit (etiam ſi ratione ſymptomatis rectricum facultatum parum diſſidere videantur) in ratione morbi à quo ſuboriuntur, magnopere differre: quia vera inflammatio morbum parit in figura, intemperia, & ſoluta vnitate; irrigatio ſolum in intemperie cum affluxu materiæ: efferueſcentia vero ſuccorum in exilibus venis, præter intemperiam, etiam tenſionem & quodammodo obſtructionem illarum venarum parit, adeo vt hanc differentiam nemo poſſit iure optimo negare: quinimo ſcire oportet, delirii varias ſortes ſolum humorum differentias oſtendere, necnon & differentiam læſæ potentiæ, curationem vero legalius prædicta affectus differentia. Quod vero inflammatio primæ ſortis, ſit legitima & verior, quam quæ ſolum per intemperiem irrigantis aut feruentis humoris efficitur, nullus certe dubitauit, niſi is qui legens Auicennam diffiniſſe *per apoſtema ex cholera & phlegmate*, illud verbum, *Apoſtema*, per intemperiem interpretatur: ſed hæc miſſa facio, ne tempus inutiliter videar conterere. Satius enim eſt, docere, hoc nomen *Typhomania*, huic affectioni impoſitum fuiſſe, eo quod ſic affecti delirent quidem cum febre acuta: interim tamen inſignem habent in ſomnum delationem, nequeuntes vigilantium munia obire, ſed tunc palpebras claudere cupientes, tunc dormire ſperantes: huiuſmodi tamen ſpes ipſos fallit: quamuis interdum læuius delirium, interdum grauior ac profundior ſomnus, ac moleſtus occupat: prout phrenitidem aut lethargum magis typhomania hæc imitetur, quam arbitramur eſſe ſpuriam à duobus humoribus ortam, non ex duobus morbis, nimirum vera phrenitide & vero lethargo. Et licet Gal. 1 *prorre.* inueniſſet phrenitidem comatoſam, & pluſes comatoſos eſſe phreniticos: non ob id credendum eſt, typhomaniam fieri ex quauis miſcella bilis & pituitæ, aut vt Auicenna refert, ex ſanguine & pituita, vtcunque miſtis, ſed *vt latius loco citato expluimus*: nam hac in parte ſat eſt, id quod noſter laborans patiebatur explicuiſſe. Quippe arbitrandum eſt, efferueſcentibus pituitoſis & crudis ſuccis, ſimul cum ſeroſis (qui prædictam phrenitidem concitabant) quibus caput vt catharroſum abondabat, eiſdem ſimul cum aliis irrigari caput, & ob id prædicta ſymptomata ſuboriri, per participationem extremorum, medium inter vtrunque ſymptoma, ſicut cauſa per participationem bilis & pituitæ, vel ſanguinis & pituitæ (aut vt nonnulli cenſuerunt, ſanguinis pituitoſi) & actio, ſeu læſio eluceat media, per compoſitionem cauſarum: quod ſi aliquando conſtiterit laborantem inclinari ad ſomnum, & aliquando ad delirium, mirum non eſt, ſi humores in cerebrum ſeorſum irruerint, nam cum ad vnam formam reducuntur, mixta quoque erit læſio ex ſomno cum delirio, vt ex Hippoc. adduximus. 1. *prorret.* ſed curatio fere ſimilis in vtraque typhomania exiſtit.

Typhomania quid & quotuplex.

Typhomaniæ eſſentia ac natura.

Cognita igitur mutatione mali in hanc typhomaniæ ſortem, protinus ſtuduimus eis vti auxiliis, quæ vires obtinerent miſtas, quæ partim *refrigerent*, & partim *attemperent*; & cum hoc potentiam ſortiantur *inſcindendi & attenuandi*. Quapropter, tranſacta vndecima die, & coctione apparente, curauimus

rauimus ante mutationem topicorum, corpus duodecimo purgare ſyrupo *roſarum*, cum expreſſi[illegible]-*rhabarbari & agarici*; & feliciter ſucceſſit: quia egeſſit copioſa, & miſta e[illegible]am ex pituita & bile. Quo facto, parauimus capiti decoctum *chamameli & ſtœchados*, cum modico *aceto*, cuius vſu cœpit per nares aliquid excernere, & ſpuere etiam: cum hoc tamen vterque affectus perſtabat, adeo vt nos commouerit hirudines hæmorrhoidibus affigere: nam ad maiorem euacuationem non aderant vires. Quo præſidio minus delirauit, & iterum ſirapis quæ incidentia erant, & attenuantia, vt de *radicibus cum aceto*, & *acetoſum* ac de *cichorio*: ac miſcuimus lac *ſemiuitcartami* extractum in decocto pugini, quo venter ſufficienter egerebat, cæterum maiori ex parte bilioſa: quibus cœpit longe minus, ac fere nihil delirare; Verum profundius dormire, ita vt vix neque cucurbitis, neque vinculis, aut alio modo excitaretur. Tandem cognouimus mutationem *typhomaniæ in lethargum*, & vſque ad decimamſeptimam & vltra ſic perſtabat, ita vt nos cogeret, omne curationis conſilium vertere ad lethargum nouiter inceptum.

Typhomaniæ mutatio in lethargum.

Adeo pulchram, accuratam & integram *lib. Praxis*, adduximus lethargi tractationem, quod opus non foret, iterum hac in parte ea repetere, aut aliquid noui addere, niſi autores non contemnendi omnino adduxiſſent quoddam decretum deſumptum ex contentione quadam duorum Medicorum Hiſpalenſium. Nam cum conſtet, lethargum eſſe *ſoporem præter naturam continuum cum febre lenta à pituita putreſcente, qua locum, quo principis animæ pars reſidet, humectat & diluit*; euidentiſſimum eſt, accidentia, ſeu ſymptomata, quæ hunc cerebri morbum ſequuntur, in cumulo quodam [illegible]e animalium functionum fere omnium, maxime imminutarum, cum certo quodam delirii m[illegible]o. Nam perit in eo aliquando ratio; cum fere huiuſmodi laborantes nihil ratiocinentur: perit eo mod[illegible]-gentia, cum nihil mente concipiant: perit ſenſus communis, vna cum ſenſibus particularibus, cum habeant inexpugnabilem dormiendi neceſſitatem: offenditur etiam maxime ipſe motus v[illegible]tius, cum marcore atq; ignauia incredibili opprimantur, licet actiones non prorſus pereant, vt in apoplexia & aliis ſoporoſis affectionibus, & cum hoc febrem habent ſic affecti coniunctam, & delirii certum quendam modum.

Lethargus quid.

In quo ſane morbo prædicti autores duo ſtatuunt. Primum, lethargum eſſe *morbum calidum cerebri, & ea ratione neceſſario habere ſemper coniunctum delirium*; quod negant ſuboriri à vitio memoriæ, vt nos ſtatuimus, ſed ſolum fieri à calore, vt in phrenitide. Et tradentes rationem ſui dogmatis, docent, *neceſſario id eſſe verum, quia calida intemperies, qua ex putredine febrili, quam pituita in cerebro contrahit, ipſum calfacit morboſo calore*. Quæ profecto ſententia primo acceſſu videtur rationi conſona: verum ſi quis eam maturius conſideret, reperiet, veram poſſe dici; cæterum non eo modo quo ipſi conſiderant; quia non ſatis conſtat, qualia ex prædictis ſymptomatis ex calore contracto in pituita prodeant, & qualia ex innata ipſius frigiditate; ſi quidem ab omnibus viris ſapientiſſimis lethargus vt frigidus affectus fuit habitus. In qua re multa (cæterum breuiter) mihi ſe ſe offerunt conſideranda. Primum quidem, *quod iure optimo dici meretur alicuius partis morbus, qui eius actiones viciat*. Verum, quia in partium actionibus conſiderare oportet, an vitium inferatur in ipſas, vt ſimplices ſunt particulæ, an vt organi officium agunt, maxima intereſt differentia ad venandam affectus naturam, & immediatam viciatarum actionum cauſam. Quapropter in hac re negandum non eſt, *cerebrum incaleſcere*; cæterum neceſſum eſt intelligere, hunc calorem non lædere cerebrum, vt organum eſt rectricum potentiarum, ſed ſolum ad ſummum, vt pars ſimplex exiſtit nutritionum munus vitians. Quippe ſuperius dictum eſt, *non quemuis calorem deliria mouere*, alioqui in omnibus febribus, & calidis cerebri intemperamentis delitaret homo: ſed neceſſum erit, calorem vſque ad ſpiritum, quod immediatum eſt inſtrumentum harum actionum, peruenire, vt abunde ſuperius docuimus in phrenitieis deliramentis. Sed hic calor humidus, manſuetus, remiſſus & pauciſſimæ efficaciæ, ac humiditate multa obtectus, nulla ratione poteſt mentem mouere: quippe neceſſum erat prius, vel vigiliam inducere, vel ſaltem adeo profundum ſomnum non admittere. Præterquam quod neque cauſa (quia in vtroque eſt calida) neque in morbo (quia vterq; eſt apoſtema) lethargus differret à phrenitide, ſi verum eſſet prædictum dogma.

Dogmata falſa de lethargo deſtruuntur.

Ex quo iam conſtabit impoſſibilitas ſecundi dogmatis, nimirum *hunc calorem eſſe cauſam commotionis mentis in lethargo*, & conſtabit etiam, in eo, ſiquidem neceſſum eſt mentem moueri, aliam neceſſario eſſe conſignandam cauſam, & eam ex neceſſitate rei debere eſſe, quam ipſi negant, & nos *li. Praxis* adduximus, nimirum *memoriæ iacturam*, quæ neceſſario fere perit in hoc affectu. Quippe cenſent, eo quod diminuta memoria ſit, ſi vitaliter referat ſpecies, non eſſe quod inordinate referat, ac delirium moueat, ſed actionem diminutam fore potius, quam erroneam. Quibus dicendum eſt, neceſſario obliuioſos in lethargo delirare: tum, quia ſomnus lethargicorum non eſt ita profundus, ſicut in caro: quia ex putredine acrimoniam contrahit pituita: tum etiam, quia nonnihil habet mixtum ex bile, quantum nimirum ſat eſt, vt pituita alioqui craſſa, eas partes adeo anguſtas adeat, quo efficitur legitimus lethargus, non, vt ipſi arbitrantur, ſpurius, ob paruam & neceſſariam illam miſcellam; quia ſi ſola eſſet pituita, carus aut alia ſoporoſa affectio ſuccreſceret. Ratio profecto eſt, quia integra lethargi natura conſtat ex profundo ſomno, & ex delirio: nam ſic viri ſapientiores diſtinxerunt lethargum à reliquis ſoporoſis affectionibus, quia dormiunt & delirant, & obliuioſi ſunt: quo fit, vt deficientibus acrimonia illa, & bilis ea portione, non eſſet verus lethargus: tantum abeſt, vt cum illis ſit illegitimus, vt ipſi arbitrantur.

Verum quod memoriæ iactura ſufficiens ſit delirium mouere, conſtat, ſi quidem qui obliuioſi ſunt, ineptiſſime & inordinate, & aliena loquuntur, nedum cum obliuioni adiungitur ingens illa cerebri læſio, qua omnes potentiarum actiones inflammari eſt neceſſum: præterquam quod ex pituita

Memoriæ iacturam delirium poſſe mouere.

adhoc, *vt conſtat ex Hipp. 1. de morbis*) deliria fiunt, & confirmat *lib.* 2. ſtatneos, leuiter & realiter lethargicos delirare: nam leuem inſaniam eſſe, confirmat Gal. 7. *apho.* quia cum cerebrum ſit, rationis & imaginationis actus in lethargo infirmari, & memoriam plurimum imminui, quia in harum potentiarum ſede pituita putreſcit, ob id profecto neque memoriæ ſpecies, neq; reliquæ potentiæ receptionem & vnum poſſunt exercere; quo profecto neceſſum eſt delirare. Verum vt rem concludam, ſtatuenda eſt differentia inter phrenitidem & lethargum; ſi quidem in vtroque affectu adeſt obliuio & delirium, quia phrenitici ſunt obliuioſi, conſenſu diſtractionis & læſionis aliarum potentiarum, ita vt poſtulata matula, meiere obliuiſcantur: lethargici vero ſunt delirantes, non quidem quod primario & ex vi caloris interiores potentiæ ſint ulæſæ, vt hi arbitrantur, ſed conſenſu memoriæ, quæ nequit vt par eſt, ſpecies referre reliquis potentiis.

Phrenitis & lethargi quid differant.

Non tamen rationem recipere valuerunt hi viri, qua lethargicorum cerebrum frigidum morbum ſortiatur, etiamſi prodeat ex putreſcente pituita. In qua dubitatione rei veritas eſt, quod ad penſum modi læſionis, neceſſum eſt, morbi naturam venari. In qua re tria mihi ſeſe offerunt enodanda. *Primum*, quod licet pituita incaleſcat, & ſubinde cerebrum eo modo, quo dictum eſt: calor ille non attingit rationem morbi pertinentis ad actiones organicas, ita vt vel mentem lædat, vel ſomnum conciliet. *Secundum*, quod frigiditas, quæ adhuc remanet in calfacta pituita, potentior eſt ad morbum frigidum efficiendum, quo omnes potentiæ oblæduntur, quam ſit puſillus ille calor, qui ea leui illa putredine ſuboritur nimia humiditate adiuncta. Nam certum eſt, ob gradum illum caloris acquiſitum in pituita, perdi alterum ex innata frigiditate; & cum ipſa ſit impenſe frigida, neceſſum eſt, licet vno gradu incaleſcat, potentiores ſupereſſe ad refrigerandum cerebrum, remanentes alios gradus frigiditatis, quam ad morbum calidum efficiendum vnum caloris gradum, licet is in corde ſufficiat febrem illam lentam concitare, non tantum ſui ratione, quantum defectu commodæ ventilationis. Quo fit, vt verus cerebri morbus in lethargo frigidus ſit: quod quidem actiones, quæ in eo vitiantur, etiam oſtendunt: ſi quidem à calore potius vigilia, quam ſomnus concitaretur: nam licet humiditas nata ſit id damnum efficere, primo tamen frigiditati tribuunt omnes ſapientiores Medici, quorum dicta adeo praua hac interpretatione retorquentur, quod malui ſilentio præterire, quam in re adeo aperta & vera eorum ſententias veriſſimas aduerſus nouas explicationes conformare. *Tertium* vero eſt, quod ob hanc mixtam intemperantiam, qui diligentius ſcrutantur veterum Medicorum ſententias, inuenient, lethargum conſtitutum fuiſſe mediæ naturæ inter *coma vigil*, & *carum*: nam in lethargo laborantes profundius dormiunt, quam in comate vigili: leuius vero quam in caro: quia loquuntur & delirant, tantum inquam, quantum materia calidior eſt materia cari; minus vero quam in comate: quia materia acrior eſt in ea. Et hæc conditio mixta conſtituit lethargum legitimum & verum: nam aliqua deficiente, fiet illegitimus: quod nolunt concedere hi autores.

Lethargicorum cerebrum frigidum morbum ſortitur.

Sic profectu noſter laborans obrutus graui ſomno, aliquando delirabat, maxime cum excitaretur, & mox in profundiorem ſomnum procidebat. Quo viſo, curationem & omne conſilium mutauimus ad prouidentiam lethargi. & cum ſatis corpus, tum per ſanguinis miſſionem, tum etiam per caputpurgationes eſſet euacuatum, ſolum inſtituimus, fluxam in cerebro pituitam reſoluere, aut per os & palatum educere. Cui vſui profuit palatum inungere *theriaca* & ſternutamenta mouere, ac vltimo grandem cucurbitam occipitio cum ſcarificatione affigere. Inſuper profuerunt *hyrudines naribus affixa*, quibus ſanguinis pituitoſi non parum extraximus. Præterea omnibus modis materiam ad inteſtina clyſmatis vehementibus euacauimus, & eam quæ erat in capite, attenuare, & allicere ad nares curauimus odoramentis ex *pulegio*, *ſerpyllo*, *maiorana & ſtœchade*, aceto *acerrimo calido* madefactis: maximeque in aceto iuſſimus *caſtorei* modicum adiicere, quibus omnibus, *guttulas aqua vita* iuſſimus addere: reſoluit enim mirum in modum. Inſuper capiti poſuimus quæ vim habent reſoluendi, vt *oleum chamameli*, *liliorum*, *cum modico caſtoreo & aceto*. Item fomentis vſi fuimus ea decocto *maiorana*, *ſerpylli*, *pulegy*, *roris marini*, *liliorum*, & addito puluere *caſtorei*, & *euphorbii*; quæ excepimus ſpongia. & calidam ſæpius applicuimus: à quibus caput inunximus *vnguento alabaſtrino* & *theriaca cum oleo caſtorei*. Quæ ſane ita malum compeſcuerunt, quod ceſſante ſomno, reſipuit laborans, & cœpit conqueri de dolore ceruicis: ac poſtmodum apparuerunt duæ parotides, quas curauimus ad ſuppurationem ducere: ſed altera reſoluta fuit, & reliqua ſuppurata, quæ plurimis diebus à ſe fundebat fœtidum pus, quo laborans, Deo fauente, ſanitati fuit reſtitutus.

Lethargo qualiter prouidendum.

De ventriculi imbecillitate, nauſea, vomitu ac ſingultu, cum ventris palpitatione.

CONSVLTATIO X.

VRANIA Galaecia virgo pulcherrima viro nobiliſſimo deſponſata, ex frequenti eſu niuis & glaciei, quæ citra aliquod aliud alimentum ingerebat, cœpit à cibo ingeſto nauſeare, & poſt aliquot horas ſingultire. Sic ſenſim & paulatim creuit adeo affectio, quod iam non alimenta liquata (vt à primo mali initio euomebat) ſed craſſam, acidamque pituitam excernebat, paſſa prius inanem vomendi cupiditatem, quam euomeret: & ante omnia fere ſemper ſingultum, & aliquando loco ſingul-

ſingultus, perſentiebat in tota ventris regione, veluti palpitationem quandam, qua maxime infeſtabatur, & cum mala hæc diu perſtaſſent (quamuis iam nunc non vteretur) in maciem & atrophiam deuenit, amiſſo omnis pulchritudinis decore, & apparentibus in ventre & vtero ingentiſſimis obſtructionibus: ſic profecto affecta ad noſtras peruenit manus curanda.

In cuius grauiſſimæ affectionis cognitione & curatione multa notatu digna conſiderare oportuit. Primum, *qualis fuerit ventriculi morbus ex cauſa illa frigidiſſima contractus.* Secundum, *qualia ſymptomata prodeant ab eo.* Tertium, *quæ nam ſit natura, & quis modus cuiuſq; prædictorum ſymptomatum.* Quartum, *qua nam ratione morbus curari poſſit.* Et vltimum *quam peculiarem diligentiam prærequirat quoduis ſymptoma ex memoratis, & an ſimul cum morbo curari ſit poſſibile.*

Circa primum, nulli poteſt eſſe dubium, ventriculum contraxiſſe ex frequenti illo niuis & glaciei eſu, impenſam frigiditatem, morboq; ſubinde laborare frigido. Qui ſane primo eam in ventre paſſi affectionem, quam *imbecillitatem* nuncupamus. cum dictum ſit, omnem immoderatam intemperiē deiicere actum propriæ virtutis, hoc eſt, imbecillitat ipſam, & eam à ſuo ſcopo in propriis actionibus aberrare facit. Et cum ventriculi miniſterium ſit circa alimenta quæ ingeruntur, continendo, coquendo, ac diſtribuendo ipſa, conſtat proculdubio, deficiente virtute cui hęc opera incumbunt, alimenta, vt ingeruntur excerni, aut incrudari, vel vitiari & corrumpi. Ratio quidem horum malorum eſt, iactura, imminutio, aut vitium præcipui ac neceſſarii & immediati inſtrumenti omnium ventriculi actionum, quod eſt *calor.* Sic profecto in hac virgine, cum adeo fuerit imminutus ac deiectus, ingenti illo frigidorum eſu ventris calor, licet appeteret, ac deuoraret, non tamen poterat conficere. Et cum ab eo ſic ingeſto, & non confecto, neque digeſto grauaretur, nauſea affligebatur ingenti, quouſque vomendo, omne aſſumptum excerneret, etiam ſi diu retentum fuerit. Cæterum, quia ad reprimendam temperandamque frigiditatem calidis & aromatis quam plurimis vti fuit neceſſum, proculdubio ab eis irritatus ventris, infartus humor ſic gliſcebat, quia etiam ex acore morſum perſentiebat. Tandem ex flatibus copioſis, quæ vi etiam calidorum, ex crudis alimentis effluebant, venter (cum non excernerentur facile, quia in ipſius ſubſtantia continebantur) veluti palpitabat. Hæ ſunt profecto rationes, & hæ ſunt cauſæ accidentium, quæ aderant in hac laborante, quæ atrophiam ſequi mirum non erat, ſiquidem omne alimentum excernebat ante ſuſceptum ab ipſo beneficium, & ob id minime alebatur.

Ventriculi imbecillitas quis morbus, cuius natura & quæ eius cauſa, ac ſymptomata.

Et cum in curatione huius mali, primo calorem reuocare oporteat ad ventriculum, non tamen quemuis, ſed ſimillimum ei, quem frigiditas perdiderat: ob id de eius calore breuiter in memoriam reuocare oportet, quæ lib. *Praxis* dixeram latius, nimirum ventriculum ad varia & mirabilia munia, quæ exequitur, triplicis caloris ſorte opus habere. *Primo*, contracto ex elementali materia, ex natura ſuæ compoſitionis, quo ſibi ſimili alimento gaudet, ex familiaritate ſubſtantię: qui ſane calor non eſt autor coctionis, ſed ſolum hunc vſum præſtat, & miſtionem continet, more aliorum miſtorum: nam vtcunque ventriculus laboret aut refrigeretur, ſemper hic calor, qui miſtionem continet, manet, niſi corruptione miſtio diſſoluatur. *Secundo* conſtat ex influente à corde & circunſtantibus membris calore, quo non ſolum fit alimentorum liquatio & fuſio, atque commiſtio; ſed alimenta ſuſcipiunt quandam aptitudinem ſeu diſpoſitionem ad ſingulorum membrorum nutritionem. *Tertio*, vero ex innato & primigenio calore conſtante, quo alimentum in chyli ſubſtantiam ventriculo ſimilem, & à proprio calore factam vertitur. Quippe iuxta diuerſitatem deperditionis vnius aut plurium ex prædictis caloribus, ſuboritur in ventriculi muneribus vitium, vt *ſuper dictum eſt, & ea parte latius explicuimus.*

Ventriculus triplici calore opus habet.

Quæ profecto ſufficere videbantur, niſi inter noſtri temporis Medicos nonnulli ſtuduiſſent rem hanc adeo vtilem, veram & neceſſariam euertere. Quippe cenſent, *nullam in viuentibus eſſe differentiam inter calorem elementalem* (hoc eſt, qui ſolum miſtionem continet) *& illum qui habetur ex ſemine & ſanguine menſtruo, qui liceat cor diſtinguere.* Profecto, lectores egregii, ſimilem huic calamitatem patiuntur viri omnes, quibus in animo eſt, ſolum veritatem indagare, citra inanis gloriæ cupiditatem: & eandem contradictionem cuiuſuis nouæ & neceſſariæ veritatis paſſus fuit etiam ſuis temporibus Hippoc. ſiquidem ſtatuit lib. de Arte, *Quod Medicus ignorat, id arbitratur eſſe falſum in arte.* Nam quis vſquam dubitare potuit, viuentium omnium partes, calorem, temperiem, & omnia, quæ in eis ſunt, præter animam rationalem, proficiſci à principiis generationis, nimirum à ſemine & ſanguine menſtruo? id quidem nec tyrones vnius anni ignorare poterunt. Verum cum hoc, qui exacte particularem viuentium Philoſophiam calluerunt, coacti ſunt ſtatuere, vnum & eundem calorem primigenium in diuerſis partibus corporis, ita varie immutare formam, conditionem & naturam, quod varia, contraria, & mirabilia opera efficere conſpiciamus, adeo vt iure optimo diuerſarum naturarū calores eſſe putares. Et licet ab vno ſolum principio prodeat, cum hoc tamen ratione alicuius accidentis, quod illi accreſcit, ex natura partis, aut officii quod illi committit natura, ob diuerſum modum ac temperiem, quam accipit ab eodem ſemine & ſanguine menſtruo, varietatem prædictam mille modis ſuſcipiat, prout terream, ſpirituoſam, aut mediam naturam ex illis principiis (quantumuis ſint eadem omnibus) nanciſcitur. Quis inſuper vſquam ignorauit, eundem calorem primigenium, in corde ſpiritus vitales, in cerebro animales, in iecore quatuor humores, in ventriculo chilum, & in oſſe os, & in carne carnem generare? Nemo profecto, niſi qui ſophiſticis barbarorum argumentis nitatur interturbare veritatem luce meridiana clariorem. Namque modus ille, qui iuxta exequendum officium comparatur in hoc calore ex prædominio huius aut illius partis ex innatis principiis, adeo eius eſt opus variare, quod iure poſſis dicere eſſe diuerſum calorem, haud ſecus quam ex diuerſis operibus diuerſas potentias docuerunt

Calor & elementalis & primigenius inter ſe differant.

euerunt Philoſophi diſtinguere, quantumuis ſit vna. & ob id in noſtris corporibus vnus erit calor ratione principii, varius tamen, ob diuerſos modos quos recipere poteſt; quo fit, vt ea ratione diuerſorũ operum ſit autor. Quod ſi voluerit adhuc aliquis perſtare in eadem opinione, inquiro, quæ maior differentia eſt, quoad principia noſtræ generationis, inter calorem influentem, & inter primigeniũ membrorum (quam omnes etiam libenter admittunt) quam inter hos duos & calorem elementalem in primæua hominis formatione? Ego quidem, quoad hoc nullam ſentio: cæterum eo modo quem adduximus, longiſſimis interuallis diſſidentem comperimus, quod hi autores fatentur ſe ignorare; ſi quidem ſtatuunt, calorem membrorum nil aliud calfacere, quam facere: nonne adhuc in Philoſophia conſtat, calorem imprimere talem effectum, qualia fuerint calfacientia? Quo conſtat parui momenti eſſe rationem, quæ hos viros mouet, diſcedere ab huiuſmodi veritate; nimirum, quod ſi calor membrorum aliquid ſui peculiarius imprimeret in alimenta, ea indiſponeret ad ſuſceptandam formam chili: profecto præſtaret tacuiſſe: alterationes enim quæ non contrariantur, licet diuerſæ ſint inter ſe, cum in vnum ſubſtantiæ viuentis finem dirigantur, nullam inferunt repugnantiam, quinimo conueniunt. Et cum ventriculus etiam ſibi (ſi verum eſt chylo nutriri) & aliis partibus diſponat alimenta, in vnum coibunt partes & ventriculus: maxime quia ipſe, vt proximior, citius, commodiuſque & efficacius ob innatam ſubſtantiam præſtabit ſimilitudinem, quam cætera membra: quæ ſolum rudimenta alimenti futuri viuentis ſunt præſtatura, non integram ſimilitudinem, qua impediatur ſimilitudo ventriculi in chilo. Sed de his hæc ſint ſatis.

Cruditas ventris triplex.

Calore igitur primigenio, ventriculo vt autori chyli præſtito, à frigidiori incurſu diminuto, cruda cœperunt in ventre ſupereſſe: verum cum cruditas triplex in ventre reperiatur, nimirum per *exuperantiam alimenti*, quam natiuus calor nequit conficere, quæ ſane cruditas emendari facile poteſt: aut per *imminutionem calidæ ſubſtantiæ*, quæ crudum ſuccum generat: & vltimo per *diminutionem etiam caloris*: cæterum cum additione frigidæ qualitatis, quæ acidam cruditatem generat. Sic profecto in hac laborante ob vltimam harum cauſarum, acidam cruditatem ſuperabundare erat euidentiſſimum. Quam profecto (quod difficulter ſit emendabilis) redundantem ventriculus auerſabatur, & nauſea concitata inani, quia craſſa erat & difficulter mobilis, tandem in vomitum prorumpebat natura: & poſt vomitum, ex mordicatione perſentita in tunicis ventris, ſingultiebat: tamen commotis flatibus ea ebulliente materia ad vomitum, venter palpitabat, quod in eius ſubſtantia incluſi extitiſſent. In qua re, antequam curationem aggrediar, neceſſum erit explicare aliquid de *acoris natura*, ac de *modo*, *quo nauſea & vomitus* fiunt; item nonnulla *de ſingultu*, & pauca quædam de *palpitatione*.

Nauſea vnde.

Ante tamen, quam de acore aliquid ſtatuam, in confirmationem eius doctrinæ, quam adduxeram *lib. Praxis*, explicare oportet nonnulla argumenta, quæ neoterici quidam tradunt aduerſus diuiſionem cruditatis, quæ fit in ventriculo. Nam cum dictum ſit à me, fieri, aut *à ſuperante alimento*, aut *à diminuta innati caloris ſubſtantia*, vel *à diminutione eiuſdem per frigiditatem* poſitiuam: taxant hanc diuiſionem, quia primum membrum coincidit cum ſecundo, cum cenſeant, eandem eſſe proportionem copioſi alimenti ad integrum calorem, ac eſt inter diminutum calorem cum minori copia alimenti. Certe oſtenditur euidenter ignorata differentia inter ſymptoma quod procedit à cauſa immediate, & illud quod à morbo suboritur. Nam copioſa alimenti quantitas remanet cruda citra morbum, aut vitium ventriculi: mediocris vero cum diminutione virtutis, remanet cruda à morbo: qualis ſuperſit vtraque cruditas, qui ſapit, intelliget, eam ſortiri differentiam, quam cognouerit inter cauſam vtriuſque: cum prima ſit impotentia naturalis: ſecunda, præter naturam. *Secundo* cenſent prædicti autores, nullo modo ſubſtantiam calidi poſſe imminui, quin protinus ſuccreſcat aliquid frigidum loco eius quod perit: quo cenſent, ſecundam cruditatis differentiam coincidere cum tertia. Sed ego magis miror, ipſos non conſiderare, aliud eſſe, qualitatem aliquam à contrario remitti, cuius loco, ne deſit, aut excedat ſumma latitudo, neceſſum eſt contrariam induci: quod profecto adhuc neceſſum eſt ſemper, niſi dum per ſe à contraria remittitur: nam ſi ex accidenti fiat, vt ad corruptionem ſubiecti, non ob id erit neceſſum: quo conſtat, longe aliud eſſe, ſubſtantiæ calidi deperdi aliquid, nã in reſiduo remanet eadem graduum latitudo, licet non æque extenſa: & ob id non eſt eadem copia & extenſio caloris: cæterum erit idem gradus, quo neceſſum non eſt, frigiditatem accedere, ſed diminutas fieri coctiones, quantum ea copia caloris deficit, & ſic ſuo modo cruditas ſuccreſcat. *Tertio*, vt ad acidam cruditatem deueniamus, cenſent, non opus eſſe accedere frigiditatem, *vt nos antea ſtatuimus*: quia cum frigiditas, in qua conſiſtit acor, non ſe teneat ea parte principii effectiui actionis, ſed ex parte rei acidæ: quia coctio fit à calore, & frigiditas eo tempore nihil agit, ſed ſolũ calorem remittit: ob id ipſi colligunt, ſine frigiditate addita poſſe fieri acorem. Et ſic ſtatuunt, ſecundo & tertio modo poſſe fieri acorem, ac ea conſequenti noſtram diuiſionem eſſe impertinentem. Qui profecto ſi conſideraſſent, quanti momenti ſit ad dignotionem morborum ventriculi, & ad veram cuiuſque cruditatis curationem, nõ dixiſſent, has duas cruditates ſolum differre neſcio qua differentia; ſi quidem (vt ipſi ſcribunt) prima eſt intra latitudinem perfectæ, licet minor, ſecunda intra eandem latitudinem, cæterum quæ non peruenit ad terminum perfectæ. Quos rogare oportet, quænam eſt differentia inter id, quod eſt in via, & inter id quod nondum peruenit ad terminum perfectæ: ſed hæc puerilia mitto, quia ſatis *lib. Praxis* de frigida acoris cauſa dictum eſt.

Cruditatis diuiſio taxatur: ſed falſa.

Acor vnde fiat.

Qua tamen ratione dicant autores, acorem fieri à calore, ſatis ea parte dictum eſſet, niſi hi autores ſtatuiſſent, acorem fieri per calorem mutatione præexiſtantis ſubſtantiæ in alienam naturam, quæ euadat frigidæ temperaturæ, licet cauſa antecedens calfaciat; quia ſic per calorem ventriculi alimentorum

[illegible] nem [illegible] eſt, & reddi acidum, mutata ſub [illegible] forma. [illegible] *intelligere* [illegible] *ratione* [illegible] *calore ventriculi fiat acer quandoq; nidoroſus ſapor, quo* [illegible] *quia ex parte alimenti* [illegible] *ventriculi, eſt ali*[illegible] *alia qualitas, ex qua redditur accommodatum* [illegible] *ad* [illegible] *undans, aut aliam.* C[illegible] hac ſententia multa ſunt diſſona à ratione [illegible] veritate [illegible] fact[illegible] uique [illegible] ad [illegible] qualitates confugere, vbi rei veritas, & natura ignoratur [illegible] ſatis eſt [illegible] rationem al[illegible] qualitatis, remanente [illegible] quam [illegible] quiſitionem nouæ qualitatis [illegible] corrupta & deperdita: quod quæritur in acore comparando in rebus.

Quod vero negant *calorem internum ab externo iuuari in comparanda putredine*, male profecto conſideratur: nam licet internus patiatur ab externo, non eſt calor qui putreſcit, vt ipſi cenſent, ſed quod addit Ariſt. in eadem definitione (quod ipſi tacent) nimirum, rei quæ putreſcit, actione & paſſione ſimul vtriuſq; caloris, ſed in re humida, aut (*vt Ariſt. ſtatuit*) in re quæ putreſcit: nam arbitrari, rem putreſcentem eſſe calorem qui alteratur & corrumpitur ab externo, alienum videtur à ratione: ſiquidem res putreſcunt ex corruptione caloris interni ab externo.

Præterea negant, *calorem diminutum rei quæ aceſcit, coadiuuari à frigido in acore concitando, eo quod videtur paſſum moueri motibus contrariis.* Quod profecto faciliſſimum eſt; nam calor qui nequit concoquere, & ob id in acorem incitat, ad idem opus iuuatur à frigido; quia vnus eſt terminus, & vnus motus in acorem tendens: & intelligere oportet, verbum *iuuatur à frigido*, quo migret in acorem, non in rem calidam; neque frigiditas in eandem rem frigidam, ſed ambo ſimul in idem conueniunt: quia ad acorem tendunt. Nam licet in ſtudioſis hominibus, dum poſt prandium, aut cœnam aliquid curioſius cogitant, ſola caloris imminutione, ob diſtractionem ſpiritus, aceſcit alimentum in ventriculo: tamen cum hoc innata ventriculi frigiditas huic operi ſummopere incumbit, nedum cum extrinſecus frigiditas accedit: quod profecto efficitur citra motus contrarietatem, ſed concurrentibus ſimul in vnum finem. Sic profecto in acidis fructibus, ſeparato prohibente à calore maturante, & interna frigiditate præualente, aut coadiuuante, aceſcunt. Sic ea ratione putredo in acorem ducit, non cum ad corruptionem, ac diſſipationem perueniunt, ſed ſolum diſſipato interno calore, vt dictum eſt de aceto æſtiuis temporibus, quod aceſcit calore diſſipato ab externo, & hyberno tempore extincto à vi frigoris, accedente potiſſimum frigiditate; alioqui non aceſcit, ſi putredo, vt in rebus aliis ſuccreſcit, in aceſcentibus fiat.

Quibus ſic conſtitutis, & ventriculo ob prædictas cauſas acidis cruditatibus pleno, nauſea & poſtmodum vomitus ſuccreſcebant, quibus hæc laborans miſere torquebatur. Quid vero ſit nauſea, quid vomitus, quas etiam cauſas vterque habeat, latius explicui *lib. Praxis*, & ob id hac in parte ſatius eſſe arbitror, docere, quæ interſit differentia inter vomitum, nauſeam & ſingultum, ſi ab eodem humore in eadem parte, & ab eadem facultate, nimirum ab expellente fiant. In qua re Gal. legere oportet *1. de locis aff. cap. 4.* vbi ſtatuit, humores innundantes per cauitatem ventris, *vomitum* mouere; adhæreſcentes vero tunicis, & in ipſas infarctos, *nauſeam*. Ex qua doctrina videbatur neceſſarium, vomitum præcedere ſemper, & nauſeam ſequi: nam facilius & promptius excernitur quod ventrem inſcindat, quam quod infixum eſt. Sed in hac laborante frequentius erat *palpitationem* totius ventris præire (erat enim veluti præludium & ſignum inſtantis vomitus) mox ſingultire, ac protinus nauſeare, & mox vomere. Ratio profecto eſt, quia ex humorum crudorum copia, & varia conditione, quod craſſum erat, in cauitate immorabatur, quod magis viſcidum tunicis adhæreſcebat: quod vero tenuius, ſeroſius & quodammodo acrius, penitius ſeſe in tunicarum ſubſtantiam inſerebat, ſingultum; & cum copia cibi nuper ingeſti incaleſceret venter, ex crudo illo ſero interius recepto, euaporat etiam halitus, quem reſoluere venter nequit: hic autem vt exitum quærat, *palpitationem* mouet, ad cuius motum, & ob adductam rationem, mouetur ſingultus, qui nauſeam etiam concitat, & hæc vomitum: atque hæc eſt ratio differentiæ horum ſymptomatum, in quorum explicatione nonnulla de *ſingultu* diſputare oportebit, ac mox de *palpitatione*, antequam ad præſagium & curationem, ſermonem conuertamus.

Vomitus, nauſea & ſingultus quid differant.

Quæ eius cauſa.

Qui de ſingulto quæ neceſſaria ſunt ſcire ſtuduerit, legat *lib. Praxis*: nam ea parte dictum eſt quantum oportet, ad veram eius notitiam: in hac vero ſat eſt, in memoriam reuocare, eſſe *ventriculi motum, compoſitum tamen, ad expellendum quod ſibi nocet.* In quo genere motus ſciendum eſt, eſſe præter naturæ ordinem multis modis; tum, quia ſe mouet violenter, & licet eodem modo fiat in nauſea & vomitu: tamen in eis fit motus, quo compreſſione ſola nititur ſurſum eiicere quod moleſtat: in ſingultu vero non ſolum compreſſione violenta, ſed cum ſaltu & vibratione: item, quia in nauſea & vomitu expelluntur vitioſa vna tantum motus ſorte: in ſingultu vero duobus, nimirum *dilatatione & compreſſione*: quo etiam diſſidet, non ſolum à nauſea & vomitu, ſed à modo, conſuetudine & ſorte naturalis motus. Præterea diſſidet, quia ſecundum naturam, ventriculus extenditur vt recipiat, aut ex recepto extenditur: at in ſingulto extenditur, quo vehementius expellat; namque non expellit diſtenſione, ſed altero motu, nimirum compreſſione, vt de more habet. Quam profecto compreſſionem non magis violentam & validam potuiſſet efficere, quam in vomitu, ſi ſe [illegible] figura naturali comprimeret: quod fuit neceſſum, ex dilatatione impetum capere, vt vehementius compreſſione expelleret. Quam veritatem recipere non poſſunt neoterici quidam, licet poſtea dicant, neutrum poſſe probari; quia niſi quod ipſi dicunt, nil rectum putant: & cum hæc legerint, & non habuerint quid amplius potuiſſent dicere, *prætermiſerunt ſine reſponſione.*

Singultus quid & quid à nauſea & vomitu differat.

Dimitto hac in parte diſſerere de modo, quo ſiccitas (nō habitualis) ſingultū mouere poſſit, quia

ſatis eſt Gal. dixiſſe fieri, aut ea defectu inæquali humiditatis partem alterari ad motum: aut ex ſiccitate, quæ cum ſit præter naturam, proculdubio nonnihil habet mordacitatis, quæ [illegible] potentiam excitare: *vt ſtatuit 6. apho. 39.* Nec opus eſt in barbarorum inutilibus explicationib. tempus conterere, ſi tamen poſt ipſas, in vera Gal. doctrina ſtandum eſt, vt oportet, ſi quis vera & breuiter ediſcere velit. Itaque ſingultiebat noſtra laborans, ex acrimonia acidæ ſubſtantiæ imbibitæ in tunicis ventri[illegible], potius, quam ex inanitione ab euacuatione vtilis, aut acquiſitione mordentis ſiccitatis. & ob id de his pauca dixiſſe ſit ſatis.

Palpitatio vnde oriatur, & cuius ſortis ſymptoma ſit.

febres hoc charactere inſignitæ ex continuatum genere ſint; & forſan grauiores omnibus aliis. Ratio profecto periculi & grauitatis eſt, quia in hoc continuatum genere euidenter conſpicimus, naturam opprimi, & irritari ſimul, quo mouetur ad pulſum nocui: quod cum à ſe longe arcere non poſſit, plurimum patitur & ſuccumbit, ac iuxta membra præcipua humores patitur putreſieri, quo citiſſime periclitari conſpicimus, ſyncopi, animi defectione, priuatione pulſuum, & difficili reſpiratione: haud ſecus, quam veremur id contingere, vbi ea interpolata febre continua efficitur. Siquidem in interpolata febre, vbi natura agit, & potens eſt, humores trudit ab internis ad extima, & tunc febres ſecuriſſimæ ſunt. Cæterum vbi natura non quidem agit, ſed potius patitur, quia ſolum conatur agere, verum, quia nequit quod nititur, ſed ſolum mouet, protinus ſuccumbit & patitur ab humore commoto furioſius opprimente, laceſſente & moleſtante ipſam, quo periculo non leui circumfertur. Namque talis humorum commotio ſolum fit in ipſo loco, ſeu minera putredinis, vbi præeſt, non ab ea parte ad alias minoris momenti, ſed vel proximas, quæ præcipuæ ſunt, eo quod longius pellere natura nequit. Quo fit, vt circa cor & os ventriculi immoretur perpetuo labore, ac naturam moleſtet. Et ob id ſæpiſſime in principio alicuius acceſſionis, in decliuibus, aut in ſtatu, in his qui minus debiles ſunt, inopinato ſuccumbat laborans, ſub ſpecie tertianæ. Quapropter hac in parte huius rei grauiſſimæ, & ſummopere ſcitu neceſſariæ decreui docere diligenter ediſcere prudentiam, ne Medicis deceptis ſimilitudine tertianæ, vel in præſagando hallucinantibus; vel in curando negligentioribus factis, inopinato mors ſuccreſcat.

5 Sed ad huiuſmodi ſymptomata præcauenda in hoc laborante & ſimilibus, præmitto, quod ſummo mane, ante horam acceſſionis, clyſmate purgatino ingeſto, & euacuatis bilioſis multis, miteſcebat oris ventriculi dolor, & facilius ferebat laborans moleſtiam ipſius. Item poſt euacuationem iuſſimus ventrem inungere oleo *omphacino abſynthite & cutoniorum, cum pulueribus gallia muſcata, roſarum & guttulis vini odoriferi* per coctionem in duplici vaſe; quæ inunctio ſemper ante cœnam fiebat, quod cenſeo maioris eſſe beneficii, iuuat enim ad prandium & ad cœnam ſimul, propter ſomni beneficium.

6 Et in hoc opere neceſſum eſt primo conſiderare, quod licet humor vnus ſit & vnius naturæ non ſemper vno & eodem modo requirit præparationem, vt facilius expurgetur, ſed conſideratis prius modo & diſpoſitione humoris euacuandi, ac ſimul inſpecto loco per quem debet educi, & inſuper modo quo vtitur natura ad expellendum ipſum commodius. Diſpoſitio itaque humoris euacuandi poteſt eſſe quadruplex. Nam vel humor eſt alicui parti impactus, vel in eadem ſolutus: ſi vero ſolutus ſit, eius præparatio eſt, commixtio aqueæ ſubſtantiæ, quæ ad ſuperiorem partem ipſum moueat, vt in vomitibus mouendis efficit copioſus aquæ tepidæ potus, qui in ſuperiorem partem ventris moueat: quia ambo mouent grauatum ventrem ad pellendum facilius. Verum ſi adhærens & imbibitus in tunicis ipſius ventris fuerit humor, præparant ipſum ad faciliorem pulſum copioſa & varia cibaria, quæ partibus ventriculi adhærentia, ſecum adiungant viſcoſa & impacta, quæ facilius, natura irritata, pelluntur, alimentis ſecum deferentib. quæ ventri adhærebant; quæ ſane ad hoc euacuationis genus vera præparatio eſt, licet non fuerit abſ re ipſos inſcindere, & abſtergere, quo facilius ad ſuperiorem ventrem agantur; vt agaricus efficit ſua lenitate. Sic enim potiſſima præparatio erit ad vomendum, humorum poſitura & adhæſus ad viam per quam: nam cum hæc ſit ampla & breuis, vt œſophagus, ſatis eſt eos ad ſuperiorem partem allicere, quo ventriculo ſeſe toto comprimente, vndiq; eos complectatur, & ſurſum agat ac expellat. Verum ſi per vrinam expurgare volueris, modus huic vacuationis longe aptior erit, humores vrinæ ſimiles efficere. Quam præparationem præſtant diuretica medicamenta omnia, vt quæ multa humiditate præſtant, & quæ realiter craſſos diſſecant & ſeparant (vt vere vretica pharmaca, aut quæ ad vrinæ vias deferunt ſuccos, vt *therebintina, coſta & rhabarbarum*.) Deniq; vera præparatio eſt, ſimiles vrinæ aliquomodo efficere: quia tales partes ſolũ vrinam, & quæ illi ſimilia ſunt, attrahere, & ad veſicã pellere aſſueſcunt, humores vero ſub propria forma nequaquam, niſi ad ſui alterationem, non ad euacuationem. Pari ratione, ſi ſuccos aliquos per ſudorem educere volueris, eos præparabis iuſte, ſi ad vaporis formam reducere ſtudueris, diaphoreticis & tenuantib. auxiliis, depoſita propria cuiuſq; humoris forma; & acquiſita vaporis conditione: quod profecto aliud eſt, quam humores attenuare aut incraſſare, ſi ſub antiqua natura remanent. Ratio quidem huius præparationis eſt, quia viæ ad cutem & eius pori, ſeu foramina, minutiſſima ſunt, quæ capere aliam ſubſtantiam innocue non poſſunt, & ob id ad vaporoſam, & aeream naturam reducendi ſunt.

Humores quomodo præparandi vt facilius purgentur.

Humoris euacuandi diſpoſitio quadruplex.

7 At ſi à thorace quicquam educere ſtudueris, procul dubio ad mediocritatem reduces, ne impetui aeris, ſi tenuis ſit humor, facillime rumpatur, aut ſi craſſus, aeri impellenti plurimum reſiſtat. Nam locus per quem, ex cartilaginea ſubſtantia factus, non cedet aeri, & ob id neceſſum eſt, humorem cedere aut reſiſtere: & neutro horum modorum aliquid poterit expelli per aeris impetum: & à thorace, nullo alio modo poteris educere.

Verum ſi per aluum humores educere ſtudueris vi & poteſtate naturalis potentiæ, neceſſum tibi erit, corpus & humores ſimul præparare: corpus quidem, vt cedat humorib. commotis, per expreſſionem partium vbi ſunt, & per quas dilabuntur, & per ipſorum attenuationem, manente tamen propria cuiuſq; humoris forma: nam is eſt verus modus expellendi huius facultatis, vt quæ per expreſſionem operetur huiuſmodi euacuationes, quæ ſane facilius exeunt & fluunt, quo tenuiores facti fuerint.
8 Sic enim Hippoc. corpora vbi purgare vult, præparat. Sic Gal. adhuc in turgentibus & tenuibus ſuccis quærit occaſionem exhibendi decoctum *origani*, & *tragorigani & pulegij*, ad ſummam attenuationem. Namq; ſic neceſſum erat fieri; tũ ex modo expulſionis; tum ex locis per quæ pelluntur humores; tum etiam ex commoditate expulſum: nam modus eſt, compreſſio ſine impetu, per q̃ longe melius euacuatis

cuantur quæ tenuia ſunt, & tanto deterius, quanto magis à tenuitate receſſerint. Quod ſi conſideres trahentium medicamentorum poteſtatem, trahunt quidem facilius tenuia, quam mediocria: quod ita euidenti demonſtratione conſtat, quod verbis opus non ſit. Item loca per quæ educuntur humores ad vias communes, ſunt arctiſſima: ergo facilius permeabunt tenuia. Præterquam quod ars & natura in hoc opere, contrario modo ſe gerunt: namq; natura agit in humores, vt retinendo aſſimilet parti: ergo neceſſario tenebitur incraſſare: at ars agit in humores, vt expellat: ergo quo magis natura incraſſauerit, tenetur ars attenuare & diſſimiles reddere, manente forma: alioqui neq; naturam ad pulſum habebimus adminiculantem, niſi ars ipſos effecerit diſſimiles: nam ſimiles non expellet, & hoc eſt, eam habere adminiculantem, nimirum concitare ad diſſimilium expulſionem. Diſſimiles quidem fiunt, vbi maximam adepti fuerint tenuitatem, vt dictum eſt.

His præparationibus ſic conſideratis, quo facilius medicamentum poſſet facere quod aſſueſcit 9 cum humores coctos mittimus expurgare, ſiquidem in hoc laborante inſtituimus pharmacum purgans præbere ante coctionem, oportuit corpus, & eoſdem adhuc crudos, vltimate præparare, & humores non ſolum tenuiores reddere, ſed mitiores & vias laxiores, ac vires firmiores, quo potuiſſent pharmaco adminiculari. Et ob id ſerapiis, quæ cum inciſione reprimerent acrimoniam, exhibitis, & decoctis atq; iulapiis attenuantibus & miteſcentib. adhibitis, & corpore præparato, ter ſanguine miſſo, idque veſpere & inclinante acceſſione; quia mane id efficere erat impoſſibile (niſi ſecunda die) eo quod acceſſio & dolor anteuerterunt inuaſionis horam, ita vt periculum foret, inſtantibus ſyncopticis doloribus, ſanguinem mittere.

Curandi ratio.

Præterea ſummo mane, decocto *abſynthij, roſarum, & chamæmeli*, ventre præmunito, ſummopere 10 iuuabatur: à quo, offa panis biſcocti, cum ſucco *granatorum*, aut cum ſucco *citri* cōdito, vel leui aliquo iuſculo pulli, cum guttulis *ſucci limonum*, ac nonnunquam *vini odoriferi*, expectare incrementū iuſſimus. Et poſtea odoramentis ex vino & aquis odoratis, laborantem recreabamus. At ſi dolor & exolutio creſcebat, cum aliquo ex leuiſſimis cibariis, vel ex nuper dictis, ac maxime cum biſcocto madido *aqua roſacea & guttis vini*, acceſſionem tranſigere inſtituimus: donec inclinante acceſſione (licet non prorſus) iuſculo adhibito, aut potu aquæ cum conſerua *ſcorzonera*, vel re aliqua, viribus recreatis, ſomnum conciliare iuſſimus. Et eo ordine ita proſpere rem fieri conſtabat, quod libere, & vtiliter, ſanguis ante completum cibandi tempus mitteretur.

Dubium.

Verum cum adhuc, his omnibus factis, inualeſcere malum conſtaret, necnon & vires ſenſim labi, & imminui, conſultum fuit inter Medicos de pharmaco purganti exhibendo ſexta die. Cuius rei 11 ratione non leuis inter nos orta fuit controuerſia: quibuſdam ſtatuentibus, id fore graue, & periculo plenum, quia materiam morbi cōſtabat eſſe crudam: ſolum enim in vrina apparebat appendiculo aliquid ſimile. Aliis vero longe grauius viſum fuit, materiam morbificam nondum correctam, neq; ſuperatam, ad ventriculi vicinas partes allicere trahente pharmaco, vbi doloris & ſyncopis erat principiū, quo grauiora, par erat, expectarē accidentia. Quibuſdam vero, minorem reddere materiam minoranti pharmaco, vtiliſſimum fore arbitrantibus: ſi quidem credibile erat naturam eo facto poſſe reddi potentiorem ſupra reſiduum: præter id, æquum eſſe cenſuerunt, materiam reuellere ad inferiorem ventrem, ſiquidem vergebat vbi non erat opus. Quibus vltimis acceſſit noſtra ſententia, quia licet febris eſſet continua, acceſſionum formam adſeruabat, materia vergente ad membrum adeo princeps, quo maius licebat vereri periculum, quam ex totali morbo: & ob id placuit, tanquam morbo de ſorte turgentium, ſiquidem erat vergens ad nobilem partem, protinus purgare ſexta die; quod nullum fuerat inconueniens, antea efficere, crudiori adhuc materia, niſi ſanguinis plenitudo obſtitiſſet: quā quidem deponere, fuit neceſſum, quo viæ ad purgationem paratiores fierent, & natura potentior ad euacuationem per pharmacum adminiculandam.

Sic profecto exhibitis tribus vnciis ſyrupi regii cum diluto *drachma vnius rhabarbari*, ita proſpere 12 purgauit laborans, quatenus pertinet ad copiam & qualitatem humoris excreti, & ad conferentiam, & tolerantiam, quod de mirabili effectu dicere poſſis, in hac euacuatione naturam fuiſſe adminiculantem, & id etiam quod de ſanguine miſſo in iuuene illo retulit Gal. qui ſe iactat, febrem iugulaſſe. Nam protinus, velut in legitima & optima criſi, febris ceſſauit, non amplius reuerſura, quia ſecura & perfecta conualeſcentia laborans in priſtinam ſanitatem reſtitutus fuit.

Ex quo mirabili euentu multi ex Medicis cenſuerunt, expectandum fore, ne morbus reuerteretur iuxta decimam-quartam diem, in qua ſperabant futuram morbi recidiuam: cum euacuatio illa; neque natura, ſed arte, neq; in die iudicatorio, ſed ſexto die, neq; indicata, neq; cum ſignis coctionis facta fuiſſet: quod profecto non citra artis rationem potuerunt conſiderare & vereri. 13

Sed vt ad id quod quæritur deueniamus, multa præmittere oportet, quæ rei euentū & abditam 14 cauſam patefaciunt. Primum, *quæ ſit potiſſima ratio ſecuritatis iudicij, aut morbi, media illa euacuatione forte*. In qua re, anteq̄ ad aliud tranſeamus, ſtatuendum eſt criſis, ſeu euacuationis perfectionem maxime ſitā eſſe in totali, humoris peccantis eductione: cum certū ſit, morbū, vel non ex toto ſolui, vel neceſſario reuerſurum, ſi materiæ morbū facientis aliquid intus remanſerit. Reliqua vero, quæ de die critico indicante, & cū ſignis coctionis, ab omnib. aſſignantur, licet neceſſaria ſint, & optimā fidem præſtēt, non tamen ſufficientia ſunt ad firmandā ſalutem, & morbum prorſus deuaſtandū, niſi ex toto materia euacuetur, aut q̄ pauciſſimū ſuperſit. Sic profecto Gal. vnica ſanguinis detractione ſe iactat febrē iugulaſſe, quia vniuerſam cauſam mali deuaſtauit mox à morbi principio, nulla facta diei, aut coctionis mentione, quod etiam in magnis euacuationib. ſymptomaticis non raro conſpicimus. Quo factum fuit, quod in noſtro laborante ſic contigiſſet, prorſus vniuerſo humore peccante, vnica purgatione educto.

15 Quæ ſane doctrina vt vera ſubſit, & nihil temere, aut inconſiderate proferat, vel efficere conſultat, multa in conſiderationem adducit, quæ magni ſunt momenti ad cognitionem præſagium, & curationem in morbis venoſi generis. Quorum primum eſt, humores qui poſſunt febrilem morbum concitare, eſſe in duplici differentia: nam vel crudi ſunt defectu coctionis alicuius officinarum, & cum hoc calorem putredinoſum contrahunt intra venas; vel redduntur crudi per putredinem, quantumuis cocti ab officinis prodierint. Rurſus eorum primi raro hinc inde mouentur, aut quo non oportet vergunt, licet præ nimia copia poſſint vrgentiã & neceſſitatem euacuationis conſtituere. Secundi vero, qui putridi ſunt, & mali ſucci, plerunque turgent, & vergunt ad partes, vbi maius periculum minantur, quam morbus ipſe, quam concitant.

Humores febriles duplices.

16 Quibus ſuppoſitis, ſciendum eſt, humores crudos ex naturæ actionis defectu raro aut nunquam poſſe vnica euacuatione educi, vt morbus poſſit vnica euacuatione ceſſare; idque tanto certius contingit, quanto magis à principio ſtudueris purgare. Namque tanto radicitus educuntur, quanto præmiſſa coctione, in die decretorio, & cum indice præeunte, purgati fuerint. Et ob id optime conſultum eſt, & de huiuſmodi humoribus dictum, concocta ſolum medicanda non cruda; & longe conſultius additum ab Hipp. niſi turgeant, quia plurima ex his non turgent: nam quæ turgent, qualia quæ per putredinem incrudantur, & mali moris fuerint, acria, aut mordacia, mille rationibus purgari debent ante coctionem. Tum quia hæc vera coctione coqui nequeunt, ſed tantum ea quæ facit ceſſare putredinem: item, quia quieta non ſunt, vt beneficium à natura ſuſcipiant: & rurſus, quia etiam verendum eſt, ne quo non oportet vergant: & vltimo, quia hæc ob naturæ impetum ad eorum expulſionem, propter validum irritamentum, ſæpe protinus & totaliter educi poſſunt beneficio naturæ, aut poteſtate purgantis medicamenti, vt noſtro laboranti contigiſſe conſtat.

17 Secundum, quod ad confirmationem doctrinæ propoſitæ præmitti opus eſſe diximus, eſt, quod educta totali materia, non ſolum non remanet eius quicquam, quod poſſit morbum protrahere, aut recidiuam efficere: verum dum mox à principio excernitur, nullum vitioſi intemperamenti veſtigium remanet impreſſum, quod poſtea ſit reuerſionis principium; quod in criſibus, ex cruda materia, quæ per coctionem reducta fuit ad benignum, eo quod diutius ibidem immoraretur, contingere ſcimus. Nam ex mora quam habet in vaſis, dum coquitur, ſæpe eis communicatur adeo praua conditio, quod poſtea, ex aliis, aut nouis humoribus, recurſum aut recidiuam, accerſit: quod profecto in aliis humoribus, quantumuis acres, putridi, aut vitioſi ſint, ſi cito educantur, contingere eſt impoſſibile: & ob id noſter laborans, non ſolum vocatione illa firmiter euaſit à morbo, verum non recidiuabit.

18 Tertium quod etiam ſummopere conſiderandum duximus, eſt, non eſſe credendum, nebulam ſeu appendiculum, quæ ſigna ſunt nondum perfecte coctam eſſe materiam, licet intus manerent, poſſe maiorem adipiſci coctionem, ſiquidem ea expellit natura, quia iam ſortita ſunt eam coctionem, quam ex natura ſua poſſunt capeſſere. Ex qua doctrina, quæ veriſſima eſt, non deſunt ex neotericis ſcriptoribus, qui aſſerant, humores poſſe purgari in quouis tempore, ſiquidem quod in vrina excernitur, iam perfectionem iuxta ſui naturam adeptum eſt, ſiue appendiculum ſit, ſiue nebula: & arbitrantur, illud etiam quod intus remanet (ſiquidem eius pars eſt) aut coctum eſſe, aut amplius non poſſe concoqui; quia in his purgationibus non haberemus naturam adminiculantem, ſi quod nitimur educere, non eſſet coctum, quantum capere poteſt: vt de nebula, aut appendiculo diximus. Ratio profecto, quæ eos decepit, forſan erit, quia ſedimentum, nebula, aut appendiculum, partes ſunt materiæ peccantis, & horum quodlibet (vt tertium hoc fundamentum ſupponit) nullam aliam maiorem coctionem poteſt adipiſci, & ob id cenſent, tuto poſſe purgari materiam quę remanet; ſiquidem ipſa non poterit maiorem coctionem ſuſceptare, vt de eius portione, quæ abit in nebulam & appendiculum, dictum eſt.

19 Quæ ſane doctrina ſic intellecta, licet vera prima facie quodammodo videatur, praue tamen colligit, ob diminutam, aut prauam eius intelligentiam. Cuius rei gratia ſciendum eſt id quod arbitror intellectui gratum fore, adæquatum, & maxime vtile: ſi prius dixero, ex huiuſ neotericæ doctrina ſic intellecta, non ſolum emanere falſum dogma (vt dictum eſt) in pleuritidis coctionibus, & in aſſignatione temporum eius; verum & in omnibus morbis; qui per coctionem & criſim ſunt terminaturi: in quibus profecto, ſi ex eo quod verum eſſet, materiam appendiculi in augmento, quantum capere poteſt, ſuſcepiſſe coctionem, ob id poſſit libere in quouis tempore purgari, ſequerentur grauiſſima inconuenientia, & omnis iudiciorum, ac dierum decretoriorum euerteretur fida coniectura, ac firmum iudicium.

20 Verum vt veritas huius rei magis eluceſcat, & morborum tempora maneant in antiqua veritate, tantis probata rationibus & experimentis, ac de diebus decretoriis & criſibus non deſit fides & firmitudo, ſtatuendum eſt, primo certiſſimum eſſe, ſedimentum, nebulam, & appendiculum; etiam ſi intus remanerent, non poſſe maiorem ſortiri coctionem: falſiſſimum tamen, quod ex eo colligitur, nimirum ob id poſſe humores qui remanent morbum efficientes, quouis tempore purgari; tum quia (vt ipſi aiunt) non potuerunt maiorem coctionem ſuſcipere, quam receperunt nebula, appendiculum aut ſedimentum, quæ partes ſunt illorum humorum: ſiquidem (vt credunt) etiam tenentur remanere ſimili modo cocti. Et longe abſurdius colligunt, ea ratione etiam purgandos eſſe; quia vt cocti naturam laceſſunt, redduntque ad euacuationem adminiculantem, cum mille diffideant interuallis, ratio coctionis ſedimentorum, & ea quæ fit in humoribus, ex quorum materia ſedimentum fit. Quam differentiam, & vt veram huius rei rationem teneas, expende, in vaſis

vbi putreſcunt humores febres concitantes, duplicem eſſe coctionis ſortem: alteram, quatenus vaſa ſunt communia inſtrumenta & receptaculum omnium humorum, prout conſtituunt ſecundam regionem corporis, quorum officium & miniſterium eſt ſolū humores tueri & conſeruare, & aliquo modo perficere, non tamē mutare in aliam naturam, vt iecur efficit, aut tertia regio, ſed præcauere quo minus putreſcant; nam ſic de hac coctione Gal. loquens, eam dixit eſſe, quæ facit ceſſare putredinem, manente ſubſtantia: reliquam vero coctionis naturam vaſa exequuntur, quatenus ſunt partes tertiæ regionis, cuius munus eſt conuertere in propriam ſubſtantiam alimentoſos humores, quos continent, idque per poros, aut capillares venulas, humoribus mutatis in aliam naturam & formam.

In qua re conſiderandum eſt, primam harum coctionum in morbis febrilibus, & venoſi generis, eam eſſe, vt dictum eſt, de qua dixit Gal. quod facit ceſſare putredinem manente ſubſtantia. Hæc etenim non mutat mores in aliam naturam, ſed in eis, præter id quod putredinem compeſcit, formam antiquam, & propriam ſubſtantiam tuetur. Quo fit, vt excretiones in criſibus & iudicatoriis euacuationibus (quantumuis poſt perfectam coctionem fiant) quæ fiunt ex humoribus peccantibus, prodeant ſub propria forma, vel parū mutati aliquo accidenti, non tamen prodeunt ſub forma ſedimenti, quantumuis ſedimentum ſit pars humoris morbum facientis. 21

Cuius doctrinæ gratia prætermittendum etiam eſt, quod ex humoribus qui in hac ſecunda regione per eam coctionem, quæ facit ceſſare putredinem, corriguntur, vaſa ipſa, vt tertiam regionem conſtituunt, ſumunt in alimentum ſibi quod melius eſt, & id quo putredo magis correcta: idque faciunt per inſitam virtutem, qua nacta ſunt alimentum mutare in ſui ſubſtantiam: ex quo alimento, & ex qua coctione excrementum quod reſultat, vere & proprie eſt ſedimentum, quia ob humorum ſemiputrefactorum ineptitudinem, non potuit prorſus in ſubſtantiam vaſorum commutari. Ex quo conſtat, ſedimentum non prodire ex communi illa & prima coctione vaſorum, quatenus ſecundam regionem conſtituunt, & humores ſolum tueri, non mutare habent: quam veritatem probat forma ſedimenti, referens naturam & ſubſtantiam vaſorum, non humorum qui febrem concitant. 22

Coctio in vaſis duplex. Ex qua doctrina conſtat, in vaſis duplicem hanc coctionem fieri; ſiquidem quælibet earum ſortitur diuerſum calorem, diuerſos terminos, & varias etiam vias ac tendentias ad ipſos. Nam primæ harum coctionum auctor eſt calor membrorum circumſtantium, cooperante innato vaſorum, vt calor eſt: via quidem eſt actio quæ facit ceſſare putredinem: terminus vero reductio ad benigniorem ſtatum, non quidem ad mutationem humorum in aliam formam & naturam. Secundæ vero auctor eſt innatus vaſorum calor, via tamen eſt aſſimilatio, terminus autem perfecta ſimilitudo (aut, ſi mauis, identitas) ea nimirum quam magis potuit ſuſcipere humoris conditio, quæ remanſit ex putredinoſa alteratione, & ſic iuxta maiorem aut minorem alterationem aut reductionem ad benigniorem ſtatum fit vel nebula, vel appendiculum, vel ſedimentum, reliquis humoribus manentibus intra vaſa, ſub propria forma & modo putredinis quam eo tempore habent, non quidem ſub forma ſedimenti. 23

Probatur quidem præfata doctrina, quia vaſa humores cuſtodiunt, fouent, & à vitiis præcauent, & putredinem compeſcunt, calore arteriarum, ſpirituum, carnis, & vicinarum partium. Qui ſane calor, vt cauſa vniuerſalis & æquiuoca, haud ſecus quam iecoris, in conficiendis diuerſis humoribus, in hoc opere ſe habet. Quippe pituitam perficit, bilem attemperat, melancholiam miteſcit, & ſanguinem tuetur. Quæ opera adeo diuerſa vniuoco agenti ſemper denegata fuerunt. Quo fit, vt nullius horum humorum naturam & ſubſtantiam mutet. Præterea venæ proprio & innato calore ex his humoribus quod ſibi familiare eſt, aſſimilant, & in ſui naturam conuertunt, & humorum formam corrumpunt, & aliam introducunt, ac ſi quid mutare non poſſunt in ſui naturam, ad formam ſedimenti reducunt. Itaque ſunt duo calores, duo munia, duobus modis effecta. Nam ridiculum foret arbitrari, hæc omnia opera ab vno ſolum calore fieri, ac terminari in duo opera adeo diuerſa, quorum alterum eſt corruptio ac mutatio formæ in aliam; & reliquum perfectio & cuſtodia eiuſdem formæ præexiſtentis, ſiquidem neutrum poteſt eſſe alterius principium aut medium, Corrumpere enim & tueri, mutari, & in eodem permanere, perficere ac deſtruere, nequit ab vno fieri calore: ac licet venarum calor aliquid huic muneri præſtet, id quidem ſolum eſt vt calor in genere, non vt hic calor; nam vt talis, principium, medium & finis eius eſt, humorum formas mutare, & propriam venarum introducere. 24

Ex quo etiam infertur, quod licet ſedimentum, ex vulgi opinione ſit pars materiæ peccantis; 25
non tamen ob id intelligendum eſt, humores qui manent intra vaſa, febrem concitantes, remanere ſub eadem nebulæ appendiculi aut ſedimenti forma & ſubſtantia, vt antea probatum eſt. Et ſic in euacuationibus criticis, aut arte factis, exeunt bilioſi vt ſunt, & melancholici ac pituitoſi, vt vere exiſtunt (nam ſic intelligitur purgationem eſſe legalem, quia talia purgantur, qualia purgari conuenit) non quidem in forma ſedimenti (licet per ſedimentum venemur eorum diſpoſitionem ſeu coctionem) quia ſedimentum, nebula aut appendiculum, non fiunt in vaſis per eam eorum coctionem, quæ facit ceſſare putredinem; quia ſi ita fierent, proculdubio tales manerent intro humores, quale exit ſedimentum, quod eorum eſt pars.

Sedimentum monſtrat humorum intra venas diſpoſitionem & coctionem. Quibus ſic conſtitutis, ſtatuendum eſt, in hac re veriſſimam eſſe antiquam illam & obſeruatam doctrinam, nimirum ſedimentum monſtrare humorum intra venas diſpoſitionem & coctionem, maiorem aut minorem, maxima tempore morbi, & motiones naturæ, quas præſtat materiæ ipſi morbificæ. Sed id non vt iacet, & vulgo dicitur, intelligendum venit: ſiquidem id non efficit in 26

quantum

quantum eſt pars materiæ peccantis, vt intra venas eſt: ſed ea accidenti & ſecundario, quatenus ſedimentum eſt magis aut minus ſimile vaſis conantibus humorum materiam mutare in ſui ſubſtantiam; quam profectò tanto magis mutat, & ſimiliorem reddit, quanto per primam illam vaſorum actionem, quæ facit ceſſare putredinem, putredo fuerit mitior & benignior, & tanto minus, quanto putredo fuerit maior, & minus correcta, ac effrænata, ac materia malignior; quo fit, vt in principiis morborum nebula ſit diſſimilior ſubſtantiæ vaſorum, quia humores nullam, aut quam paruiſſimam receperunt correctionem à vaſis: quinimo licet putredo ſit minor in principio, correctio & ceſſatio à putredine longe maior eſt ipſa putredine eo tempore: & ſic licet maior ſit in ſtatu putredo, longe maior eſt humorum correctio, adeo vt licet ambo motus videantur ſimul fieri, ſemper correctio & ceſſatio à putrefaciendo maior eſt, quam ipſa putredo. Et ob id eo tempore & in augmento perfectius vaſa in ſimiliorem ſubſtantiam ſibi efficiunt appendiculum & ſedimentum. Namque nebule arguit debilem actionem naturæ in humores, ſed debilem ceſſationem à putredine: & ob hanc ineptitudinem humorum ex debili actione naturæ ortam, leuiſſime mutantur ad vaſorum ſimilitudinem, quia inepta eſſet humorum ſubſtantia eo tempore alitioni vaſorum, & ſic ſuſcepiant humores formam nebulæ, quia perfectiorem non poſſunt, ob dictam humorem ineptitudinem. At cum valdè ſimile efficitur ſedimentum, arguit, correctiores eſſe per maiorem ceſſationem à putredine humores, vt in ſtatu morborum & parum ante illum conſpicimus. Quæ omnia nobis oſtendunt maiorem coctionem, hoc eſt, maiorem ceſſationem à putredine, vt in ſtatu per verum & laudabile ſedimentum: minorem vt in principio, aut mediocrem vt in augmento; quia oſtendunt vaſorum materiam, ex qua futurum eſt ſedimentum, per coctionem aliam vaſorum, magis aut minus eſſe reductam ad benignum, per eam coctionem, quæ facit ceſſare putredinem, manente ſubſtantia. Namque ſedimentum non eſt humor bilioſus aut pituitoſus, ſed aliquid per aliam coctionem (vt dictum eſt) factum ab eis. Quo fit, vt ex accidenti aut ſecundario venemur coctionem humorum intra venas exiſtentium, ab excrementis coctionis vaſorum per ſedimenti ſeparationem ex nutritione eorum: quod tanto eſt laudabilius, quanto materia reducta magis fuerit ad benignum, & è contra. Non quidem quod ſedimentum ſit ſimile in ſubſtantia & forma materiæ quæ remanet in vaſis, neque per eam coctionem factum, quę fit in vaſis, vt ſecundæ ſunt regionis; quia per eam & eiſdem, natiuam formam retinent, non formam ſedimenti; ſiquidem in eis ſolum curat natura prohibere putredinem; at in ſedimento ipſos humores mutare in ſubſtantiam ipſorum vaſorum, & ſic eos reddit albos, vt ipſa ſunt; at intra vaſa remanent ſub propria forma.

27 Ex quibus inſurgit ratio falſitatis doctrinæ neotericorum, qui ea coctione ſedimentorum, eo quod nullo modo poſſit amplius perfici, colligunt duo ſummopere falſiſſima: *Primum*, humores qui remanent intra venas, quarum pars fuit ſedimentum, poſſe quouis tempore purgari: quia iam vt ſedimenti quæuis ſpecies (vt arbitrantur) cocti ſunt, ita vt non poſſint amplius concoqui, vt neque ſedimenti ſpecies vlla; quia iam recepit quod potuit. Ratio falſitatis eſt, quia ſedimenti quæuis pars erit quidem perfecte ſua natura cocta, non ea coctione quam eo tempore habent humores intra venas, ſed ea quam iuxta modum præparationis humorum illis præſtare potuerunt vaſa, conantia eos commutare in ſui naturam. Cæterum cum hoc humores poſſunt maiorem ceſſationem à putredine ſuſcipere à vaſis, vt ſecundam conſtituunt regionem: & ob id falſo colligit, poſſe quouis tempore humores purgari, quia cenſet, non poſſe vt ſedimentum aut eiusquem eius partem vlterius coqui, ita vt ea hac falſitate non opus eſſet expectare alium coctionis gradum, præter eum quem monſtra nebula. *Secundum*, quod etiam falſum colligunt, eſt, quauis ſpecie ſedimenti apparente, eſſe purgandum; quia naturam habebimus adminiculantem. Ratio falſitatis eſt, quia licet veriſſimum ſit, quod in his purgationibus, aut euacuationibus ſymptomatis poſſimus habere naturam adminiculantem, non ob id eſt, quia probe concoxit, vt ipſi autumant, ſed quia irritata, commotaque natura vi medicamenti, aut vitio humoris, ponit humores ipſos in motu ad pulſum: nam his duobus modis naturam habemus adminiculantem; primo, quia iam concoxit: ſecundo, quia irritata eſt, vt in turgentia, vrgentia, aut vergentia. Qua ſane re ſic intellecta, facile diſtinguemus tempora morborum per differentiam ſedimenti, & ſecuritatem aut periculum, ea alteratione, quam humores recipiunt maiorem aut minorem, vel ex calore extraneo, vel ex illo vaſorum, quo eos præcauent à putredine & aliis vitiis: & cum eas alterationes non poſſimus aliis ſignis diſtinguere, niſi per excreta, potiſſimum inter alia ſedimentum id certiſſime & ſecuriſſime efficit; quia tales humores recepiſſe alterationem ab altero aut vtroque calore oſtendit, quale ipſum fuerit: non quod ſedimentum ſit idem, & eiuſdem naturæ cum dictis humoribus, ſed quia quales ipſi facti fuerint, benigniores, aut familiariores, vel ſecus, talis eſt nutritio vaſorum, & tale remanet excrementum, qualis fuerit ipſa nutritio: ſiquidem ſedimentum laudabile arguit, redditos fuiſſe humores aptiores ad nutritionem vaſorum: & ex prauo ineptiſſimos eſſe; vt ex appendiculo aut nebula, à poſteriori vt dictum eſt.

28 Supereſt adhuc in hac re diſceptandum, recidiuas non ſemper eſſe expectandas, vbi nulla præfuit materiæ peccantis euacuatio, quantumuis morbus materialis ſit. Nam Hipp. non dixit. *Quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere conſueuerunt*, *ſed quæ poſt iudicationes relinquuntur in morbis*; ita vt quis iure optimo poſſit conijcere, vbi nec præfuit iudicium, aut expurgans medicamentum, poſt quæ aliquid humoris ſolet remanere effecturum recidiuam, non opus eſſe neque neceſſarium, eam expectare. Nam hæc eſt differentia inter morbos qui ſoluuntur, & eos qui iudicantur, aut purgantur Recidiua quando expectanda.

ſympto-

ſymptomatice, aut vi pharmaci: quod ij, qui ſoluuntur vel ſenſim minuuntur, ita quoque purgantur, nec ceſſant diminuti, donec ceſſent purgari & reſolui ſenſibiliter, aut inſenſibiliter, & tuo cu nihil manet quod recidiuam conciter. Quo fit, vt tales morborum ſolutiones non redeant, niſi noua cauſa accedente, quæ ob virium debilitatem, nouum conciet affectum, non qui idem ſit cum primo, & iam terminato, vt in recidiuis comperimus. Sic profecto in pueris & debilibus contingit, qui cum ſomno aut inſenſibili euacuatione ſuccos abundantes inſenſibiliter concoxerunt, ita non relabuntur in eoſdem affectus, ſed in alios, quales cauſa quæ accedit, nata eſt concitare. Quo fit, vt neque hos, neque alios, qui ſic ſanitatem recuperarunt, purgare liceat, ſicut neq; eos qui probe pharmaco euacuati ſint; niſi prauus vitæ ratio aliud poſtulauerit: nam hoc eſt quod huic laboranti contigit ex pharmaco felici ſorte præſtito: quia nihil materiæ ſuperfuit recidiuam facturum, ſicut neque in his quæ inſenſibiliter euacuantur, vt dictum eſt.

De puero Gallica infectione tabido, febriente & apoſtemoſo.

Consvltatio XXII.

PVER quidam annorum 7. natus ex parentibus morbo Gallico affectis, & ipſe pituitoſam redolens naturam, cœpit febricula ineunte Autumno vexari, ac mox conqueri de graui capitis dolore, cum glanduloſis ceruicis tumoribus; quorum quidam videbantur ſcrophulas æmulari, quidam vero in abſceſſum terminabantur. Hic autem puer ſanguine miſſo & leniter purgato, melius videbatur habere, & ſcrophulæ euaneſcebant. Tamen prope genu ſiniſtrum & in duob. digitis manus eiuſdem lateris cœperunt tumores laxi, pituitoſi, parumq; dolentes apparere, qui neque reſolui, neque ſuppurari facile potuerunt. At is tumor, qui prope genu extuberauit, in maturitatem ductus, multum pus effudit, praue tamen confectum, quo digitorum tumores ad reſolutionem perueniſſe conſtabat. Cæterum in dorſo, ſupra coſtas, iuxta os homoplatum tumor alter eiuſdem fatiuæ apparuit maioris magnitudinis, ac fere indolens: qui vero prope genu, apertus pus expurgabat, nullis medicamentis videbatur poſſe ſufficienter purgari, neq; ſanitatem recipere. Ex quo (præter id, quod iuxta tendines illos magnos ſub genu erat) coniecimus, vel os femoris iuxta genu vitiari, vel ſaltem tendines illos male affici, pus n. exibat tenue, & caro fungoſa ac mollis in circuitu vlceris inutiliter creſcebat, & nunquam erat boni coloris: cum hoc non erat immunis à febri, ſed videbatur lenta febricula contabeſcere, qua in ſiccitatem & atrophiam euidenter commigrabat. 1

Quo tempore parentes puerui eiſdem accidentibus, ac eodem malo, iam alios duos filios, immatura morte correptos perdiderunt. Et curatione, Medicorum conſilio habito, decretum fuit *puerum laborare morbo Gallico, & febre ſimili habituali, ex prauitate ſuccorum, quos à principio ſuæ generationis contraxerat; atq; inſuper ex nutrice quadam eodem morbo infecta.* Ex qua re protinus decreuerunt, purgatione præmiſſa, *vnguento Gallico ex argento viuo puerum inungere*: quo auxilio nihil aliud boni fecerunt, quam ventrem inutiliter mouere, & in maiorem ſiccitatem ipſum ducere, tumoribus hinc inde pullulantibus; quorum quidam deliteſcebant nonnis præſidio adhibito, alii in duritiem commigrabant, & nonnulli habita ſuppuratione, nullis deinde auxiliis ſanari poſſe videbantur. 2

Sic puerulo ſeſe habente, vocatus fui ad conſilium, in quo multa ſcitu digna & neceſſaria propoſui ante curationis inſtitutionem. Primum fuit, *an febricula illa hectica fuerit, an alterius ſortis extitiſſet.* Secundum, *an atrophia fuerit diuerſus affectus à Gallica infectione, vel ab ipſa prodierit.* Item *tubercula vtrum vere ſint Gallica, & oſſa fortiter ſubtus vitiata: an citra Gallicum contagium, adeo diuturna reuerſiua & mali moris affectio poſſit eſſe.* Vltimo vero, *an liceret hunc puerum velut Gallicum curare, & eiſdem medicamentis: an poſſimus mitiori via incedere, vel mixta curatione.* Et tandem *de viribus Guaiaci* nonnihil decreui diſputare, quod cenſeo maximi fore momenti. 3

Principium tamen diſputationis decreui ſumere à febris natura & conditione. Habent qui Gallico morbo affecti ſunt, hoc veluti proprium, quod raro febricitent: quia ſucci quib. abūdat, ut ſunt craſſi & viſcidi, ex innata conditione maiori ex parte, quod difficulter incaleſcant, & longe difficilius putredinem ſubeant: ac ſi quando febris illis ſuccedātur, ea profecto ſuccreſcit vno è quatuor modis. *Primo*, cū aliquis humor calidus & facile inflammabilis humori Gallico adiungatur, quo vterq; calorem & putredinē ſubit: *altero* quidem, cū velut accidens doloris ſucceſcit febris. Tertio cū ratione ſuppurationis bubonis vlceris aut tumoris alicuius ex his, quos ſic affecti frequenter patiuntur, febre corripiūtur. *Quarto* vero & vltimo, cum in his elucet febricula quædam, quā non ab re multi cenſent poſſe ad hecticam reduci, ſiquidem in ea adeo corpus contabeſcit & extenuatur, quod iure optimo poſſis cōiicere, corpus atrophia ēī laborare. De qua, profecto febris ſorte nunc ſermo habendus; nā huius conditionis extitit ea, qua noſter puerulus laborabat. In cuius eſſentiæ enodatione ſciendum eſt, hanc febrem eſſe de genere earum quas *quotidianas ſpurias* libro febrium nuncupauimus, quas diximus eſſe vere lacticas. Quarum profecto ratio, & modus eſt, quod humor ille viſcidus ſic ſeſe inſinuat in extremitatib. vaſorum (ad differentiā veræ quotidianæ, quæ in vaſis ipſis præeſt) & in poris carnium, more humiditatis naturalis, quod ibidem duo mala perpetret & efficiat. Alterum eſt, incaleſcere, & febriculam illam

Febris quot modis Gallico morbo affectis ſuccedat.

Febris lactea natura & effectus.

citra

citra putredinem ſuccendere, non plurimum diſſidentem à modo caloris exercitii, quod putea calorem eſſe naturaliſſimum, manſuetum, & mulcebrem, licet parum adauctum. Ratio eſt, quia non concipit putredinem, ſed incaleſcentiam, cum ſufficienti ventilatione, ob viciniam ambientis, non tamen quæ impediat prædictam incaleſcentiam. Reliquum vero malum quod præſtat, eſt atrophia, ſiue contabeſcentia, quia cum ſucci illi ſint alitioni inepti, ob vitioſam naturam, corpus non alitur, & indies cōtabeſcit. Quapropter iure optimo Auic. & barbari fere omnes *laticam febrem* mediam eſſe dixerunt inter hecticam & putridam, ſiquidem ab humore ſuccenſo pendet, vt putrida & in tertia corporis regione & carnoſis partibus, vt hectica. Differt tamen à putrida, quia hæc à putredine ſuboritur: latica vero ſolum ab incaleſcentia humiditatum: ab hectica vero, quia in ea propriæ & natiuæ partium humiditates inaleſcunt & conſumuntur: in latica vero, alienæ humiditates etiam incaleſcunt & conſumuntur, naturali humido non reparato, quo corpora ſic affecta extenuantur. Talis profecto naturæ ſunt febres corporum Gallica macie aut hectica laborantium. Quo fit, vt ſæpiſſime *ſudoribus, inunctionibus*, & cæteris præſidiis, quæ humiditatem illam Gallicam carni immerſam (quantumuis febricitent) conterant, & ſanitati faciliime reſtituantur & impinguentur.

Febris laticaquid ab hectica & putrida differat.

5 Secundum quod diſputandum propoſuimus, fuit, conſiderare, *atrophiam illam & ſiccitatem, non eſſe diuerſam affectam à lue Gallica*, quinimo, vt probatum eſt, hanc ſortem Gallicæ affectionis hoc ſecū habere coniunctum, vt in maciem laborantes deducat, quia partes corporis omnino reſpuunt alimentum illud Gallicum poris immerſum: & ob id cum eo non aluntur, & aliud non ſuſcipit, quia omnes humores ſunt eodem vitio infecti, neceſſario conſumpto humido natiuo, areſcunt, & conſumuntur. Ratio profecto qua id probari poteſt, euidentiſſima eſt, quia ſi alter morbus eſſet à Gallico, Gallicis præſidiis reſoluentib. & euacuantibus ſummopere læderetur; cuius contrarium monſtrat euentus, ſiquidē eiſdem maxime iuuantur. Quod profecto in latica febre, quæ non prodit à Gallica infectione (licet ſudoribus aliquando lædatur) non ita contingit, quia euacuationibus & præſidiis Gallicis magnopere læditur, & iuuatur ab alimentoſis & refectoriis præſidiis.

Atrophiam verum diuerſus affectus à lue Gallica.

6 Tertium ſuppoſitum fuit, *an tubercula illius pueri fuerint mere Gallica*. In qua re ſtatuendum eſt, quod libro *de morbo Gallico* latius ſcripſi, nimirum, varias eſſe horum tumorum ſortes, quibus hac in parte addere oportet aliam, quæ non eſt minoris momenti: nimirum, quoſdam eſſe, qui licet in corporibus hac lue affectis, præſertim hæreditarie, repetiantur, non ſubinde omnem Gallicam conditionem ſortiuntur; ſed ex humore adeo viſcido, & efficaci progignuntur, quod diuturnitate & poteſtate Gallicos æmulentur affectus. Namque credibile non eſt, luem Gallicam multis annis à natali eius qui à parentibus contraxit, occultam extitiſſe, & citra cauſam manifeſtam tumore oborto incurabili, eum eſſe vere Gallicum, licet curari non poſſit niſi Gallicis præſidiis. Quapropter non raro conſpeximus, quoſdam horum tumorum, adhibito *hydrargyro*, in maiora mala degenerare, & aliis auxiliis Gallicis curatos fuiſſe. Nam cenſeo horum carnes vitio Gallico non protinus carere, cæterum interna viſcera non eſſe Gallica labe ita infecta, quod humores perpetua generatione vitient: quia vt *dictum eſt lib. de morbis hæreditariis*, iecur poteſtate habet Gallicum characterem, non actu; idque veluti connaturaliter, ita vt nec poſſit, nec debeat niſi alimentis mutari, non *hydrargyro*, aut *aliquo præſidio Gallico*. Et ob id hydrargyro in his pueris, intro ad ſana hæc viſcera repellere quod vitiatum eſt in carne ex ſemine, & ſanguine menſtruo facta, graue, & periculo plenum exiſtit: ſicut ſalutiferum, vbi ex viſceribus actu prodit affectio Gallica & tumoroſa; quia ſic interna purgantur, & in aliis interna læduntur. Itaq; hanc diſtinctionem obſeruare oportet: nā ſæpe, in quib. nulla eſt Gallica ſuſpicio, ita ad oſſa quæuis permeare ſolet humoris vitiū ex lentore & acutie contractum, quod non minus carie corrodat eadem, quam in veris Gallicis. Nam certum eſt, ante cognitionem morbi Gallici, antiquos auctores docuiſſe curare citra Gallica præſidia ſimiles tumores, quos poſtea noſtris temporibus infectis morbo Gallico conſpiciebamus frequenter.

Tubercula vtrum fuerint mere Gallica.

7 Cognita igitur natura pueri, qui craſſa, viſcidaque pituita cum aliqua mordacitate adiuncta abundabat, partibusq; carnoſis male affectus, & ab vtero ex materno ſanguine infectus, conſecimus, ob id non ali ſufficienter: & eo minus, quo magis creſcebat, nam a nutrice ſalubrius degebat. Ex quo tumores erumpebant variis in partib. adeo tenaci conditione, quod diutius perſiſterent citra maturitatem, & cum iam ſuppurationem feciſſent, oſſa ſubtus vitiata apparebant, & vno curato, alter altera in parte pullulabat, ita vt ſicut non remouerebatur, & hæc abundabant excrementa, prorumpebant in hos tumores & crudas phymata, ac prauos abſceſſus. Quib. vitiis cognitis, curationem inſtituimus longe diuerſam ab ea, quam Medici præceperant: nam primo corpus purgari iuſſimus, non ſemel neq; bis, ſed ſæpius. Cæterum leniſſimo & faciliimo medicamento quo ſolum extraherentur hi crudi, & vitioſi ſucci, qui euntes per venas ad tertiam regionem, cum nutrire non poſſent, in abſceſſus erant abituri: quippe in his tertiam regionem purgare, aut ab eo intro quidquā repellere, quantumuis puſtulis, ſcabie, aut abſceſſibus ſcateat, nefas fore arbitror. Quapropter inſtituimus mirabile quoddam ſerapium, cuius *vnciam vnam* aut *duas* præſtitimus, quo feliciſſime per aluum expurgauit; ita vt iam parum aut nihil vitioſum in corpore ſupereſſe videbatur, quod ad carneas partes adire potuiſſet. Recipit quidem *alnum pentaphylonis, cardui ſancti, the arterica, lingua ceruina, ana m. v epitimi, & polypodii ana* ℥.i.ß. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vaſe cooperto ad mediocrem cocturam, & omnia ſimul recipiantur in alembico vitreo, & inſtillentur, cuius recipe *l*b.*s*.ß. & infunde *pulpa ſeminu chartami* ℥.*ss*. & ß *foliorum ſena* ℥.*ii*. *roſarum Perſicarū l*.*s*. & poſt leuem ebullitionē colentur citrā magnā expreſſionem, & colaturæ adde *ſucci pentaphyli, pomorum dulcium, lupulorum, & boraginis ana* ℥.ii.ß. cū ſaccharo fiat ſerapium: cui adde interim dum coquitur, in ligatura, confectionis *Alchermes* & de *hyacintho*, ana ℥.i.ß. Parabis etiam aliud nō minoris momenti, quod recipit *liquoris ſeu infuſionem roſarum Perſicarum* (*aut ſucci earundem roſarum*) *& li-*

Serapium mirabile per aluum purgans.

& liquoris totidem infuſionum violarum, ana ℥.vj. infunde *foliorum ſenæ & pulpæ ſeminis carthami ana* ℥.ſ.ß. facta colatura poſt leuem ebullitionem cum leui expreſſione, fiat ſerapium cum *ſaccharo*, cuius ℥.i.ß. autij. porrigere poteris. Purgauimus etiam hos pueros hac via. Excipe *conſerua roſarum Perſicarum* ℥.ſ.ß. *infunde in vnciis iiij. aquæ ſcabioſæ, aut ſcorzonera*, & adde in ligatura *agarici trochiſcati* ℈.ij. & fiat colatura, cuius præbe ℥.ij. facilius enim ſumunt, & liberaliter purgant.

Aliud.

8 His enim purgationibus factis, inter vnam, & aliam, duobus remediorum generibus vtendum fore iuſſimus: quorum primum ex *alexipharmacis Gallicis*, tribus modis diſpenſauimus, & reliquum, ex *alimentoſa ſubſtantia*, ſimul cum eiuſdem alexipharmacis mirabili compoſitione inſtituimus. Circa primum quod ex *Guaiaco ſpartaparella & radice China* conficitur, duo dubitari poſſunt. Alterum eſt, *vtrum horum medicamentorum efficacius ſit & potentius, aut pueris familiarius*. Secundum vero, *an hæc medicamenta aliis à morbo Gallico affectionibus prodeſſe poſſint, vel illi ſolum.*

9 Primam profecto dubitationem abſoluimus libro *de morbo Gallico*, & de recto præſidiorum vſu; cæterum non ita accurate abſoluimus, quod explicatione & perfectione maiori non indigeat. Nam vulgatum eſt apud omnes fere Medicos, maioris eſſe efficaciæ *Guaiacum lignum*, quam *ſpartam parellam*, aut hanc, q̃ *Chinæ* radicem; nos etiam eo modo huic ſententiæ conſenſimus, licet id non aſſeuerantes. Sed nunc exactiori præhabito huius rei calculo, decreui mentem meã clarius exprimere, & rei veritatem firmius patefacere: ſtatueos, impoſſibile eſſe maiores vires Guaiacum ſuo decocto præſtare, quam cætera huius naturæ alexipharmaca. Nam rationi conſonum eſt, id medicamentum minores vires, & longe minorem efficaciam ſui præſtare, cuius maior quantitas ad operationem perficiendam requiritur. Sed talis naturæ eſt *Guaiacinum lignum*: ergo *non eſt maioris efficacia*: Minor patet ex antiquo & obſeruatiſſimo eius vſu; quia in æquali aquæ quantitate ad decoctionem quã intendimus in mouendis ſudoribus, adiicimus li.j. *Guaiaci*, & coqui ſinimus vſque ad conſumptionem trium partium ex quatuor: & ſpartæ parellæ ſolum quatuor vncias in pari aquæ menſura ponimus, & tantundem coquendo conſumere ſinimus: radicis vero Chinæ vncias duas cum pari aquæ portione & decoctione; & ex quouis horum idem fere effectus in ſudando elucet: ergo *Guaiacum non habet maiores vires in hoc opere*. Quibus citra dubium conſtat, æquales vires ſuo decocto præſtare ℥.ij. Chinæ, & quatuor ſpartæ parellæ, ac li.j. ligni, quo videtur in natura propria non poſſe lignum præſtare maiorem efficaciam.

Guaiacum vtrum maioris efficaciæ, quam ſparta parella aut China.

Cui dubitationi, & vt reſpondeamus decreto omnium fere autorum, qui tenuerunt, maiores vires ſortiri lignum cæteris, ſtatuendum eſt, hæc tria medicamenta duplici poteſtate in his morbis mirabiliter prodeſſe. Altera quidem alexipharmaca, & quæ vim habet aduerſus deprauatam Gallicæ infectionis naturam, quam arbitramur eſſe illis peculiarem antipathiam, & proprietatem. Reliqua vero ſita eſt in qualitatib. manifeſtis, quæ proficua exiſtit ad ſudorem mouendum, & ad ſuccorum attenuationem, & euaporationem moliendam.

10 Quo ſuppoſito, ſciendum eſt, experimento fideliſſimo eſſe apud omnes nationes confirmatum, *lignum Guaiacum reliqua medicamenta poteſtate alexipharmaca ſuperare, & ſpartam ac Chinæ radicem maiores habere vires in prouocandis ſudoribus, & attenuandis ſuccis atque exiccandis, quam lignum.* Inſuper ſtatuendum eſt, quod licet lignum ex innatis viribus, & ob peculiarem calorem, poſſit præſtare ſuo decocto vim prouocatiuam ſudoris, atque attenuantem ſuccorum; tamen ex ſuæ ſoliditatis, duritiei & renitentiæ conditione, licet in maiori quantitate dupla aut tripla menſura decoquatur, non largitur ex ſe has vires ex liberalitate, ac ſpartaparella, ob tenuitatem ſubſtantiæ & partium ſubtilitatem, licet mucilaginoſa aliquantulum ſit. Qua etiam ratione pondere quatuor vnciarum decocta ex ſe permittit parem ac ſæpe maiorem poteſtatem prouocandi ſudorem, ac lignum Guaiacũ in longe maiori copia decoctum. Et pari ratione radix Chinę, pondere duarum vnciarum, æquales ad ſudorem prouocandum & maiores ad exiccandum vires ſuo decocto præſtat, quam reliqua numerata medicamenta in longe maiori doſi. Ratio profecto eſt, quia ob raritatem ſubſtantiæ, facillime quod in ſe continet harum virtutum decocto communicat.

Guaiacum ſalſa parella & China duplici poteſtate præſtant in lue Gallica.

11 Quibus ſic conſideratis, dicimus, lignum Guaiacum cæteris maiores vires alexipharmacas præſtare ſuo decocto, non ſudatorias, quibus ab aliis ſuperatur: cæterum non ob id proficuum fore robuſtis corporibus, ſed quia ob prædictam copioſam quantitatem, qua opus eſt vt æquales vires decocto largiatur, non actuatur, neque coquitur, neq; in actum ſudationis prorumpit, niſi in robuſtis corporibus: quia à debilibus non probe ſuperatur, licet omnibus proſit vi ſua alexipharmaca potentiſſima. At ſpartæ & Chinæ decoctum ab omnibus facile ſuperatur, actuatur, & vbi id in ſudorem protinus prorumpit. Et hac lege cenſeo intelligendos fore autores de hac re loquentes: quod ſi ita nolis interpretari, ſcito; hanc eſſe veritatem huius doctrinæ. Quapropter veteres, vbi maius erat contagium Gallicum, eo maiorem & liberaliorem Guaiaci copiam porrigebant, & poſthabitis ſparta & China, ad ipſum tanquam ad verum alexipharmacum, confugiebant: & quo magis opus erat materiam attenuare, liberalius ſpartæ decoctum: & ſic vbi opus erat maiori exiccatione, frequentius decocto Chinæ vtebantur.

Guaiacum maiores vires alexipharmacas præſtat at non ſudatorias.

12 Secundum vero, quod circa hæc tria medicamenta diſceptandum propoſuimus, fuit, *an hæc medicamenta aliis affectionibus à morbo Gallico, poſſint prodeſſe.* Cui dubio dicendum eſt, euidentiſſimum eſſe, virtutem alexipharmacam ſoli morbo Gallico proficuam eſſe; verum qualitatibus & poteſtate digerendi, attenuandi, exiccandi & ſudandi, multis aliis mirabili efficacia prodeſſe. Et ſic vſus experimentum præſtitit laudabile & proficuum in omnibus inueteratis affectionibus, quæ ex frigidis & incoctibilibus, lentis & craſſis ſuccis prodeunt.

Guaiacum ſparta parella, & China verũ aliis affectionibus a morbo Gallico præſtant.

13 Ad rem igitur redeuntes, propoſuimus, huius puerili morbi curationem ſitam eſſe in duobus reme-

Curatio

remediorum genere, quod retineret eam, quæ purgationibus prædictis abſoluitur. Vna, ex memoratis alexipharmacis compoſita vno è tribus modis, altera, ex alexipharmacis ſimul alimentum & ſanitatem præſtantibus. Si profectò inter vnam & aliam purgationem labitantis, porriges interdum ℥ i. ſyr. boraginis melliſ roſati: quod recipit ℥. viij. liquoris ſtillatitii ex libra vna Guaiaci, cum floribus cordialibus, ſcabioſæ, bugloſſæ, & lupuli ana p. iij. theriacæ pondere duarum drachmarum diſſoluta in modico vini, cui in initio coctionis omnib. factæ adde ſucci roſarum rub. ℥ iiij. ſucci acetoſæ ℥ ij. ſucci pomorum dul. ℥ i. ß cum ſacchari libra ad modum mellis. Item aliud mel confecies ex ℥. vi. aquæ ſtillatitiæ ſparti aparellæ, ſucci buglo. ℥ iiij. ſucci borraginis ℥ ij. cum ſaccharo fiat ſerapium. Pari modo conficies ex ℥. viij. ſtillatitii liquoris radicis Chinæ & ex ℥. vi. ſucci roſarum cum ſaccharo, quibus vti poteris iuxta indigentiam, & ne vna aſſueſcas natura. Remed. alexipharmaca

15 Præterea refectoriis vteris auxiliis, quæ cum hoc quod humiditatem ſubſtantificam reficere poſſint, ſimul quoq; morboſam humiditatem in partib. carneis immerſam digerant, & contemperant ac ebibant: cuius conditionis multa reperies lib. de morbo Gallico. Sed huic puerulo ſummopere proſunt illa, quæ recipit carnis pullorum gallinarum & columbarum, lib. iij. carnis pulli Indici lib. ß extremitates capreoli vnius, pentaphylli, lupulorum, capillorum veneris, agrimoniæ, linguæ ceruinæ, ſcabioſæ, & cardui ſancti ana m. iij. ligni Guaiaci lib. ß ſparte ℥. iiij. Chinæ ℥ ij. bulliant in lib. viij. aquæ ad medietatem vaſe cooperto, & poſtea omnia ſimul inſtillentur in duplici vaſe, & interim dum inſtillantur, adde in ligatura confectionis Alkermes & de hyacinto, ana ℥ ß pulueris diamargariton & electuaris de gemmis ana ℥ ij. Huius aquæ modicũ poteris omnib. cibariis admiſcere. & panatellam ex ea conficere, tandem noctu, dũ puer it dormitum, ℥. i. ß porriges. Verum quia lib. de morbo Gal. multa pro pueris ſic affectis ſcripſimus, ob id placet lectores illuc remittere potius, quam eadem vbique repetere. Præſidia refectoria. Aqua.

16 Extrinſecus verò dorſum pueri inunximus, & aliquanto corporis maiorem partem oleo violarum, amygdalarum dulcium & ſeſamino lotis aqua maluarum, aut lacte capræ: item vnguento reſumptiuo. aut illa lotis aqua ex tartarum partibus inferioribus cum Guaiaco & maluis, ac mucilagine pſylii, & lacte vaccæ, aut capræ. & aliis quæ eadem parte latius ſcripſimus. Supereſt de hydragyro dubitationes abſoluere. Inunctio.

17 Vltimo diſceptandum propoſuimus, an omnes puerulos morbo Gallico correptos, & quacunque cauſa vel occaſione fiat, auxiliis Gallicis, maximeque quæ hydrargyrum recipiunt, poſſimus curare, & præſertim puerulum prædictam. Nam dictum eſt apud omnes ferè de hac re ſcribentes, hydrargyrum eſſe vnicum morbi Gallici præſidium, & nos etiam diximus, pueros poſſe inunctionibus his curari. Qua ratione ſciendum eſt, an id præceptum omnibus ſic affectis conuenire poſſit, an ſolum quibuſdam, & quales ſint hi; vt citra diſpendium vitiata, & puerulis periculum, ſalutari hoc præſidio curari poſſint. Cuius dubii gratia præmittere multa oportet, ſed maxime id quod late docuimus libr. de morbis hæreditariis, nimirum ſigillationem alicuius vitii à parte in filium tranſmiſſam, eſſe in duplici differentia: nam quædam actu remanent in filio, ita vt Gallicis affectionibus (vt hoc exemplo vtar) infeſtetur actu, ſicut pater, iecore aut alio quouis membro principe etiam male affecto, adeo vt ex quouis alimento ſibi generet humores eadem labe fœdatos: & ob id etiam actu ſemper affectibus Gallicis prematur. Quædam verò ſolum poteſtate in iecore & viſceribus remanet, eam diſpoſitionem ſeu ſigillationem præſtans, quod poſſit in eundem & conſimilem morbum incidere, aut ſaltem male diſponere corporis humores, ita vt ſi inciderit in aliquem morbum, difficulter ſit curabilis, ſicut ipſe Gallicus. Cæterum hæc diſpoſitio ita eſt filio connaturalis, genuina & inſita, ſicut ea quæ illi eſt natiua & ſecundum naturam, ac eodem modo difficulter remouibilis, niſi ſenſim & paulatim alimentis & temporis tractu eam mutaueris. Pueri Gallica lue infecti vtrum per hydrargyrũ curandi. Sigillatio vitii paterni duplex.

18 Quibus ſic conſtitutis, ſtatuendum eſt, id quod quotidiano euentu comperimus, nimirum non omnes puerulos, qui ex Gallicis parentibus gignuntur, neceſſario actu Gallicos euadere. Nam plures viuuntur, qui toto vitæ decurſu fœliciſſima fruuntur ſanitate: quod vt facile poſſis intelligere; ſcito, puerulos ex patre curato, ac iam ad ſanitatem reſtituto, ex Gallica lue genitos, longe minus vitium contrahere in membris præcipuis & iecore; aut ad plurimum ſolum poteſtate, non actu, vt dictum eſt: & cum hoc veriſſimum eſſe poteſt, in eatimis partibus venereis affectionibus fœdari & vexari plurimum (quod noſſe ad quæſtionis deciſionem, magni eſt momenti.) Ratio profectò eſt, quia natura in patre, ſiue curato probe, ſiue ſecus, ſemper ad ſeminis materiam puriorem & laudabiliorem ſanguinis partem ſeligit, cum ſemen præſtantiorum ſit materiam principalibus membris efformandis, quare credibile eſt ad generationem aptiorem materiam ſeparari: quia ſi talis non extitiſſet, non eſſet apta ad generationem inchoandam. Quod quidem ſic probari poteſt, quia conſpicimus, Gallicam materiam in adultis nutritioni non eſſe aptam, ſed prorumpere in deprauatam nutritionem, puſtulas, tumores, ac in atrophiam terminari corpus, quia non reficitur: ergo ex neceſſitate naturæ huius rei cõfitere debemus, longe minus hanc Gallicam materiam eſſe proficuam generationi, cum huic operi ſelectiorem & puriorem ſemper ſeparet natura, & cum ſelecta non tranſmittitur, ſed Gallica infectione fœdata, potius generat gonorrhæam Gallicam, quam poſſit præſtare ad generationem aliquo modo. Præterquam quod adhuc ex hac ſelecta materia, vt ſemen conficiat, eam amplius depurat, & coquendo perficit, ac ſpiritibus mille modis exornat; quo certum eſt, quantum poteſt depurari à quouis vitio; alioqui procul dubio infœcundum euaderet ſemen. Quo profectò coniectabile eſt, fœtum non poſſe vitium patris communicari prorſus; licet aliquid vitii ſecum ferat, quod poteſtatem habeat; aliquid nihil, accedente quauis occaſione & cauſa; veluti in vere ſanis, præſtare: Præterquam, quod quoduis malum ſuccreſcens in huiuſmodi affectis corporibus, grauius efficitur, quam in reliquis, & difficilius curatur, acceſſu & conſortio Gallicæ conditionis, licet patre probe curato, parum aut nihil huius contagionis filius accedat, vt dictum eſt. Gallici ex gallicis non euadunt omnes.

[illegible]

Verum ſi quis rem maturius conſideret, inueniet, adhuc in his non raro, licet interna viſcera ſana ſint, ſolo charactere potentiali aliquo modo ſignata, in partibus tamen externis mille miſeriis premi, puſtulis, tumoribus, & aliis Gallicis infectionibus, aut quæ ipſas æmulantur. Ratio profecto huius varietatis eſt, quia poſt principalium membrorum ex ſemine formationem, aluntur in vtero materno, ſanguine etiam infecto, quo elucet in partibus eo ſanguine nutritis & adauctis maius damnum, quam ex ſemine paterno, quia ex hoc ſolum habet vitium in potentia, ex ſanguine vero materno in actu. Cui rationi acceſſit, quod pueri lac ſugentes ea nutrice actu infecta & non probe curata, longe preſſius, grauius & citius, intus & extra eadem labe fœdantur, & mille miſeriis corripiuntur, quia in his protinus & efficacius tecori ipſius pueri communicatur nutricis virium, quam in vtero ex materno ſanguine. Quod conſtat ex aphtis & vlceribus oris, & ex puſtulis ani, quibus mox inſigniuntur, haud ſecus quam in adultis qui cum affecta congrediuntur, ex pudendi vlceribus, bubonibus & puſtulis. Probatur etiam, pueros magis affici ex lacte infectæ nutricis, quam ex ſanguine materno, quo intra vterum alebantur, quia cum lac nutricis, ſit puero diſſimilius ſanguine materno, minus proſpere conficitur, & ſuperatur à puero: quinimo tale lac ſuperat pueri naturam & ſubſtantiam ob dictam diſſimilitudinem (ne dicam contrarietatem) & efficaciſſimum vitium ex lue Gallica, contractum quæ longe diſſimilius reddit lac, & minus alimentoſum. Et ea ratione totum fere lac conuertitur in excrementum, & prorumpit poſtea in prædictos affectus. Quod ſi lib *de morbis hereditariis* legeris, maiores vires habere ſeminalia principia, coniice, id dictum fuiſſe, dum actu ſemen morbum cum fœtu producit, non poteſtate, vt in præſenti diſputatione ſtatuimus de lacte actu infecto, & de matris alimento reſpectu lactis, ob adductas rationes. 19

Quibus profecto ſic diligenter conſideratis, patet facillime diſcuſſio propoſitæ difficultatis, quæ ſe habet in hunc modum: *Quod puerulos Gallicos, vel adultos, ex nutrice, aut Gallico alio congreſſu, curare oporteat Gallicis prorſus præſidiis, donec ad hydrargyrum, ſi opus fuerit deuentum ſit, hac ſolum ſeruata conditione, quod, ſicut dictum eſt, viſcera & extremas etiam partes eadem lue actu habeant male affectas: nam tunc ſimul oportet ab omnibus repellere vi & poteſtate huius medicamenti.* Et ob id nullum ſubſequitur periculum ex repulſu ad viſcera, quia ab eis ſimul contagioſam luem expurgat. Quod auxilium in lactentibus pueris nequaquam adhibere oportet, quia neq; ſpuere, neq; vomere ſciunt, & crudele efficitur maleficium. Neq; in aliis, qui licet ſcire poſſint ſpuere, vomere, & ſudorem ac fluxum ventris tolerare, & coniicimus viſcera nondum male affecta actu (licet aliquid poteſtate habitualiter & connaturale obtineant) etiamſi externas habeant puſtulas vel abſceſſus, hydargyro vtendum non eſt; quia cum potenter repellat ad ſana, vel nondum actu culpata viſcera, grauiſſima potius ſuccreſcunt mala ex contagione actuali in ipſis ab externis partibus actu male affectis præſtita, quia ab eis ad ſana & interna membra retrocedit virulentia, quæ irrita eſt ad os & ventrem, & ēt corpus gracilius redditur, & ſucci vitioſi in tertia regione immorantes incaleſcunt, & corpus vniuerſum deterius ſe habet, cæteris vitiis non ob id magis curatis: ſatis eſt in his omnibus, alexipharmacis, & cibariis optimi ſucci puerulos curare, præmiſſis leuib. purgationibus. Verum ſi pueri adultiores ſint, ſpuereq; poſſunt, & viſcera ſimul cum externis partibus habent male affecta, nulli dubium eſt, quin, vt dictum eſt, poſſimus hydrargyro vti, leniter, caute, prudenter, & per interualla, ſicut in minorib. natu, ceratis & emplaſtris, quæ aliquid eius recipiant, ac reſolutionem & leuem repulſum, vti poteris, ſicut dictum eſt lib *de morbo Gallico.* Quibus rationib. in conſultationibus huius pueri ſtatutum fuit, non licere vti hydrargyro, quia coniecimus, viſcera inculpata ſortiri. 20

De nobili quodam viro ex rheumatica affectione mille modis laborante, cum hypochondriaca melancholia.

Consvltatio XXIII.

Dominvs Alexander Aragoniæ, vir antiquiſſimæ & nobiliſſimæ familiæ, cum ex natiua ſorte homo eſſet integræ ſanitatis, temperaturæ tamen humidæ, & non plurimum calidæ, cum vxorem duxiſſet pulcherrimā, cœpit ex immodica Venere, & intempeſtiuis exercitiis & crapulis, cruditatib. inſolitis conqueri, ac nō multo poſt capite grauari, maxillarumq; dolore frequenter premi, maxime ſiniſtra capitis parte. Mitigato tamen Veneris immodico vſu, malū non amplius creuit, cæterum diutius perſeuerauit, & per interualla acceſſionib. moleſtiſſimis recurrebat, aliquando cū grauatiuo capitis dolore, nonnunquā ſecus. Hoc tamen in curatione obſeruarunt Medici, quod plerunq; in acceſſiones incideret, tū ex vitio aliquo ventriculi, maxime à crapula habito principio tū ab externa aliqua occaſione frigoris, caloris, iræ, vel mœſtitiæ. Item obſeruarunt, quod licet corpus vniuerſū eſſet optime temperatū & ſanum, licet nonnunquā febriens, nihilominus tamen renū calculis, aliquando vrinæ ardore, ac nō raro vomitib. & nauſea torquebatur inani. Ex quo cognouimus, ventriculū & caput prædictorum malorū, commotis rheumatiſmis ab his ad membra prædicta, eſſe causā. Nam cū copia excrementorū abundarent, ad ſanas partes tranſmittebant, & eas in conſortiū ſuorū malorū aduocabant. Cæterum cū copia non abundarent antiqua mala & diu conſueta, per interualla, præhabita interna vel externa occaſione (*vt dictū eſt*) moleſtiſſime laborans torquebatur, ſumpto principio rheumatiſmi à capite male affecto & à ventriculo: à quib. in faciē & ceruices atque prædictas partes, ſignatim recurrebant capitis excrementa, effectura prædicta ſymptomata, 21

promata, ita vt licet in reliquis ſanus & robuſtus viueret, conſuetaque munia exequeretur, tamen mille faſtidioſis querelis ſemper erat anxius. Quibus omnibus acceſſit, quod non multo poſt à principio horum malorum cœpit hic nobiliſſimus vir nimium triſtari, ac timore affici, & conqueri de hypochondriorum calore, tenſione, & moleſtia: quo nos etiam coniecimus, in hypochondriacam melancholiam decidiſſe. Nam cruditatum craſſior pars in meſeraicis venis detenta, & conculcata obſtructionem concitabat, & vſtione ibidem perpeſſa, in caput & cor vſtilagines irruebant, quæ prædicta accidentia melancholica concitabant: quibus ſimul cum his, quæ à rheumatica affectione pullulabant, miſeram tranſigebat vitam.

2 In qua tantorum malorum complicatione & ſyndrome, quo clarior vniuſcuiuſque ſubſit natura & cognitio, ac vera curandi ratio, placet ſeorſum cuiuſque meminiſſe, initio ſumpto à melancholia hypochondriaca, ſine cuius medela, nulla ad aliarum affectionū curationem ſubeſt via. Quippe cum meſeræum ſpleni, & iecori, ac ventriculo propria obſtructione noceat, medendi ratio conſulit, ab apertione obſtructionem auſpicandum fore: quamuis reliquæ affectiones prius fuerint in corpore, quam hypochondriaca: & ob id cum ſine apertione obſtructionis, reliquarum auxilia prodeſſe non poterunt, iſtis non neglectis, ſed cum negotium faceſſerint, illis etiam ſubueniendo, ab obſtructione incipiendum erit.

3 Hypochondriorum melancholiam, vulgatiſſimam his noſtris temporibus factam eſſe, nemo eſt qui ambigat, tum ob indexterum viuendi modum, crapulis, & inordinatis laboribus deditum, tum etiam ob caſus & pleraque improſpera, quæ viſuntur in vita, quibus inſolita triſtitia, & ſolicitudine homines afficiuntur. Quo profecto cruditates ex prauo viuendi modo ortæ obſtructionem in meſaræo machinantes, ac diu ibidem detentæ, calorem ſortitæ, mille accidentia concitant, quorum quædam ſunt metus & mœſtitia, ex phantaſmate tenebroſo imaginationi oblato, cuius ratione deprauatur, quia timet non timenda, & ob id citra cauſam triſtatur: vtrunque prodiens ex vaporibus, & vſtilaginibus ad cor & cerebrum elatis, quibus ſpiritus vitales, & animales coinquinantur, *vt paulo inferius latius ſum explicaturus*. Quæ mala plerunque in parte capitis anteriori, in hypochondriacis affectionibus elucent: quia maior eſt in ea parte à ventriculo & meſeræo conſenſus & communicatio, quam in poſtica. Quod ſane fundamentum noluit recipere neotericus quidam, quinimo ſtatuit, ſine fundamento ſtatutam fuiſſe hanc differentiam, cum nihil firmius in ea ſe habere poſſit ob prædictum conſenſum.

4 In qua quidem re licet lib. Praxis, latiſſime diſputauerim, ac ſtatuerim, mœrores & triſtitias eorum, qui melancholia afficiuntur, cauſam eſſe ipſius humoris, vel vaporis nigri colorem, ſimul cum improportione cerebri, quæ contrahitur ex frigido & ſicco intemperamento: cum hoc tamen placuit hac in parte clarius eam rem explicare, ne quis exiſtimet ea ratione, qua melancholiæ morbus frigida & ſicca cerebri paſſio eſt, eadem neceſſario & immediate metum & mœſtitiam quæ diu perſeuerant, & ſigna ſunt eiuſdem affectus, ab intemperamento prouenire. Nam tanquam verius arbitramur, aliam habere hæc ſymptomata immediatiorem cauſam præter dictum intemperamentum; quod iam explicare aggredior.

5 Sunt qui nouum dogma de hac re ſtatuentes, reducunt ſuam ſententiam, quatenus pertinet ad timorem & triſtitiam in melancholicis, non ſolum ad cerebri intemperamentum, neq; ad qualecunque, neque quomodocunque diſpoſitum: ſed ſimul cum eo ad certas quaſdam ſpecies inimicitiæ in cerebro adſeruatas. Et explicantes naturam huius intemperamenti contracti ex vitio melancholiæ, ſtatuunt *ſolum debere eſſe ſiccum*, ablegantes prorſus frigiditatem, quantumuis certum ſit, frigiditatem conducere ad timorem & triſtitiam. In quo ſane euidenter conſtat, mutare & imminuere rei naturam, & ſine ratione ſeparare frigiditatem à morbo cerebri in melancholicis. Nam ſi humor melancholicus in cerebro abundat, & hic natura ſua frigidus eſt & ſiccus, neceſſum profecto erit, vtraque qualitate lædere, aut teneantur hi autores explicare, quæ cauſa præſit in cerebro, quæ temperet, vel attemperet melancholiæ frigiditatem, quo minus lædat, quam ſiccitas. Quippe ſi creſcit eius prouentus & ob id diſtemperat cerebrum, vtraque qualitate profecto diſtemperabit: & forſan magis frigiditate, vt potè actiua eſt, quam ſiccitate, quæ paſſiua exiſtit. Quo fit, vt præciſe teneantur aſſerere, melancholiam vtraque qualitate ſimul lædere, ſiquidem nihil eſt quod impediat ita fieri. Quod ſi quis dixerit, melancholiæ frigiditatem attemperari, a tem in calore ſpirituum vitalium cerebrum aſcendentium, expendat, id eſſe impoſſibile, niſi etiam ſimul augeantur ſpiritus plus ſolito, & ad menſuram intenſionis auctæ frigiditatis ex copia melancholiæ: ſed hoc augmentum ſpirituum tantum abeſt, quod ſubſit in melancholicis, quod potius, vel imminuantur, vel præſentia frigiditatis infirmentur: qua ratione tenentur aſſerere, vtramq; qualitatem neceſſario creſcere, & neceſſario concurrere ad morbi huius productionem.

6 Secundo ſtatuunt, *non ſufficere qualecunq; intemperamentum, ſed neceſſarium eſſe certum quoddam ſolum huic vitio efficiendo dicatum*. Atque explicantes quale debeat eſſe, ſic ſcriptum reperio. *Aduertere oportet, eſſe in cerebro proportionem quandam inter hoc certum intemperamentum* (quod recitius diceretur incertum) *& quaſdam ſpecies, ita vt creſcente illo intemperamento, tales ſpecies excitentur ad opus: aliæ vero (licet præſint in cerebro) minime, ſufficitque vt cum melancholica humore cerebrum diſtemperatur, ſpecies contriſtabiles obiecti timoroſi excitentur ad opus, & cum medus illis ſpeciebus in cerebro reſeruatis apprehenditur obiectum appetitus ſequitur talis paſſio, quia fertur in obiectum cognitum ſub illo modo, & non ſub alio.* Denique abſoluunt rei difficultatem & dubium, ſtatuentes, *non ſolum ablegandam eſſe frigiditatem, ſed conſtituendum fore certum quendam modum omnibus incognitum.* Et ob id referunt, nō debere arbitrari pertinere ad qualitates manifeſtas ſecundum

L 2 le, ſed

Hypochondriorū melancholia cur vulgatiſſima.

[illegible]

Frigiditas vtrum etiam conducat ad hypochondriacam melancholiam & triſtitiam.

Verum aliqui hypochondriacorum melancholiam ſufficere ſi [illegible] quodcunq; intemperamentum.

ſe, ſed ad alias peculiares (ne dicam occultas) alterius rationis (quæ ſane ratio inexplicata manſit) quæ immutent, licet non producant alias corruptiue. Quo rurſus conſtituunt, illum certum, aut incertum gradum intemperamenti & proportionis, ex qualitate humoris & præexiſtentibus fieri, vnde excitantur illæ inimicitiæ ſpecies ad operandum: non quidem ſpecies lætitiæ, licet præſint quoque in cerebro, quia, vt ipſi referunt, non habent ſimilitudinem cum melancholiæ intemperamento, quemadmodum & reliquæ, quo videtur ſubterfugere vim argumenti. Quis autem ſit ille gradus, & ille modus nec docent, nec cenſent, qui ſic philoſophantur, poſſe cognoſci. Ita vt ſiquis recte conſideret hoc decretum, neq; morb. ille erit curabilis; quia incognoſcibilis, neque rurſus monſtratur, quæ ſit neceſſitas quæ cogat ſpecies illas reſeruatas inimicitiæ, moueri potius, quam operari potentiam mediantibus illis: quas ex quouis obiecto præſenti ſuſceptas, ſi eadem inimicitia affectas aliqua cauſa interueniente apprehendat. Nam ſi illud eſſet verum, ſemper & eodem modo & ab eiſdem reb. apprehenſis timerent, & triſtarentur melancholici: quia ſpecies illæ inimicitiæ reſeruatæ, niſi deleantur ſpeciebus alterius obiecti, ſemper ſunt eiuſdem conditionis & eodem modo tenentur repræſentare. Sed cõſtat, ex variis, ac ſæpe contrariis imaginationib. turbari & triſtari ac timere: ergo videtur poſſe, quinimo debere neceſſario excuſari illum modum incognitum conſignare, tanquam cauſam cogniti affectus, & qui euidentiſſimas habet cauſas, non ſolum triſtitiæ & timoris, ſed & varietatis apprehenſionem, quibus appetitus excitatur ad triſtitiam & mœrorem.

7 Verum vt ad noſtram ſententiam Gal. & veteribus probatam accedamus, nonnulla præmittere oportet, nam in rebus dubiis, & à ſapientiſſimis ſcriptoribus diligentia, ſtudio & maxima ſpeculatione confirmatis & explicatis, validis etiam fundamentis, & rationibus oportet ſtatuere decretum, maxime ſi futurum eſt diuerſum.

Res dubiæ & obſcuræ variis rationibus probabilibus explicandæ.

8 Cuius rei gratia ſit primum fundamentum, proficuum quidem multis decretis ſecure & clariùs enodandis, nimirum in rebus dubiis & obſcuris, & quæ difficulter ſui notitiam præſtare poſſunt, neceſſum eſſe rationibus, ſaltem probabilibus, & ſapientiſſimorum virorum decreto probatis, ita rem explicare, vt ſubſit ſententia & concluſio de ea re adeo clara & veritati propinqua, quod adæquari poſſit intellectui. Nam ſi poſt illa argumenta, & poſt longiſſimam diſputationem, & rationum varietatem, nil amplius ſupereſt, quam quid incognitum, indicibile, & adeo occultum, quod explicari non poſſit, proculdubio nihil aliud erit, quam rei ignorantiã, vt decretum cõſtituere in re cuius cauſæ non ſunt prorſus incognoſcibiles; nam ſi aliter conſtituantur, potius erit ex propoſitionibus ſcientificis & rationibus probabilibus, ad omnimodam obſcuritatem & rei ignorantiam peruenire. Quippe licet de Ariſt. dictum ſit, ita obſcure ſcripſiſſe, quod quaſi non ſcripſiſſe exiſtimaretur, ſciendum eſt, id etiam grauiſſimis & ſapientiſſimis viris, & qui magno & rariſſimo ſunt ingenio, non raro contingere: nam ea eſt talium ingeniorum conditio; cum hoc tamen, neque Ariſt. neque huiuſmodi eruditiſſimi viri eo deuenerunt, quod fateantur ſe quoq; ignorare quod ſcripſerunt: nam adeo ſubtiliter explicauerunt propriam ſententiam, quod licet alias difficillima viſa fuerit, non tamen prorſus intelligibilis, abdita & incognoſcibilis, ſed quæ maximam requirat in legentibus diligentiam, ſpeculationẽ & indefeſſum laborem, quibus ex rebus obſcuris pretioſa & vtiliſſima venantur. Namq; autorum munus eſt, in quauis ſcientia, quæ ſuperabundant & inutilia ſunt, demere; quæ deficiunt & neceſſaria exiſtunt, addere; quæ à veritate aberrant, dirigere, quæ vero obſcura exiſtunt, elucidare, explicare, & ita patefacere, quod poſſint intellectui adæquare: non tamen ad id deuenire, quod longe obſcuriora ſubſint; ne dicam in perpetua ignoratione permaneant. Et ſic rei huius concluſio, licet à Gal. & ſapientiſſimis Philoſophorum principium ſumpſerit, quia difficultatem aliquam præ ſe ferre videtur, mei nunc muneris erit, his rationibus ac modus in eius explicatione vti, quod clarius & veritati propinquius ſubſit decretum.

Deliria non ſunt omnia eiuſdem conditionis & modi.

9 Sit ſecundum fundamentum, aliud eſſe, delirare, mente aberrare, vel turbari mente; & longe aliud, hoc vel illo modo delirare. Nam deliria non ſunt omnia eiuſdem modi & conditionis. Sic profecto delirant homines ob perturbationem inſtrumenti præcipui, quo vtitur imaginatiua ad ſuſcipiendas imagines rerum, per ſpecies, quas intellectus ſpeculatur, vt rectum de eis poſſit elicere iudicium. Eſt autem hoc inſtrumentum, ſpiritus ille quietus, quem diximus cap. *de phrenitide, in propria Conſultatione, & tom. 1. in explicatione ſymptomatum facultatum rectricum*. Nam cum ſapientia ſit in quiete illa, & inſipientia in variis huius ſpiritus motionibus, *vt ex Hipp. probauimus*, & veriſſimum eſt, conſtat, quamuis plurimum & variis modis diſtemperetur cerebrum, non ex quouis eorum homines delirare, donec malum permeet ad ſpiritum illum, & dimoueri ac perturbari efficiat. Quod quidem duabus cauſis ſimul iunctis contingit: ex imbecillitate nimirum contracta ob cerebri intemperamentum, eo modo quo dictum eſt; nam tunc deiicit actum huius virtutis; cæterum delirium hoc eſſe huius aut illius ſortis, conditionis ac modi, potius ac ſimul eſt ea natura & conditione cauſæ, quæ cerebro accedit & ipſum diſtemperat, ac ſimul dimouet hos ſpiritus. Sic profecto melancholia, aut eius halitus caput aſcendentes, præter id quod facto intemperamento mentem turbat: hoc etiam ſymptoma, metus nimirum & triſtitiæ, accerſit iuxta melancholiæ conditionem & accidentia. Item bilis flaua rixas & contentiones: ſanguis deliria quoq; mouet; ſed cum riſu & hilaritate, ſicut atra bilis, cum furore, & accidentibus ſimillimis. Quibus præmiſſis, non erit difficile noſſe clarius rationem timoris & triſtitiæ in melancholicis, vt inferius conſtabit.

10 Sit tertium fundamentum, *ſpiritus animales, præciſe & prorſus eſſe huic miniſterio rectricium facultatum neceſſarios*. Nam cum materialia & ſpiritualia ſine medio ſe attingere non poſſint, & ſpecies rerum quæ ſenſib. percipiuntur, ſint materiales, impoſſibile erat, ipſis ſolis poſſe phantaſmata repræſentari potẽtiæ ima-

tiæ imaginatiuæ, quo intellectus potuiſſet ea ſpeculari, niſi magis ac magis ſpecies illæ, quantum poſſibile fuerit, denudarentur à materialitate: quod profecto efficitur beneficio ſpirituum à potentiis ipſis, nam cum ſpiritus ſint diaphani, ſplendidi, pellucidi, & qui magis accedant ad altiorem naturam, quam ſpecies, eas profecto veluti denudant, ac accedere eſſi ſunt ad altiorem & ſpiritualiorem conditionem: quo, vbi ſemel phantaſiæ accedunt, aptiores fiant prædicto beneficio: vt intellectus in eis, aut per eos, tanquam in ſpeculo phantaſmata & ſimulacra rerum ſpeculetur, quo certius & facilius poſſit de rebus elicere iudicium. Quo fit, vt ſi ſpiritus hi, qui e natura lucis eſſe cenſentur, aliquo modo inquinentur, obſcurentur, aut tenebroſitatem ſortiantur, nequeunt vere, realiter & proprie ſpecies deſtitutæ ſpirituali beneficio repræſentare rerum ſimulacra, ſed mille fictionibus & varietatibus mutata, eueria ac fucata quadam ſimilitudine, diſſimilitudinem maximam mentiuntur; quo mirum non eſt, ſi pati fallacia, qui hac ratione delirant, amicos odio habeant, timeant, & cum triſtitia fugiant, vt mox latius explicabo.

52 In qua re ſtatuendum eſt primo, triſtitiam & timorem, paſſiones eſſe appetitus, cæterum cum hoc requirere etiam deprauatam cogitatiuæ facultatis actionem, quæ apprehendit aliquid ſub ratione odibilis & triſtabilis. Inſuper præmittendum eſt, prædictam cogitatiuam turbari & euerti, aucta vel apprehenſiue, vel aliquo modo euerſa. Primum quidem ex frigido & ſicco cerebri morbo, quo immediate imbecillior facta nequit actiones eo robore atque perfectione efficere, quibus ſecundum naturam ſolet. Quod profecto illi accidit quoad ſubſtantiam illius, & quatenus peculiari actioni imaginandi dicata. Secundum vero quoad actum imaginandi: illud quidem primum immediate procurat morbo cerebri frigido & ſicco, quo imbecillitatur ipſa potentia ratione organi vitiati: ſecundum autem, quod eſt actionem fieri vitiatam hoc vel illo modo, & contra recti iudicii veritatem, prodit ſine dubio ab opacitate & obſcuritate ſpirituum animalium, contracta ex conſortio & adhæſu humoris, ſeu vaporis nigri, quibus ſpiritus ſplendore ad hanc actionem neceſſario orbantur. Quibus ſic ptane diſpoſitis, ſpecies quæ ad imaginationem vſque ad impreſſi producuntur obiecti viſu percepti mediis ſpiritibus, qui huic actioni lucidi & perſpicui requiruntur, obſcuritate prædicta ſic obtenebrantur, & amittunt debitam perfectionem, quod intenta potentia (alioqui ob internum intemperamentum frigidum & ſiccum inualida) ſub alienis qualitatibus obiectum percipiant, tantum quidem mutatum à ſua natura, quantum obſcuritas fuerit maior. Non quidem quod ſpecies producatur aliqua ab atro calore, vel opacitate intus exiſtente, neque ex eo quod aliquid poſitiuum repræſentet obſcuritas, ſed ſolum ex eo quod ſpiritus ex conſortio vaporis aut humoris nigri, innatum & neceſſarium ſplendorem, & debitam illam conditionem amittat, ita vt obiecta ob id imperfecte percipiantur, & non vt re vera ſunt, ſed vt falſo apparent. Quo fit, vt cum non debite cognoſcantur, imaginatio arbitretur alienis illis qualitatibus; quæ falſo apparent, obiectum eſſe male affectum, quo ob ſpeciebus odii & inimicitiæ elicitis ex prædictis obiecti affectione, mœrore & timore turbetur, haud ſecus quam ſi quis in obſcuro percipiat aliquid ligni inſtar oblongum aut contortum, & cum non perfecte poſſit diſtinguere quid ſit, imaginatio ſerpentem eſſe cenſeat: & ob id triſtetur ac timeat, & tanquam à re odibili fugiat: quo quidem timore caret accedente luce, qua diſtincte cognoſcit quid ſit id, quod in obſcuro erat. Denique potentiam priuat obſcuritas & obtenebratio ſpirituum ex nigris vaporibus orta, integra obiecti cognitione: & ob id, tanquam ab inſolito & incognito obiecto concipit diſconuenientiam. Itaque adiuncta impotentia cerebri ex in temperamento, obſcuritati ſpirituum ex miſcella vaporis nigri, nequit intellectus ſpeculari rem, quæ per ſenſus percipitur, non quidem vt re vera eſt.

53 Neque ob id credendum erit, melancholicos, eo quod ſemper tali affectu obſcurentur ſpiritus, ſemper quoque & in omnibus rebus, quæ illis per ſenſus offeruntur, neceſſario delirare cum certum ſit, de natura huius mali eſſe, in vna ſolum re aberrare, in cæteris conſtante iudicio: quia ſatis eſt ad perplexitatem probandam, triſtitia & timore ſemper eſſe affectos, ita vt hominum conſortium fugiant, & fere ſemper odio habeant omnes, quia ſuſpicantur plerunque in omnibus malum. Cum hoc tamen, non æquali apprehenſione concipiunt omnia; quia humor melancholicus non eſt vt cæteri humores, qui plerunque mutua tranſmutatione vnius in alium commigrant: ſiquidem melancholia licet eſt in ſua natura vniformis; nam licet craſſior, frigidior, & ſiccior fiat, non ob id formam melancholiæ amittit, aut in alterius humoris naturam commigrat, vt in flaua bile, pituita & ſanguine conſpicimus (niſi in formam ſcirrhi, aut tophi degeneret) & hac ratione nulla quatenus melancholia in febribus mutat propriam periodum in periodum alterius humoris; nam etiam ſi quartana febris in quintanam, ſextanam & plurium dierum mutetur, omnes tamen ex melancholia fiunt, mutatis aliquo modo accidentibus (quibus magis putredini reſiſtit, ob maiorem frigiditatem & ſiccitatem, ita vt ad plures dies differat acceſſionem) non quidem mutata forma, quia ſemper manet ſub natura melancholiæ: ſic profecto hic humor ob varias diſpoſitiones quas acquirit, varias effingit imaginationes: verum omnes ſimul in vna aut altera re, iuxta conditionem peculiarem melancholiæ, vt conſtat, cum quis ſe exiſtimat eſſe gallum, alii teſtam, quo laborans anxius eſt, & inquietus ex incredibili moleſtia, vt in noſtro laborante ex ventriculo ſuccreſcebat, quo non poterat conſolari, maxime cum dolores rheumatico affectui accedebant, præſertim cum ex flatus vbertate, tenſionem etiam perſentiebat, maxime cum accedebat dolor mordicatiuus iuxta coſtas & prope cor: quo tempore inappetentia faſtidioſa moleſtabatur, præſertim ſi iuxta os ventriculi aliquid irruebat ex imo ventre & meſeræo, accedente etiam tunc aliquando cordis palpitatione, quibus miſere torquebatur hic illuſtris vir.

Melancholici cur non, ſemper & in omnibus rebus delirant.

54 At in curatione tantorum malorum nulla apparebat via, in qua potuiſſet laborans leuari & conſolari,

ſolari,

ſolari, quia inueteratæ erant affectiones, præter id quod quotidie ſeſe offerebant acceſſiones moleſtiſſimæ, & quod deterius erat, alterum ab altero augmentum capeſſebat; qua ratione coacti fuimus conſulentes inquirere, à quonam fuerit inchoanda curatio: nam licet primo corpus egreſſa fuerit rheumatica affectio, adeo inualuit hypochondriaca melancholia, & ita creuit meſeræi obſtructio, quod citra eius curationem viſum fuerit difficillimam fore reliquorum affectuum medelam. Quid n. prodeſſe puterant auxilia euacuantia, neq; roborantia, aut quæ vim habent attemperandi præſentibus obſtructionibus, à quib. aliquid vitioſum ad caput & cor recurrebat, quo vires amplius infirmabantur, & reliqua vitia creſcebant. quo decreuimus, hypochondriacæ primo ſubuenire, reliquis non prorſus neglectis. In cuius curatione & prouidentia, quæ plena difficultatib. extitit (*licet libr. Prax latius huius mali curationem inſtituerim*) hac in parte huius laborantis gratia, & ob complicationem tantorum malorum, aliquid addere inſtituimus. In qua re vera & genuina curatio ſita eſt in aperiendis meſeræi obſtructionibus. Cuius rei ratione primu corpus præparauimus ſanguine, miſſo ea hæmorrhoidib. per hirudines extracto: nam licet in aliis corporib. ex vſu fuerat, ex brachio aut talo ſiniſtro ſanguinem mittere; tamē ob ſummam eius imbecillitatem, maxime in membris præcipuis cautum fuit, ne id fieret; quo facto, corpus purgare iuſſimus *ſyrupo regio*, addito infuſo *agarici trochiſcati*, *vel emulſione ſeminis chartami*, maxime quia hæc omnia inſtituimus infundere in decocto *ſenæ aut decocto ellebori nigri præparati*, præſertim in corporibus robuſtis, & in aliis quæ nullam habent contrationum affectuum miſcellam, præſertim ſi aliquid cordiale addideris, melancholicos enim ſummopere hoc medicamentum leuat. Proſunt etiam pilulæ *de tribus cum rhabarbaro*, aut loco aloes aliquid *ellebori nigri* plurimum correcti. Nam vbi melancholia inueteratur, & periculum eſt ne prorſus peruertatur mens, id profecto videtur expoſtulare affectus ſæuitia; aut ſaltem addere poteris pulueres *foliorum ſenæ*. Item ex vſu eſt in hac purgatione *vinum ſenatum cum mirobalanis chebulis & ſemine chartami*.

Medicamenta melancholicos ſummopere leuantia.

Reperio ēt in hoc affectu medicamentum probatiſſimum ex cidoniis compoſitum, quorum 14
pulpa decocta fuerit cum *vino decoctionis polypody quercini & epithymi*, *cum puluere Mechoacam & cinnamomo*. Cui vſui confert ſerapium *borraginis*, addito modico oxymellite, tribus, aut quatuor diebus ante purgationem. Quibus factis, quarto quoq; die ventrem fouebis (quo deobſtruentibus auxiliis facilius cedat) decocto *myricæ caparrorum*, *abſynthii ſaſafraſa*, *chamameli*, *ac roſarum*: & tunc conſuluimus chalybem porrigere. Namq; nullo alio auxilio (licet plura reperiantur) neq; fiderem, neq; vſurſum, niſi eis, quæ chalybem recipiunt. Arbitror enim, omnib. ſic affectis ſingulare eſſe in aperiendis obſtructionibus, ac repurgandis anguſtorū valorum humorib. Sic n. vſui fuerunt huic viro: cū rheumaticæ affectioni, quatenus à ventre fouebatur & meſeræorum maxime hypochondriacæ affectioni. gratia cuius importuniſſimæ & moleſtiſſimæ conditionis plura ſcribam, chalybeata præſidia, vt quiſq; pro indigentia affectus, & tolerantia laborantis eligere poſſit, quod magis ex vſu fore cognouerit. Primum conficitur ex conſerua *violarum*, & modico chalybe ſubtiliter limato, & ſæpius loto *aqua roſacea*. *vel maluarum*, vbi ſemunicam *conſerua*, & ſemidrachmam chalybis præbueris ſingulis diebus, ac exercitium conſulueris.

Chalybeatorum præſidiorum præſtantiam aperiendis obſtructionibus.

1 Secundum conficies, non minus vtile, ſi acceperis *dialacca & diacurcuma ana* ʒ ß *chalybis eodem modo præ-*
2 *parati* ℈ i. Cui conſimile erit, ſi acceperis *diacalamenti* ℈ s. *& chalybis præparati cum ſpecieb. lætificantis*, *aut*
3 *diambra* ℈ i. *& trochiſcorum de eupatorio* ℈ ß. *& chalybis* ℈ s. Prodeſt & aliud efficacius, q. r. *vini lb. iij* ſ pluries chalybem, vel integrum, vel limatū & ignitum, in eo extinxeris: poſtea vero *recrementis in vino reſidui*
4 *ſume* ℥ iiij *trochiſcorum de eupatorio* ʒ ij ß *trochiſcorum de caparibus* ʒ ij *conſerua florum borraginis* ℥ iiij miſce, & iuuat laborans ℥ j. ſummo mane, ac ſuper dormiat aut requieſcat ſpatio horæ vnius, a mox exer-
5 citio per locum accliuem vtatur. In forma vero liquidiori ſic facies. Excipe ſyrupi *de quinq; radicibus*, *& de duab. ſine aceto ac de viſantin*, *ana* ℥ iiij *pulueris caparrorum*, *& diamargariti non frigidi & lætificantis*, *ana* ʒ i.
6 *chalybis ſubtiliter limati*, *& ſæpius aqua maluarum loti* ℥ iii miſce, & fiat ad modum opiatæ. Vltimo idem facies ſi acceperis ſyrupi *lupulorum*. *capillorum veneris*, & *de pomis ſine croco ana* ℥ ii. ß. *pulueris radicis rubeæ & electarii de gemmis*, *& trochiſcorum de caparibus ana* ℈ ii. *chalybis* ʒ iii. ß. miſce, & fiat ad modum opiatæ.

Fomenta.

Interim autem dum hæc fiunt, tertio quoq; die ventrem fouebis decocto nuper dicto, & eo die, 16
nec ſumat chalybem, nec exercitio vtatur, ſatis enim eſt, alternis diebus in his diuturnis affectionibus chalybem ſumere & die intermedio ventrem & meſeræo præparare, quo efficacius chalybs operetur.

Inunctiones.

Poteris tamen loco fomenti aliquando ventrem iungere, eo quod recipit *olei napha abſynthii*, *& menthæ ana* ℥ i *pulueris ſaſafraſa Indica gariophyllorum. ſeminis angelicæ & aromatici roſati*, *ana* ʒ ß *galliæ muſcatæ* ℈ ß. *foliorum myricæ*. *corticum caparrorum*, *ana*. ℈ ii. *vini odoriferi* ℥ ii. bulliant in duplici vaſe ad vini conſumptionem, & vſui ſerua. Quod ſi efficacius efficere volueris, pulueres omnes aqua vitæ prius irrorabis. Verum cum exercitio vtitur laborans, & interim dum venter non fouetur neceſſum eſt, ipſi apponere emplaſtrum mirabilis efficaciæ: tum ad roborandum: tum magis ad languidum, & diminutum ventris calorem excitandum, quod rheumatiſmo, & cruditati ipſius vtiliſſimum fiet. Quod recipit pulueris *galliæ muſcatæ*, *gariophyllorum*, *aromatici roſati*, *ana* ℈ ii *pulueris lætificantis* ʒ ß. *cum cera & therebintina ac ladano*, *& balſamo*, fiat emplaſtrum. Sed pretioſius & efficacius eſt id quod recipit, nucis *muſcatæ gariophyllorum*, *cinnamomi*, *ana* ℥ ii. *abſynthii*, *menthæ*, *maiorana*, *calaminta*, *roſarum rub. ana p. ſ. cipri orientalis* ℥ ß. infundantur in libris duab. & ſemiſſe aquæ vitæ per diem, deinde colaturæ, poſt fortem expreſſionem, adde *maſtiches*, *myrrhæ*, *ladani*, *ſtyracis*, *calaminta*, *belzoyni*, *ana* ʒ s. ß. *ammoniaci* ℥ iii. *moſchi* ℈ ß. & maneant in infuſione duorum dierum ſpatio, deinde extrahatur liquor per balneum Mariæ, non tamen ex toto, ſed curandum eſt recrementa humida remanere, & hæc recrementa, ſeu fæces, vſui ſeruentur, quibus adde *reſinæ pini* ʒ. iiij. cum cera fiat ceratum. Nec minoris momenti eſt liquor ſtillatur ad fouendum ventrem, cum prædicto decocto admiſtus.

Emplaſtrum ad calorem ventris excitandum.

Præterea

17 Præterea cordi prouidebis vnctionibus, ſacculis, & rebus corroborantibus, quarum copiam (ne eadē pluries repetere videar) reperies conſilio *de homine qui frequenter animo linquebat.* Quib. ſi velis malū firmius extirpare, ſcito, interim dum hæc fiunt, ex vſu eſſe, vel ex talo ſiniſtro modicū ſanguinem extrahere, vel ex hæmorrhoidib. per hirudines. Quod ſi ne hæc quidem prodeſſe videantur, neceſſum erit, fontanellā in ſiniſtro femore aperire, in parte eius domeſtica, maxime in his in quibus ſplen aliquo modo, aut moleſtat, aut moleſtatur à meſeræo: q præſidium probatum reperio decreto ſcriptorum noſtri temporis, nec diſplicet eorum placitum: ſed caute facito; nam ea parte grandiores ſunt venæ. *Corroborantia præſidia.*

18 Quibus profecto obſtructionibus in meliorem ſtatum ductis, & laborante minus moleſtato triſtitia ac timore, conſultum fuit, ad cognitionem, differentiam, cauſas, & curationem rheumaticæ affectionis, gradum facere, etiamſi interim dum melancholiam exſtirpare ſtuduimus, ſemper illarum habita fuit prouidentia.

De rheumaticæ affectionis natura, cauſis, & curatione.

19 AD conſilium igitur & curationem rheumaticæ affectionis accedentes, primo ſtuduimus mali naturam, differentias cauſas & curandi viam diligenter inueſtigare, & etiam inquirere acceſſionum occaſiones. In qua re primo ſtatutum fuit, hunc virum pati vnam ex rheumaticis affectionibus: cuius decreti gratia oportuit inueſtigare, naturam & differentias huius mali in genere, vt facilius cognoſceremus, qua earum noſter laborans ægrotaret, cum plures ſint affectiones rheumaticæ nuncupatæ. In qua re ſtatuendum eſt, quod licet rheumaticas affectiones, communi vtentes vocis ſignificato, eas omnes nuncupemus, in quib. à capite in aliquam partem aliquid tranſmittitur, vt de catarrhis, podagra, & reliquis huius cenſus vulgariter fertur: cum hoc tamen veteres omnes, Gal. maxime (ab Hipp. li. *de locis in hom. ſumpto principio*) li. 1. *febrium*, ac 1. *phar. gene.* ſolum ſtatuit, illum fore rheumaticum affectum, qui ex totius corporis habituali intemperantia, & quaſi facta, principium ſortiatur: licet 1. *phar.* nō neget, fluxiones fieri, nulla exiſtente in corpore rheumatica affectione, eo modo quo dictū eſt. In qua doctrinæ ſorte multa mihi ſeſe offerunt explicanda, quæ huic miniſterio maximi fore momenti cenſeo. *Rheumaticæ affectiones quæ ſint.*

20 Primum eſt, docere, rheumaticas affectiones eſſe in triplici differentia: quaſdam nimirum vere & proprie eſſe *legitimas* nuncupandas: quaſdam vero *ſpurias & illegitimas:* plures vero *medias* inter ſpurias & legitimas. *Rheumaticæ affectiones in triplici ſunt differentia.*

21 Affectio vero proprie, legitime & ſpecialiter dicta rheumatica, ea citra controuerſiam cenſenda eſt, quam Gal. annumerat, & elegantiſſimis verbis explicat *lib. 2. febrium, cap. 7.* dicens *Huiuſmodi quapiā ratione prouenire ſcito huiuſmodi rheumaticos vocatos affectus, toto videlicet corpore infirmo, principib. vero illius partibus paulatim licet infiſi ſanguinis, grauari tamen ſolitis, eumq. ad carneas cutis partes protrudentibus, potiſſimumque glandulis excipiendo rheumati idoneis.* Denique in eo ſolum legitimam rheumaticæ affectionis rationem ſitam eſſe conſtat, quod corpus vniuerſum ea impotentia adeo habitualiter ſit affectum, & languidum, quod vbi principem eius partem aliquo ſanguine grauari contigerit, licet non ſit in copia plurimum excedens, ad carnoſas partes ſub cute, & in ipſam protinus tranſmittant, maxime ad eas quæ excipiendis excrementis ſunt idoneæ. Quo profecto factum eſt, quod in morbo Gallico, quia ratione deprauatæ eius naturæ imbecillimum eſt, ſummopere corpus ſubſit rheumaticis affectionibus affectum, & obnoxium: nunc ad cutem puſtulis: nunc ad carnem tumoribus & vlceribus, aliquando ad articulos, & non raro ad oſſa perueniens: quod etiam contingit in corporibus natura vel caſu, aut morbo aliquo, vel nimio Veneris vſu habitualiter languidis. In quibus vel omnis articularis morbi ſors & differentia, vel aliæ affectiones plerunque, aut ad tempus vituntur: q profecto maioris eſt momenti nouiſſe ad rectam curationem inſtituendam, quam citra indigentiam, & vt populo ſatisfacias, plurima & inutiliter, aut perniciosa adhibere auxilia. Id quod eleganter Gal. 1 *febrium cap. 6.* his verbis diſſerat: *Merito ergo his curandis ſcopus eſt, non euacuatio, ſed totius corporis roboratio:* quanquā ante curationis initium illis à ſanguine miſſo orditur: ac ſi excrementa prauam & qualitatem habuerint, vna adhibeatur purgatio. Quo conſtat, vere rheumaticum affectum in totius corporis imbecillitate ſitum eſſe; ſiquidem non euacuatione, ſed roboratione curari eſt opus: etiam ſi ſuccos in corpus vniuerſum, vel in partem aliquam fluere cernamus, quos à membris præcipuis, licet non plurimum abundent (*vt mens eſt Gal.*) tranſmitti, ex aſſuetudine conſpiciamus, & ſubinde facillime ab imbecillo corpore, in toto, aut parte recipi, ac in affectiones rheumaticas commigrare; quia nequit corpus languidum eos, neq; coquere, neque in ſui ſubſtantiam vertere, nec diſſipare ac reſoluere, neque pars quæ recipit, deuincere. *Rheumatica affectio legitima quæ.*

22 Spuria autem ea cenſenda eſt rheumatica affectio, quæ ab vna ſolum corporis parte, in aliam, quod in ipſa ſuperabundauerit, tranſmitur, dum recipiens languida quoque ſit; ſicut in legitimo rheumatiſmo totum corpus, vt dictum eſt. Quæ ſane rheumatiſmi conditio multis procedit modis: vt Hippoc. docuit *libr. de locis in hom.* ſic ſcribens: *Corporis autem ſingulæ partes altera alteri, vbi hinc aut illinc proceſſerit, morbum ſtatim faciunt: venter capiti: caput carnibus ac ventri, & reliqua omnes iuxta eandem rationem.* Denique vbi in vna quapiam particula aliquid ſuperabundet, ita vt laceſſat eam ad pulſum nocui, præter morem, & modum naturæ, id quidem tranſmittit, aut vbi ex conſuetudine habet, ad emulctoria, aut ad languidam inferiorem caliditatem laxandam, aut dolentem partem, quæ ob aliquid horum recipere cogatur id, quod à potentiori aut principaliori tranſmittitur. Sic profectu fiunt tumores præter naturam in carnibus, dolores in articulis, & pleraque, quæ ſanis alioqui exiſtentibus, ac robuſtis reliquis corporis partibus ſuccreſcunt. Qua ratione eleganter dixit Galen. *lib. 1. phar. gene.* *Atqui omnis dolor inflammata exacuit, irritatque, & fluxionibus acceſſionem præbet* *Rheumatica affectio ſpuria que.*

b 4 quatenus,

quamuis rheumatica diſtemperie æger non afficitur. Qua ſententia euidenter conſtat differentia inter rheumaticam affectionem legitimam, & hanc ſpuriam: ſiquidem in illa totum corpus habituali impotentia affici eſt neceſſum: in hac vero ſolum vna, aut altera particula, *vt inferius latius ſum explicaturus.*

Rheumatica affectio media qua.

22 Ea autem rheumatica affectio, quam mediam inter legitimam & ſpuriam conſtituimus, efficitur ex defluxione, quæ prodit ab vna ſolum parte; tamen cum hoc in corpus vniuerſum, aut maiorem eius partem ſeſe extendit, licet ſua natura aut morbo imbecillum non exiſtat, ſed eo quod aliqua particula potentiſſima eſt, humorum copioſus prouentus, aut diutina conſuetudo fluendi ab ea in varias, plures, aut omnes corporis particulas. Quam ſane mediæ affectionis rheumaticæ naturam eleganter depingit Hippocr. lib. de locis in hom. dicens. *Et ſi quis minimam corporis partem acceptam male affecerit, totum corpus affectionem ſentiet, qualiſcunque tandem ea fuerit: propterea, quod minima corporis pars omnia habet, quæcunque & maxima. Inſuper quicquid tandem minima pars pertulerit, ad gentilitatem refert, ac transfert, vnaquæque ad ſuam, ſiue bonum, ſiue malum id fuerit; propterea corpus & dolet, & lætatur cum minima gente: quia in minima omnes inſunt partes, & hæ ad gentilitates ſibi ipſis ſingula transferunt, & omnia denuntiant.* Quæ elegantiſſima ſententia Hippocr. applicat hunc tertium rheumaticæ affectionis modum; & eum conſtituit longe diuerſum à legitimo, quia in legitimo partes ſuſcipiunt à membris præcipuis, quicquid in ipſis excrementoſum abundat, licet copioſum non ſit; quia præcipua membra habent de more à ſe pellere, & corpus præ imbecillitate ea cogitur recipere, & ob id laborare. At in hac tertia ſpecie non ſic, ſed quia pars corporis, quæuis ea ſit, ſi laborat, ſi abundat excrementis, ſi humore turget (cum conſtet fere eiſdem ſubſtantiis, ac corpus vniuerſum) protinus ſuam condolentiam gentilitati, hoc eſt, totius corporis particulis, communicat, & pellit à ſe; corpus tamen vniuerſum in parte aut in toto recipit, non quidem propter impotentiam habitualem, vt in legitima, ſed ob condolentiam & communicabilitatem, qua partes cum toto fruuntur, ea lege quam dixit Hipp. Quo fit, vt ex capite catarrhoſo thorax, pulmo, articuli, renes, venter, & reliquæ partes recipiant, velint nolint, quod ab ipſo tranſmittitur, & mille modis miſerum & affectum reddat. Hæc tamen eſt differentia inter hanc ſpuriam & legitimam affectionem, quod in legitima plerunque ad plures corporis partes ſeſe extendit affectus rheumaticus, ob impotentiam omnium corporis partium: in hac vero ſpuria nõ ſic, ſed aliquando ad hanc, nonnunquam ad illam, aut ad duas, vel forſan plures (ſi copioſus fuerit excrementorum prouentus) dilabatur fluxio, ſeu rheumatiſmus; quia cum ſint optime diſpoſitæ, vel reſiſtunt, vel concretunt, vel conficiunt fluentes ſubſtantias. Sic profecto conſtat, plures ex capite difficultate reſpirare: alios calculis renum affici: nonnullos ventris affectionibus premi, & ſic de reliquis paſſionibus; quia cæteræ partes reſiſtere poſſunt; quod in legitimo rheumatiſmo raro aut nunquam reperies, licet vna in parte grauius, quam in reliquis prematur homo.

Rheumatiſmus legitimus qualiter curetur.

Rheumatiſmus legitimus euacuationibus non indiget ſed roborantibus.

23 Hæc omnia profecto oportet ſeorſum conſiderare in noſtro laborante, ſimul cum ventris imbecillitate, & meſeræi obſtructionibus & æſtu, quæ ad inuicem inter ſe fouentur; vt ad eius caſum certius & ſpecialius poſſimus deſcendere. Namque legitimus rheumatiſmus longe diuerſam expoſtulat curandi rationem, ac vulgus omnino imperitum exiſtimat: ſiquidem vt ea Gal. conſtare diximus, non medicamentorum euacuantium ſyndrome, perſeuerantia, aut copia curari deſiderat: non fontanellis, non copioſis ſanguinis detractionibus, ſed maxime roborantibus & alimentoſis præſidiis, quibus vires reficiantur temperies in meliorem mutetur, ac ſpiritus quam facillime reficiantur. Hinc profecto cenſeo fieri, vt multis eorum, qui rheumaticas affectiones patiuntur, non ſolum non proſint (etiam ſi fluxionibus alterius ſortis ſoleant prodeſſe) quinimo amplius euacuata proba ſubſtantia, ſummopere vires infirmant, adeo vt copioſiores & frequentiores concitentur fluxiones: quia fontanella non eſt imbecillitatis præſidium, ſed fluxus humoris emulctorium. Cum hoc tamen non prorſus ab auxiliis euacuatoriis fugiendum eſt, ſed in languidis corporibus rarius, mitius & cordatius fieri euacuationes debent, ſicut vbi corpus robuſtum exiſtit, ac fluxionum copia & vbertas maior eſt, audacius; quia & fontanellis & euacuationibus in talibus opus habemus. Quod profecto, quia Medici non conſiderant, ſed ſolum affectum rheumaticum prodire ex fluxione, in mille errores incidunt, quos poſtea emendare non poſſumus.

Rheumatiſmus ſpurius qualiter curetur.

24 Verum ſi affectio ſit ſecundi ordinis, vbi vna eſt particula quæ mandat, & reliqua quæ ſuſceptæ, vtrique prouidendum eſt, nulla tamen roboranda, niſi maxima cum conſideratione: quippe mandantem euacuare oportet: fluxum auertere: à recipiente deriuare, aut ſiquid impactum eſt, euacuare. At licet hæc ita fiat, neceſſariæ ſunt in omni rheumatica affectione plures aliæ conſiderationes, citra quas impoſſibile eſt rem proſpere ſuccedere: namque conſiderare oportet membri mandantis poteſtatem, officium, locum, & cauſam laceſſentem naturam ad pulſum, ſiue copia, ſiue vitio irritetur: item vias per quas dilabitur humor, ſi cauæ ſint, ſi expanſæ figuræ: *vt libr. de veteri medicina docuit Hippoc.* Inſuper partis recipientis figuram, ſitum, calorem, dolorem, aut quoduis aliud, cuius ratione teneatur tranſmiſſum à mandante ſuſcipere: ſiquidem pro ratione cauſæ, quæ ex his magis præualuerit, oportebit curandi rationem inſtituere. Nam ob id neceſſum eſt, plenas partes euacuare, raras denſare, debiles, ſi principes fuerint, roborare, & humores poſt imminutionem auertere, mitigare eorum ſeritatem attemperando: ac ſi dolor vrgeat, ipſum lenire, & ſic de reliquis cauſis: *vt alibi latius dictum eſt.*

25 Sed vt ad rem noſtri laborantis propius accedamus, conſiderandũ eſt iuxta præfatam hiſtoriã, elucere magis in eo vitia & ſymptomata tertiæ ſpeciei rheumaticarum affectionum q̃ reliquarum duarum, licet capiti, ventriculo & meſeræo inſint præcipue hæc mala in noſtro caſu, propter imbecillitatẽ ex ne-

ex nimio Veneris vſu contractam; quia reliquæ corporis partes iuxta legem naturæ ſe habent, quod legitimo rheumatiſmo diſſidet. Sic profectò noſter laborans, cum ventre eſſet languido, meſeræo obſtructo, nequibat proſpere cibaria conficere; cuius ratione caput, quod ob eandem imbecillitatis rationem facile illi ſoleat conſentire, compatiebatur: id n. docuerat Hipp. li. de glandulis, dicens: *Caput ſupra poſitum eſt ſurſum, cauum ac rotundum exiſtens, & humiditatem ex reliquo corpore complectens, & corpus ſimul vapores omnis generis ſurſum in caput demittit. Non enim immorari ac manere poteſt id quod influit, non habens vnde ſedem firmet, niſi iam caput ægrotet, tunc enim non remittit, ſed retinet iſtic poſt quam vero attractionem remiſerit in glandulas fluxio vergit.* Qua elegantiſſima ſententia duos inſinuat modos, quibus caput afficitur, & afficit: nam cum adeo fuerit languidum, quod retinere cogatur id quod abundat, laborat mille modis: cum vero tranſmittit, partes recipientes laborare facit. Quam ſententiam confirmauerat epiſtola ad Cratebam, dicens: *neceſſe eſt enim, cum quid horum ſecretum fuerit, & per ſe ſteterit* (loquebatur de ſuccis à conſortio ſanorum ſuccorum ſegregatis) *non ſolum cum vnde diſceſſit, morbidum fieri, ſed etiam eum in quo ſteterit, & in quem propter nimiam copiam, diffuſum eſt, dolore ac morbo vexari.* Quibus euidenter conſtat huius rheumaticæ naturæ modus & conditio: nam ob id vir hoc nobiliſſimus premebatur aliquando ſiniſtræ partis capitis, faciei atque colli ingentiſſimo dolore: quod illi ſuccreſcebat, dum caput excrementis (quouis modo congeſtis) abundaret: & ob impotentiam tranſmittere longius nequibat, neq; ibidem continere. Qua ratione primo, graui & moleſto dolore corripiebatur, & mox deſcendebat ad faciem & maxillas, donec conſumpto excremento, euaneſcebat dolor, qui tantum durabat, quanta erat defluxi excrementi copia, aut partis impotentia, reſpectu eiuſdem excrementi. Et ea ratione, aut quia ob aliquam caloris vel frigoris occaſionem, excrementa intra caput contenta mouebantur (licet maxima in reliquis partibus videretur ſanitate frui) protinus in eandem hemicraneam incidebat, & grauiſſimis in ea parte moleſtabatur fluxionibus. — *Caput quib. modis afficiat & afficiatur.*

27 Sed vt certius & clarius curationem inſtituere potuiſſemus, noſſe curauimus, *an hæc vitia profiſſiſcerentur ſolum in capite, vel aliunde principium ſortirentur.* Cuius dubii occaſione ſtatutum fuit, tanquam euidens, maiorem horum malorum partem, ex ventriculo primo, ac mox ex meſeræo obſtructo & male affecto, originem ducere, ſiue materia, ſiue occaſione inde affecta; quia euidenter conſtabat, citius in prædicta accidentia & fluxiones incidere, cum vel à cibo venter impleretur, aut vino vteretur copioſo, vel quomodolibet aliter cruditate laboraſſet: etiam ſi aliquando id illi contingebat, cum Soli aut frigori nimio ſeſe exponeret, vel triſtaretur plurimum. Qua profectò ratione docere cogor hac in parte, *quibus nam modis caput ex ventre & meſeræo, aut venter ex capite pati potuiſſent, vt iuxta cuiuſq; modum inſtitui poſſit legalis curandi ratio*; cuius ignoratione multa aduerſa in curatione rheumaticarum affectionum ſuccreſcunt, aut auxilia nihil proſunt: quippe ſi etiam ignoraueris, quo modo ex eodem principio hypochondriaca affectio exacerbetur, ac rurſus reciproca læſione iterum ex capite ventriculus lædatur, & ex rheumatiſmo maiores generet cruditates, quibus vtraque affectio mutua ſumit incrementa. — *Dubium.*

28 Ex ventriculi cruditate, aut quibuſuis aliis vitiis, caput pati poſſe, nemo eſt qui ambigat; cæterum quibus id modis fiat, pauci, quos ego nouerim, docuerunt. Quam ſane rem vt quiſque poſſit intelligere, expendat, caput poſſe ex ventriculo pati, vno è tribus modis. *Primo*, dum vapores ab eo aſcendunt, & replent, ac membranas diſtendunt, vel ſpiritus turbant, aut ſubſtantiam intemperant, vel mordent aliquam cerebri partem. *Secundo*, cum aliquid vitioſorum ſuccorum ad iecur & venas capitis, tranſmittit, à quibus ad venas quod imbecille ſit, neceſſarius eſt commeatus, quo facillime vitia non parua ab eo & in eo ſuccreſcunt. *Tertio*, cum, capite alioqui recrementis, aut ſuccis vitioſis à ſe ex propria imbecillitate, vel aliunde contractis, pleno, ex ventre aliquid ad ipſum caput ſic affectum aſcendit, calidum, tenue, mordax, aut feruens, vel ſupra modum frigidum, quo ſucci præexiſtentes mouentur, attenuantur, incaleſcunt, aut refrigerantur. ita vt caput, ex cauſa ventriculi, aut eius occaſione ipſos commouente, in varios commigret affectus. Quibus profectò ſic conſideratis, peritus Medicus haud difficulter conijciet, qualiter capitis affectionibus ſit ſubueniendum. Namq; certiſſimum eſt, aliter agendum fore cum eo, cui à ventriculo caput vaporibus repletur, aliter etiam cum eo, cui ex crudo, aut male affecto ventre, vaſa replentur, & eis caput miſere afficitur: & longe aliter, ſi à toto, vel à iecore in caput aliquid commigrauerit, & in eo adeſt redundantia praenotum: vel ipſum caput male affectum eos generat, & praue continet: donec occaſione ſumpta à ventriculo meſeræo, vel quauis alia occaſione externa, in acceſſionem, vel doloroſam, vel vertiginoſam, aut quamuis aliam ex numeratis commigrat, & male afficitur. — *Caput quibus modis ex ventriculo pati poſſit.*

29 Quibus ſic conſtitutis, vir hic nobiliſſimus omnes fere modos doloris patiebatur, & eo miſeriæ peruenit, vt neque Soli ſeſe auderet exponere, neque frigori aut noctis ſereno; nec rurſus ſecurus erat licet modico vteretur vino, aut paulo largiori cibo, vel fructibus, aut aliis quæ guſtui humano in obſoniis offeruntur: quinimo, vel protinus, in has hemicraneas, vel capitis & faciei dolores incidebat, vel in aliquam ventris anorexiam, faſtidium ciborum, ac non raro influxum crudorum ex ventre, aut per vomitum, prout à capite in has partes aliquid defluebat eo vitio affectum, quod licet pars non fuiſſet admodum languida (vt totum corpus eſt in legitimo rheumatiſmo) protinus à ſuſcepto pateretur, ita vt quod in vero rheumatiſmo, partium omnium impotentia corpus patitur, in dorſo, articulis, carne, membranis & neruis & reliquis particulis, in hoc quidem ſpatio noſter laborans patiebatur in vna quapiam particula ex numeratis. Item, quod in legitimo ſemper aliquid ſuccreſcit mali, quia imbecillitas ſemper præeſt: in hoc vero per interualla, quia non ſit huiuſmodi rheumatiſmus

tiſmus ſpurius, niſi cum abundat, vel mordet in quauis particula ex prædictis in capite aliquid, exiſtentibus reliquis temporibus citra dolorem: quinimo videbatur hic noſter laborans integerrima frui ſanitate, niſi cum aliquid extraneum capiti accedebat, quo facile, ob contractam imbecillitatem incidebat (vt de inſolatu & frigore dictum eſt) de capite conquerebatur. Quo tempore protinus accedebat implacabilis triſtitia, non ſolum ex hoc miſerabili viuendi modo, ſed etiam ex melancholia hypochondriaca, quæ non parum omnia hæc mala adaugebat. Hæc profectò omnia dixi, vt Medicus cognoſcat, qualis conditionis ſint rheumatici affectus, ſiquidem adeo diuerſam curandi rationem expoſtulant; quod ſi vni adhibeas quod alteri debetur (quamuis adeo ſimiles exiſtant) nil mirum, quod non ſolum nil proſit, ſed plerunque lædas.

Rheumatiſmi ſpurii curandi ratio.

Ad curationem rheumaticæ huius affectionis accedentes, eo ventum fuit inter Medicos, quod ſicut rheumaticus affectus legitimus, roborantibus cum modicis euacuationibus tractari deſiderat, ſic profectò ſpurius maiora & frequentiora euacuantia, cæterum minus roborantia expoſtulat, licet membro ab imbecillitate affecto ſemper roborantibus ſubueniendum ſit, vt in curatione hypochondriacæ abunde dictum eſt: quæ omnia huc transferre oportet, vt hac in parte ſolum de curatione rheumatiſmi huius ſermo habeatur. In cuius curatione diſquirendum eſt diligenti examine (ſiquidem ſeſe offert curandus venter primo languidus, meſeræum obſtructum & calidum, caput mille modis male affectum) *à quanam ex prædictis affectionibus incipiendum ſit* (vt in curatione hypochondriacæ docere cœpimus) quippe præter id, incumbit ſcire, *quid cum quo curari debeat, aut quid ſine quo curari non poſſit*: aut *quid primo, altero non neglecto*; vel *quid horum cauſa & principii rationem habeat*, vt ab eo initium fiat curationis. In qua re conſuluimus, ſiquidem à ventriculo omnis orta eſt tempeſtas, ab eo initium ſumendum fore. Verum ante omnia expendenda eſt differentia curationis, quæ debetur acceſſionibus & doloribus qui per interualla repetunt, ac ea quæ debetur morboſo apparatui: qua diuiſione conſtabit clarior curandi ratio. Sic profectò in doloris ſæuitia & acceſſione primo conſiderandum eſt, in quam ex prædictis tribus affectionibus (capitis ne, ventriculi, aut meſæræi) regerenda ſit acceſſio: ſic profectò ſi hemicranea vertigo, aut dolor vigent ex flatu, aut caliginoſo vapore caput aſcendente (quod cognoſces, quia dolor plerunque principium trahit à vertigine, tenſione ventris & capitis, cum oculorum dolore) ac mox ſeſe dolore retrahente ad capitis conſuetam partem: quo euidentiſſimum fit, internas capitis partes à ventre & meſæreo ſuſcepiſſe vapores, ea quib. concretis, aut craſſioribus factis, aliquid etiam exterius confluit, dolores concitans externos; licet ab internis principium ſortiatur: vt in hoc viro frequentiſſime accidere, relatum nobis fuit. Quo tempore à vomitibus & clyſmatis incipiendum fore inſtituimus, quibus maxime leuabatur. Quod ſi adhuc malum perſtaſſet, protinus expurganti vtebar pharmaco, *vt manna ſyrupo regio* cum decocto *pugini* & ſimilibus: & ventri prouidebam inunctione facta ex oleo *abſynthii, naphæ & menthæ* additis guttulis olei *de anīſo, balſami, aut de Cauime ex India aſportati*, vel poſito deſuper *pane toſto irrorato vino albo*, cum puluiſculis ex *cinnamomo, gariophyllis & aromatico roſaceo*. Profuitque ſemper in hac cauſa, parti dolenti adhibere fomenta ex *chamæmelo, roſis, maiorana & ſtœchade*: vel ex ſola aqua calida, aut vino. Item plurimum iuuabatur pomo aſſo, ſparſis pulueribus *chamæmeli, roſarum maioranæ, cum aqua naphæ*.

Emplaſtrum ... ſo'uens & dolorem mitigans.

Verum ſi citra internam capitis læſionem, mox à principio externas partes dolere conſpicimus, certiſſimum erit indicium, venas capitis male affectas eſſe: quo tempore inſtituimus, ſanguinem (modice tamen) mittere, ac id bis, ſi dolor petierit, aut febris aliquo modo appareret: & mox exhibitis ſerapiis, purgari corpus iuſſimus decocto *rhabarbari* aut *pugini* & *ſeminis carthami*, vel *ſerapio ſenato ex infuſionibus roſarum & violarum*. Quibus factis, ad cucurbitarum vſum accedebam, & ad fomenta, quæ ſimiles vires obtinerent: ac inſuper ad cataplaſmata, quæ ex puluerib. reſoluentibus & decocto *chamæmeli fœnugræci polii & maiorana* confecta fuiſſent. Item ſi oorti aliquid prohibens defluxionem adhibuimus, velut eſt, quod paratur ex *albumine oui*, aut *mucilagine pſylii, & pulueribus roſarum, thuris, terra ſigillata, cum puluere florum ſtœchados, vel maioranæ*. Præterea emplaſtrum confecimus paruiſſimum ad vnguis magnitudinem, & temporib. adhibuimus, ex caranna, thecamata, cum cera aut ladano, & prædictis pulueribus, quo maxime leuabatur, quia vbi corpus euacuatum eſt, potenter reſoluit, & ſecuriſſime dolorem mitigat: ac ſi mens fuerit ſimul fluxionem compeſcere, prædictis addebam *roſarum & myrtillorum puluerem*; & ſi conſtaret, materiam frigidam eſſe, ex puluere *roris marini & gariophyllorum* parum admiſcebam.

Cæterum cum acceſſio ex commotione excrementorum quæ detenta fuerant, ab aliqua cauſa externa, vel interna irritante concitaretur; tunc proculdubio à purgatione ſuccorum quam citiſſime initium ſumpſimus: poſtea vſu frequenti pilularum *Arabicæ, cochiis, ſine quibus*, & ſimilibus, in parua quantitate, quæ ℈.ii. non excederet, quarto aut quinto quoque diem rem in meliorem ſtatum mutauimus. Sic enim frictionibus brachiorum, & totius corporis lenius ſe habebat: nam certiſſimum haberi debet, vbi copia congeritur excrementorum, & aliqua occaſione aut cauſa dimouetur, ſi quantitas conſuetam copiam excedat, non ſolum in partem conſuetam irruere, ſed in conſuetas abituram. Profuerunt etiam, cum ſic premebatur laborans, cucurbitulæ cum ſcarificatione humeris & brachiis affixæ: & cum diutius dolor perſiſteret, & premeretur etiam melancholicis accidentibus, præſentaneum ſuſcipiebat beneficium ex hirudinibus ſanguinem ſugentibus ab hæmorrhoydibus.

Rheumaticæ affectionis prophylactica curatio.

Ad prophylacticam igitur huius rheumaticę affectionis curationem accedendo, præmittendum eſt, nuſquam huiuſmodi ſpurium rheumatiſmum prouenire alicubi, niſi imbecillitate alicuius membri præcipui, quamuis reliquum corpus inculpata fruatur ſanitate. In qua re conſiderandū ſecundo

eſt, adeo

eſt, adeo eſſe aliquando corpus vniuerſum robuſtum & validum quod ob id integra videatur frui ſanitate, quia omnia excrementa, ſeu vitia, quæ ſortitur, in aliquod membrum tranſmittit, ex quo neceſſum eſt, illud male ſe habere, & reliquum corpus nihil horum pati, niſi vna ſolum parte. Præterea conſideranda tertio etiam eſt differentia inter ſpurium & legitimum rheumatiſmum (præter eas quas antea dixeram) quia in hac maiori ex parte iecur & aliquando cor male ſe habent: in ſpuriis vero quæuis alia corporis pars indiſtincte. Ratio huius differentiæ eſt, quia cum ad legitimum neceſſaria ſit totius corporis impotentia, & ex nulla alia parte citius & efficacius languor corpori ſuccreſcat, quam ex vitio cordis, ob ſpirituum defectum, aut iecoris, ob ineptitudinem alimenti, ob id horum quouis vel diminute vel vitiate agente, ſummam ſequi impotentiam, neceſſum eſt. Sic profectu in morbo Gallico legitimum plerunque comperimus rheumatiſmum, quia alimentum prauè nutrit corpus, & in diuturnis febribus, ac morbis, qui ſpiritus conterunt, aut cor infirmant, protinus ſequuntur rheumatici affectus, quia corpus ob id imbecille factum eſt. At in noſtro laborante, ſicut in pleriſque, duo apparent membra affecta, quibus illi rheumatiſmus ſuboritur, caput nimirum, ac ventriculus cum meſerei venis. In qua re, ante omnem curationem ediſcere oportet, vtrum horum ſit in eo mali primum principium, quod alteri communicat ſuum malum: an vero ſint ambo. Cuius doctrinæ gratia ſciendum eſt, nonnunquam ventriculum capiti omne malum præſtare: aliquando vero præſtare caput ventri, & poſtea reciproca actione in caput, acceptum vitium ventrem regere. Quod profecto ante curationis initium noviſſe oportebit, iuxta Gal. conſilium, qui non ſolum cauſam nouiſſe ſat eſſe ſcribit, niſi ad cauſæ principium deuenias. Namque ſi venter, quod calore innato aut aſcititio carere, vel quod plurimis vtatur cibariis, male aut diminute coxerit, proculdubio nequibit vapores inde ortos reſoluere; & ob id caput, niſi robuſtum admodum fuerit, facile eos ſuſcipiet, atque ab eis patietur mille modis affectionum, vt dictum eſt, quod etiam de meſeraicis venis intelliges, & longe magis cum in eis calidi ſucci facilius in caput euaporent. Etiam aliquando in ventrem ſalſam, tenuem vel crudam pituitam inſtillabit qua longe magis coctiones læduntur, & vomitiones ac nauſeas & ſingultus atque alui fluxus patietur. Et pari ratione, cum caput, vel à toto corpore ſuſcepit quod nequit conficere: vel ea proprio alimento plura generat excrementa, vel ea per innata & conſueta emulctoria non ſufficienter purgat, proculdubio rheumaticos affectus concitabit, & plerunque in ventrem inſtillabit, & ipſum perdet, atque conficiet; ac inſuper articulares morbos, difficiles reſpirationes, & alia pleraq; mala concitat. Nec eſt minoris momenti hac in parte diſſerere potentiſſimas etiam harum fluxionum occaſiones, vt inſolatus, impenſos aeris & frigoris occurſus, vel vigilias ac pernoctationes, ſub dio, aut recto ad ignem. Item, quod maioris ſolet eſſe damni, capillorum in fœminis, & in viris barbæ prolixa & continua tinctura eis rebus, quæ vt valent capillorum colores mutare, ita potentes ſunt capitis, faciei, ceruicis & maxillarum ſalubritatem euerte: quod perpetuis rheumatiſmis miſere afficiantur, ac nonnunquam in maiora pericula deducant fœminarum pleraſq; & virorum non paucus. Dimitto alias cauſas & occaſiones, vt ad eas, quæ in hoc viro poteſtatem habent hæc mala concitandi, deueniamus.

33 Quibus conſtitutis, inter Medicos conſulentes ſtatutum fuit, vtrunq; membrum iam mutua & reciproca reactione & vitio inuicem affici: & ob id conſuluimus, duob. modis non ſolum prophilacticam curationem, ſed & veram eſſe exequendam: vno, conſumpta excrementorum materia, qua hæc membra mutuo ſe afficiunt, cum eorum prouentus minor eſt, quam natura innocue ferre poſſit, prius quam in acceſſionem degeneret: altero quidem, quo inhibeatur eorum prouentus & generatio, quantum permiſerit rei ſtatus. Quorum operum primum omni euacuationis genere perficitur; reliquum propria & perfecta membrorum roboratione & præparatione.

Sic profecto inſtituta vitæ & victus debita ratione alimentis boni ſucci paucis per interualla, quib. facile poſſint & perfectius à natiuo calore ſuperari, & imperato ſomno moderato, non diurno, exercitio maiori ſolito, & ante cibum, iuſſimus in prima menſa, habita ventriculi calore orbati ratione, tamen panis biſcocti modicum cum vino generoſo madidum: aliquando *vini Hippocratici* nonnihil eodem pane imbutum conceſſimus. Item mixtæ aromaticæ cochlearia duo: aut *paſſulas Corinthias* eodem vino madidas: ac ſi flatus præualere cōſtiterit, præbere iuſſimus *aquæ feruentiſſimæ hauſtum*. Quæ omnib. per interualla repetitis, mirum in modum iuuabantur: atq; coctiones alimentorum perfectius exequebantur, & ſine ructibus & ventris inflatione. Cæterum capitis languidi ratione in vltima menſa (nam ſic conſultum fuit, vtriq; membro affecto ſubueniendum fore) præſtitimus tabellas ex puluere *coriandri præparati, florum ſtœchados maioranæ aniſi fœniculi & roſarum*. Item diagetam ex eiſdem puluerib. factam, & aliquando conſeruam *caſtanearum cum puluere aniſi*, aut *corticum citri conſectam*, & alia huius conditionis, quæ vim haberent capiti roborandi, ac flatus qui ab alimentis in coctione eleuantur, contorendi. Potum etiam inſtituimus ex aquis per vaſa diuerſis: nam aliquando ex decocto *cinnamomi* vel *aniſi*, vel *ſaſafraſa Indica*. Item nonnunquam ex decocto radicis *Chinæ* aut *ſparta parella*, cum *corticibus citra*, vel *paſſulis Corinthiis*.

34 Hac igitur vitæ ſorte inſtituta, primum præcautionis principium auſpicati fuimus ab omni euacuationis aut reſolutionis excrementorum genere. In quo opere hanc legem ſeruari iuſſimus, quod euacuationes fiant ad penſum naturæ eius quod aggregatur, & iuxta modum quem natura ſeruat in aggregatione talis excrementi. Item, quod vtiliſſimum eſt, ſeruato naturæ inſtituto in conſuetudine expellendi huiuſmodi excrementa. Sic pituitoſa & craſſa, vt tardius & lentius aggregantur & excernuntur, ita quoque tardius purganda, ſed diligentius attenuanda, quo facilius leuiſſimo medicamento aut in parua quantitate exhibito cedant. Salſuginoſa ſemper miteſcenda &

frequen-

frequentius purganda. Billoſa longe frequentius, præmiſſa tamen attemperatione maiori, & miſceſcenda. Præterea pituitoſa per vomitum & ſeceſſum educenda, vt ſolet natura: ſalſa per ſputum; biliosa per infernam aluum, ea diligentia in omnib. habita, quod nuſquam aggregari ſinamus læſuram quantitatem, quin vomitu, expuitione aut purgatione minuatur, antequam in doloroſam aut aliam moleſtam acceſſionem degeneret.

Sed ne quis exiſtimet his ſolis euacuationib. ſemper agendum fore in quouis rheumatiſmo, expendat, has quidem eſſe quæ frequenter & ex tempore beneficium præſtant: cæterum eſſe alias, quæ maioris ſolent eſſe momenti, & radicitus malum extirpant, maxime ſi conieceris, non cuiuis harum fluxionum quoduis euacuationis genus conuenire, ſed cuiq; proprius ſuum. Nam dum rheumatiſmus congregatam materiam ad tertiam regionem corporis extendit, ſulphurea balnea magni ſolent eſſe momenti & vſus; maxime in craſſis & pituitoſis recrementis, quia mirum in modum fundunt & attenuant, quo facilius exiccant & reſoluunt. Verum vbi pituita fluxilis eſt, ſudoribus ſecutius euacuabis, ſicut dum ſalſa præfuit, per apophlegmatiſmata ad os & nares euocata ſecutius educitur, & prohibetur, ne intus recurrens, in thoracem, aut forſan ad ventrem retrocedant effectura dyſenteriam, vel alios alui fluxus. Sic bilioſorum excrementorum prouentus (vt dictum eſt) purgatione leui, aut addito rhabarbaro compeſces: quo maſticato ſi vtaris ſemel aut bis in hebdomada, præſidium maximi momenti efficies, & aliis etiam purgationibus vteris, quas inferius leges. Verum ſi in capite cognoueris (cuiuſuis ſit naturæ) aggregari, vel quod natura ex alimento male conficiat, vel conſueta, non valeat (vt de more habet) expellere, aut retentrix validius agens nõ permittat defluere; tunc profecto fontanellis, vbi locus affectus popoſcerit, rem omnem committes, non ſine magno beneficio & vitam calamitoſam ac mille rheumatiſmis plenam auferes. Caue tamen ne hæc omnia mala ex impotentia capitis ob defectum humidi radicalis & innati calidi, proficiſcantur. Quippe tunc, quo pluribus aut frequentioribus vſus fueris euacuationibus, eo plus lædes. Nam ob hanc rationem in rheumatiſmis, quæ fontanellis videbantur poſſe curari, nullum percipimus beneficium, quinimo longe maius ſequendo damnum: quia imbecillior redditur particula frequentibus euacuationibus: ſolum enim eo caſu ſupereſt per propria capitis emulctoria naturam euocare & laceſſere ad vacuationem, & per caput purgia, dentifricia, ſternutatoria, & apophlegmatiſmata.

Noſter tamen laborans ſanitati, Deo auſpice, reſtitutus fuit, eo quod pituitoſis abundaret recrementis, quæ natura nequibat pellere, frequentibus purgatiunculis: nunc pilulis Arabicis, nunc cochiis in parua doſi; tum vero ex agarico & hiera ſimpl. Gal. tum vltimo ſerapio noſtro hac lege confecto.

Serapium ad affectiones rheumaticas.

Excipe *maiorana, ſtœchados, & borraginis, ana p. iij. coriandri præparati confracti ℥. ij. foliorum pentaphili & ſcapulariarum, ana m. iij. epitymi ℥. ij. & polypodii ℥. ij. ß.* coquantur in lb. iij. aquæ vaſe cooperto, ad medietatem, & poſtea ſimul omnia inſtillentur in balneo Mariæ: & huius inſtillationis ſume lb. j ß & infunde, *agarici trochiſcati ligati* ℥ *iij. ß. pulpæ ſemina chartami* ℥ *ij ß foliorum ſenæ* ℥. *iij.* & tranſacto leui feruore, leuiter exprimantur, & clarificentur, & abiecta reſidentia, adde liquoris *nouem infuſionum Perſicarum, ſucci pomorum dulcium, & ſucci lupulorum, ana* ℥. *iiij. ß. & cum ſaccharo* fiat ſerapium. Huius poteris porrigere ad vncias tres, bis, terue in menſe, & ventrem atq; caput purgabis. Verum quia reciproca capitis & ventriculi actio ſic affectis plerunque viſitur, adeo vt caput in ventriculum ſeſe exoneret & afficiat, & rurſus ventriculus caput lædat vaporibus, non ſolum ex alimentis, ſed & ex excrementis quæ à capite ſuſcepit, neceſſum eſt, ne frequenti purgatione virtus eius labatur, vomitibus ſemel aut bis, in hebdomada ipſum abſtergere & abluere. Quo præſidio laborans noſter ſummopere leuabatur, maxime cum vſus erat melle roſaceo noſtræ inuentionis, quo & caput & venter leuamen notatu dignum perſentiebat.

Mel roſaceum ventrem & caput roborans.

Recipit *aqua ſtillatitia ligni Guaiaci, ſparta parilla & radicis Chinæ* ℥. *xiiij. ſucci roſarum rubearum* ℥. *iiij. ſucci abſynthii Pontici* ℥ *i. ſ. paſſularum Corinthiarum & florum ſtœchados* p. i. poſt noctem exprimantur, poſt clarificationem adde ſacchari partes duas, mellis optimi partem vnam, & fiat ad modum mellis roſati, & addein ligatura, interim dum coquitur, *pulueris aromatici roſati & diamargariton frigidi ana* ℥ *i ſ confectionis Alchermes* ℥ *ij.* Huius poteris porrigere ℥ j. cum aqua cerasorum, aut tiliæ, præparat enim mirabiliter quæ in ventre continentur, & ipſum roborant, vel facilius concoquit, & expellit, vel ad vomendum aptior redditur, atque capiti eſt magni momenti.

Quibus toto menſe Maii factis, cum conſtaret, adhuc ex occaſionib. in acceſſiones incidere, iuſſimus vt in noctu, dum iret dormitum, *ſola Guaiaci, ſparta & China*, cum floribus *ſtœchados* & *roſarum*, inſtillatione: qua mirum in modũ iuuabatur, & deinceps, nec maioribus occaſionib. incidebat in rheumatiſmum qui doloroſus fuit, maxime quia conſultum fuit, illi porrigere tabellas, quibus poſt cœnam vteretur, ex eiſdem pulueribus, quos antea retulimus. perferebat quidem facilius temporis iniurias, & errorem in vita. & victus immoderantiam.

Olei vitrioli præſtantia in viſcerum affectionibus.

Suſcepit inſuper maximum beneficium ex vſu aquæ balnei ſulphurei, cuius conſului vt mane ſumeret oleum vitrioli hac forma. Excipe *aquæ tenuiſſima & puriſſima lib. ii. olei vitrioli guttulas tres aut quatuor*, & mane huius miſturæ ſume ℥. v. Eſt quidem auxilium magni momenti, & expertum, maxime in omnium viſcerum affectionibus, & in his quæ ab ipſis oriuntur.

Præterea hyberno tempore, quia ventriculus ſummopere patiebatur nauſeas, vomitus & flatuum vbertatem, & ob id moleſtos triſteſq; dolores, quia nequibat expellere ita facile, quod intra ſe continebat, vel ibidem genitum vel à capite tranſmiſſum, inſtitutum illi fuit, cochlearia duo aut vnum ſumere *aqua vitæ ex ſaccharo & aqua roſacea* confectæ, *vt tomo 1. in vltima parte, arti. de vitiis ventriculi, diuerſis modis confingere docuimus*: Cuius aquæ vſu bis in menſe citra moleſtiam degebat, & incredibili beneficio leuabatur.

Verum

40 Verum quia in eiuſmodi rheumaticis affectionibus, ſiue in hanc, ſiue in illam partem procidant, ſemper aliquid in aliquo membro habituale, & fixum reperitur, adeo, vt ne his quidem omnibus factis, ſatis ſit ad integram ſanitatem recuperandam, quinimo neceſſum eſt, quod præſtemus aliquod præſidium, quod ad penſum propagationis excrementorum, quæ congeruntur vitio membri conſtitutaliſ, ita & vires habeat euacuandi ſenſim & paulatim. In qua quidem cõſideratione, cum certum ſit, frequentibus purgationib. plurimum vires labi, & ſi eis non vtaris, excrementa ſummopere creſcere, ob id fontanellam adinuenit ars, ex natura ſumpta ratione, quia quotidie gignitur, quotidie quoq; expurgetur. In cuius adminiſtratione, vt antea cœperam dicere, ſtatuendum eſt, neq; in legitimo rheumatiſmo ſemper ea vſu eſſe: neq, vbi membrum mandans ſumme eſt languidum; illud quidem, quia vitium potius ſit ea impotentia totius quæ recipit quidquid illi tranſmittitur, quam ex vbertate excrementi tranſmiſſi. Quo fit, vt ſæpe viſum ſit in huiuſmodi rheumatiſmis, parum aut nihil prodeſſe fontanellam, vt nuper diximus; in noſtro vero caſu, cum ad ſummam impotentiam caput deuenerit, vt plus ſit quod vitiat ex impotentia, quam ex eius copioſa quantitate, tunc profecto nulla ratione ex vſu foret fontanella: cæterum cum compertum nobis fuerit, vberrimam eſſe defluxionis copiam, quia caput plurimum ſuſceptabat, & parum conterebat in ſui refectione, & longe minus erat quod excernebat, quam quod praua aceruatione ad moliendas fluxiones adſeruabat, ob id conſultum fuit, fontanellas in vtroq; brachio aperire, quibus deinceps vir hic egregius ſalubriter degebat, & vitam habuit placidam, ſine moleſtia aut rheumatiſmo, vt antea quauis leuiſſima occaſione affiiciebatur. Sic profecto primam partem prophilacticæ curationis exequuti fuimus magno cum laborantis beneficio. *Fontanella quando proſint.*

41 Ad alteram vero partem accedendo, quæ ſita eſt in prouidentia vlterioris propagationis excrementorum, ſtatuendum eſt, eam ſuas vires ſortiri in duobus ſolum: quorum alterum eſt proba vitæ & victus inſtitutio, qua nihil ſuperabundet læſurum: reliqua vero in roborationem membrorum, quæ ubi imbecillitatem contractam, adhuc ex optimo & pauco alimento vitioſa gignunt recrementa, ita vt ſemper ſubſit ad rheumaticos affectus ſufficiens copia materiæ. Quo profectu factum eſt, vt is qui morbo Gallico ſemel correptus fuerit, raro viuat ſine querela & rheumatiſmo: adeo fœdatur quoduis alimentum Gallico iecoris charactere. Sed de his alibi dictum eſt. Noſter vero laborans ex cauſis & occaſionibus nuper dictis, adeo ventris & capitis languore laborabat, vt præter omnia auxilia, quæ diximus, etiam opus fuerit ad roborationem vtriuſq; membri accedere.

42 In hac vero conſideratione prius in memoriam reuocare oportet, quid vere ſit imbecillitas, & in quo vis & poteſtas partium ſita ſit: nam in hoc ſita eſt præcipua morborum curatio. Cuius rei gratia ſcire oportet, nil aliud eſſe imbecillitatem, quam id quod potentiam à ſuo ſcopo aberrare facit: quod ſi noſces, quia particula imbecilla, aut totum corpus, à quauis cauſa faciliime alteratur, ita vt calore inſito, quo omnibus reſiſtit, orbata videatur. Cæterum licet hoc verum ſit, alia tamen eſt imbecillitas, quæ aliis ſignis innoteſcit, nimirum, cum corpus nec pati ſe poſſunt, vt antea, mouere, aut prompta conſuetis actionibus eſſe, ac ſpontanea laſſitudine premitur; præludium profecto futuri morbi: illam quidem Medici appellant *eſſentialem impotentiam* hanc vero *collatione ad materiam*, ſeu *per aggrauationem*: illa quidem cum natura languet defectu humidi calidi, & ſpiritus, quæ minimis etiam ſuccumbit, neq; cuiquam iniuriæ aut motui valet reſiſtere; hæc vero quæ per collationem dicitur: reſiſtit quidem & euacuationem ſuperflui potens eſt moliri ac perficere: cæterum per vices & interualla. Inſuper conſiderandum eſt, quod ſicut in facultatis robore duo requiruntur, nimirum, vt intus operari queat, & ſe ſe ab externis impreſſionib. tueri, ita profecto in impotentia radicali duplex exiſtit cauſa: vna, quia cum ſit in ratione principii læſa, neq; officium probe facit, & eius vitio cætera læduntur, altera, quod tueri ſe nequeat ab incommodis violenter incidentibus. *Imbecillitas quid.* *Imbecillitas duplex.*

43 Quibus ſic conſtitutis, in noſtro laborante, & in legitimo rheumatiſmo ſemper hæc eſſentialis impotentia reperitur; cæterum in legitimo præeſt in toto corpore, in illegitimis vero in aliquo vno aut pluribus ea membris, præcipuis maxime, & ob id huius impotentiæ naturam & cauſas venari ſtuduimus, quo facilius huic laboranti ſubuenire potuiſſemus.

44 Conſtat quidem ex communi omnium autorum ſententia, ſic creſcere huiuſmodi impotentias ex intemperantia facta. Cæterum qui rem maturius voluerit adipiſci, has impotentias ſciat poſſe prouenire vna è quatuor cauſis, quibus innati temperamenti partes alterari poſſunt. Quippe vna eſt defectus innati & radicalis caloris & humidi: *altera* ſuccreſcit per additionem alicuius qualitatis, ex quatuor in quib. conſiſtere fertur temperamentum, in eo tamen exceſſu, quod morbum faciat, ſiquidem morbus eſt qui immediate lædit actiones, quarum læſio eſt inſeparabile ſignum impotentiæ. *Tertia* ex deprauata conditione alicuius qualitatis, quæ licet ex primis non ſit, tamen non minus vires labefactare poteſt. *Quarta*, cum ſpiritus vitalis obtunditur, diſſipatur, diſtrahitur, aut praue corrumpitur: quippe his omnib. vtitur natura, cum iuxta ſui leges ſe habet, ad moliendas actiones, eaſq; incolumes efficiendas. Primo quidem ſita eſt radicaliter omnis potentiæ efficacia & actio in calido innato, & humido radicali, quo quidem deficiente, radicaliter quoq; deficiunt actiones, vitio huius principii. *Item* vtitur temperamento membri ad peculiarem actionem cuiuſq; citra quod, vitioſe aut diminute operabitur facultas, licet radicaliter valeat. *Præterea* ſpiritu vitali, naturali, aut animali indiget, iuxta ſpeciem operationis cuiuſq; harum facultatum. *Vltimo* tamen læduntur omnes partes, & earum actiones, ex vitioſa aliqua qualitate, vt in venenoſis conſpicimus, ac peſtilentibus affectionibus: quippe in his omnibus, natura partis adeo labaſcit, & infirmatur, vt neque intus neq; extra, agere aut reſiſtere poſſit: quia hæ prauæ qualitates vehementer opponuntur innato calido, & temperamento partis, ac ſpiritibus omnibus. *Impotentiæ vnde fiant.*

45 His vero ſic explicatis, ſtatutum fuit inter nos, noſtrum laborantem, defectu humidi & caloris radicalis in ventriculo & capite, hoc rheumatiſmo laboraſſe: quo neq; alimentum probe conficiebat, neq; excrementa pellere naturali modo poterat, nec rurſus ea conficere, ſed fluere permittebat (*vt antea dictum eſt*) & etiam quæuis harum partiũ facilitet ſuſceptabat, vel totius corporis, vel alterius membri vitiata excrementa. Quapropter omnis roborandi ratio ſita eſt in adhibitione eorum, quæ defectum radicalis humidi reparent, & caloris natiui vires & modum adaugeant. Quæ ſane auxilia ſita ſunt in triplici re, nimirum in reparatione deperditæ ſubſtantiæ, per renutritionem, & in caloris languentis augmento: item in vſu rerum temperatarum, quibus exceſſus aut defectus cuiuſuis temperaturæ, facilius & ſecurius reparatur, quam per contraria aut ſimilia: ſiquidem certa menſura cuiuſque difficulter haberi poteſt. Quapropter in noſtro laborante præberi iuſſimus (quo omnes indicationes complerentur) *carnium expreſſiones*, *iura perdicum & pullorum*, quos antea ſaginare oportuit carnibus *teſtudinis, cochlearum, ranarum & carnis perdicum* ex quibus diuerſa parauimus obſonia. Alterum fuit *aut ſuccus extractus per expreſſionem*, & reliquum, *ſtillatitia aqua*, cuius modicum iuſſimus omnibus cibariis admiſcere. Cuius rei gratia, interim dum aqua ſtillatur, iniecimus in ligatura modicum *cinnamomi, aniſi* aut *pulueris garyophyllorum*, vel *corticum citri*, quo calor etiam reuiuiſceret. Inſuper intra & condimenta ex teſtibus *gallorum, criſtis & extremitatibus*, & *glandulis capreolorum* conficere curauimus. Præterea præbuimus *oua ſorbilia*, & *pullorum perdicum carnes*, *amylum* etiam & reliqua quæ conſimilem habent naturam. Potum inſtituimus ex *aqua cinnamomi, aniſi* aut *ſaſafraſa*, nonnunquam ex *lentiſco*; & potus parſimoniam conſuluimus.

Radicalis humidi def. & caloris natiui vires quæ adaugeant.

46 In quarum rerum adminiſtratione hanc legem ſeruare oportet, quod renutritio ſubſtantiæ deperditæ fiat per ea alimenta, quæ ſimillima ſint præexiſtenti ſubſtantiæ, quantum fieri poſſit: namque tenuia, aut facile diſſipantur, aut parum reficiunt: craſſa vero tarde coquuntur, aut difficilius conuertuntur in præexiſtentem ſubſtantiam propter diſſimilitudinem. Quo fit, vt quantumuis dictum ſit autoribus, renutritionem fieri citiſſime per ea, quæ tenuia ſunt, & plurimum nutriant; in diuturnis tamen impotentiis ſecurius & citius ſimilia commutantur, quam diſſimilia. Quibus autem id fiat, opus non eſt docere, cum id petendum ſit ex cuiuſque natura, & modo ſubſtantiæ; ſiquidem non poteſt omnibus vna ratio ſubſtantiæ alitricis conſignari: cum modus naturæ longe varius exiſtat, vt Hipp. ſtatuit, dicens: *Differt corpus à corpore, & natura à natura*: & ſic ex prædictis eã eliges, quibus hanc legem ſeruare poſſis.

Renutritio deperditæ ſubſtantiæ per quæ fiat.

47 Caloris autem augmentum eandem legem expoſtulat: nam calefacientia quæ adhiberi debent, ſimillima eſſe oportet calori præexiſtenti. In qua re ſtatuendum eſt, non eſſe intelligendum, calori vt ſic & nunc eſt (nam defectu laborat, & ſimilibus non augebitur) ſed calori vt ante deperditionem erat. Quo fit, vt menſurata caloris nunc exiſtentis natura, parum intenſiorem addere oporteat, quantum artificioſa coniectura conſtituerit, calorem ante eius deperditionem præfuiſſe. Quam profecto doctrinam non poſſumus ſpecialius explicare, ſed eam remittere indicio præſentis Medici, ſi quidem ſingularium nulla poteſt haberi ſcientia. Cum hoc tamen, noſtro laboranti præbuimus multa, quæ hunc vſum præſtarunt, vt fuit *vinum Hippocras* in prima menſa, *aromatizatum ſolo cinnamomo, & garyophyllis*: fuit etiam admiſtio pulueris cum cibariis, qui fit ex *diamargaritone*, *cinnamomo*, *garyophyllis*, & *radice angelica*. Sed inter omnia, quod maiores vires præbuit, fuit ſemel in hebdomada ſumere vnciam ſemiſſem *aquæ vitæ confecta aqua roſacea & ſaccharo*, vt in præſidiis ventriculo adſcriptis compoſitam reperies *tomo primo, in vltima eius parte*.

Calorem natiuum quæ adaugeant.

Aqua vitæ conf. ctio & laus.

48 Temperiẽ vero, ſi amiſſa eſt, tueri in huiuſmodi impotentiis, tenetis, nõ per ſimilia præſenti intemperantiæ, aut per contraria, ſed ſolum per ea auxilia, quæ temperatæ & mediæ ſint naturæ: hæc n. proficua ſunt, & exceſſum compeſcere poſſunt lente, paulatim & ſecure: vt in huiuſmodi intemperantiis inueteratis, vel natura & vires languidæ permittunt, & iure expoſtulant; nam aliter ſi feceris vel intemperiem adaugebis, vel vires imminues: quibus tamen id puſſis exequi, natura & conditio intemperamenti & imbecillitatis monſtrabit. Hoc tamen vno in hac re animaduerſo, quod vitioſa, venefica, aut prauæ conditionis intemperantia (qualem dicimus adeſſe in morbo Gallico, peſtilenti & venenoſo) ſolum ſubſidium ſuſcepta ab alexipharmacis, quæ cuiq; iuxta ſui naturam & conditionem ex vſu exiſtit: non quidem contrariis, aut quibuſuis aliis. Sic profecto noſtrum laborantem ea prudentia, & dexteritate reſtituimus, vt fere ad integram ſanitatem deueniret, Deo fauente.

Temperies quibus tuenda.

De faucium & gutturis anginoſis & lethalibus vlceribus.

CONSVLTATIO XIV.

1 INTER affectiones grauiſſimas (quas ſolum curare hac in parte inſtitui) quæ in decurſu mearũ ætatum, ſeſe mihi obtulerunt, vna fuit (forſan cunctis grauior) quæ his temporib. nouiſſime viſa eſt per plures prouincias & ciuitates graſſari, non plurimum neq; frequenter antea viſa, aut ſaltem non ſatis huc vſque animaduerſa: (licet antiquiſsis ab Hippoc. Galen. & Celſo non prætermiſſa) ſita quidem in anginoſis, & lethalibus faucium & gutturis tumoribus carbunculoſis & vlceroſis. Quam quidem, ob certum & breue admodum periculum, vulgus Medicorum Hiſpano ſermo *Garrotillo* nuncupant, diuerſa quidem quam plurimum, periculo, breuitate & complicatione putredinoſi & vſtiui atque vlceroſi tumoris, à communi angina; licet

Garrotillo.

licet loco & ſymptomate ſuffocationes ſummopere conueniant. Cuius *primo* hiſtoriam grauiſſimis periculis & difficultatibus plenam recenſebo: *ſecundo* huius mali naturam, cauſas & ſigna: & *vltimo* curationem, tam in pueris, quibus frequentius accidit, quam in adultioribus, curabo, qua potuero certitudine docere: quia vtriuſque ætatis præſens hiſtoria mentionem facit mirabili quodam ſucceſſu.

2 Ad curandum filium ſuum primogenitum me vocauit nobiliſſimus vir Rodericus Xoarez à Toleto: cui, cum bienuis eſſet, cœpit catharrhoſa defluxio eo impetu & celeritate ac malitia ſucceſcere, vt pene primo die ſuffocationem minaretur. Erat quidem puerulus ſanguineus cum abundantia aduſti ſucci, quia puſtulis maculis frequenter in facie inſignitus erat. Qui etiam ineunte hyeme cœpit febricitari cum acri fluxione ad nares, præcedente capitis grauitate, ita vt via poſſet oculos eleuare. Eadem die difficulter deglutire lac, & reſpirare cœpit, nec probe vocem emittere poterat, ita vt coegerit Medicos fauces & guttur inſpicere. Quæ partes rubore ſaturato apparuerunt inſignitæ, nec defecit glandulbius tumor in parte gutturis dextra & externa: quæ digitis leuiter adhuc compreſſa, maximum in puero commouebat ploratum, ita vt coniicerem, magno ſimul affici dolore. Statim ante quartum diem fœtor erupit incredibilis; & aperto ore apparuerunt puſtulæ varii coloris, maxime ad nigrum vergentes mucoribus fœtidis circundatæ, cum putrilagine, & mollitie earum partium.

3 Viſo quidem præſenti ac ſæuiſſimo affectu, primo diligenter inter nos inueſtigauimus mali huius *eſſentiam & naturam, atque differentiam à ſibi ſimilibus; item quas ſortiebatur cauſas, quâ ipſum ea malignitate & periculo inſignirent: tandem quibus ſignis noſſe à principio liceret:* & vltimo, *qua diligentia, præceptis, & præſidiis ipſum curare potuiſſemus.* Verum licet in omnibus aliis Conſultationibus, diuerſo ordine rem explicuerim, in hac vero prius in communi (tanquam in affectu qui ſecum nouitatem adducit non paruam) rem aperiam, naturam, cauſas & ſigna inueſtigabo, ac poſtea qualiter cum hoc puero & patre eius, qui conſimili affectu fuit ſæuiſſime affectus, actum ſit, & eius curationem inſtituimus conſulentes: nam vterq; affectus grauiſſimus fuit, vt mille conſiderationibus opus fuerit, ad eius legalem & adæquatam curationem.

4 Vt conſtet differentia inter reliquas gutturis & faucium inflammationes, & earum partium vlcera, & inter hunc affectum, quem vulgus *Garrotillo* appellat, ſtatuendum eſt, eius eſſentiam non conſiſtere in ſola illarum partium inflammatione, vt de angina fertur: neq; ſtat in ſola exulceratione, ac ſoluta vnitate, vt in morbo Gallico affectis nō raro conſpicimus: quibus partes affectæ in gutture, & faucibus profunde exulcerantur; nihilominus tamen, neque difficulter reſpirant, aut difficulter alimenta deglutiunt. Neque adhuc in his ſimul iunctis & complicatis, ſolum ſita exiſtit, ſed etiam ſecum habet adiunctum humoris ad partem fluentis id vitium, ea conditione malefica affectum, quod vt contagioſus, peſtis more, in citiſſimam mortem pueros & adultos deducat. Quippe tota huius mali natura & eſſentia in complicatione horum omnium ſita exiſtit: nam aliquando ab inflammatione incipiens, ocyſſime exulceratur: nonnunquam ab vlcere ex corroſiuo humore facto, in tumorem mox commigrat. In qua re ſciendum eſt, neque inflammationem eſſe vulgatis naturæ, vt in quauis anginæ ſpecie experimur, quæ vt plurimum in ſuppurationem terminatur, ſi prius reſolui non poſſit: ſed etiam tertium quid habet adiunctum, nimirum humorem ibidem contentum eius eſſe feritatis & malignæ conditionis, quod ocyſſime in putrilaginoſum, corroſiuum ac pernicioſum vlcus commigret, & partem protinus vſq; ad oſſa perdat, more carbonū peſtilentium. item vlcus ſi ibidem accidat, non eſt vt Gallica vlcera, & alia quæ vulgariter conſpiciuntur, licet à defluxionibus mordacibus fiant, ſed inſuper quid inflammatorium illis accedit, ita vt vlcerata pars etiam in tumorem attollatur: non quidem quod abſceſſus vere fiat, ſed quod humor ille pernicioſus in poris partium, gutturis & faucium immerſus, eas in tumorem eleuat, & figuram vitiat: & præter id, carnē prius fœda corruptione & vſtione perdit, & prorſus ad putrilaginem contagioſam deducit. Ex quib. prodit quam citiſſima ſuffocatio, etiam ſi affectus non ſit in muſculis internis, vt in grauiſſima angina; quia habet adiunctam ſolutam vnitatem, quominus moueri poſſit ad eius attractionem, & emiſſionem, ac ſimul fœdiſſimam putredinem, qua tota partis ſubſtantia depopulata viſitur quam breuiſſimo tempore, præter febris maligniſſimæ acceſſum, quæ mortem accelerare per ſe nata exiſtit. Quibus diligenter conſideratis, facile erit, morbi naturam noſſe, & à ſimilibus diſtinguere, & accidentium, quæ ſæuiſſima ſunt, cauſas & motus celeritatem præuoſſe. neque opus eſt in hac parte quærere, an Hipp. vel Gal. aut aliquis alius ex veteribus huius meminerit morbi: nam ſatis eſt veluti delineaſſe eius naturam, *vt Hipp. 4. acut. tex. 30. & lib. de flatib. & de locis in homine.* Sed Aretæus ſpecialius *lib. 1. cap. 9.* hæc refert verba: *Vlcera in tonſillis fiunt aliqua, mitia, familiaria, non lædentia; alia aliena, peſtifera necantia peſtifera lata, caua, pinguia, quodā concreto albo humore aut nigro ſordentia:* & paulo inferius inquit: *Cruſta vero circumueniunt rubor excellens & inflammatio, & venarum dolor, quemadmodum in carbunculo, in collo etiam phlegmone erumpit, & ſi in pectus per arteriam id malum inuadat, eo die ſtrangulat.* Quibus profecto verbis fere integram naturam huius ſæuiſſimi affectus depinxiſſe viſus eſt. Et ſubdit: *Dolor acer & calidus, qualis in carbunculo, ſpiritus vitiatos exhalantes, maxime putredinis odorem, eumque vehementer in pectus ſpirando adducuntur, immundi adeo fiunt, vt neque ſuum ipſorum odorem ferre queant: pallida his, ſeu liuida facies, febris acuta, ſitis, vt igne accenſi videantur.* Eiuſdem ſententiæ fuit Aetius *tetra 2. ſect. 4 cap. 46.* de cruſtis & peſtilentibus tonſillarum vlceribus, ſic ſcribens: *Cruſtoſa, & peſtilentium tonſillarum vlcera, vt plurimum, nullo præcedente tonſillarum fluxu incipiunt; aliquando enim à conſuetis fiunt inflammationibus, maxime efferatis, proficiſcuntur. Fiunt autem frequentiſſime pueris, atque etiam ætate iam perfectis, maxime iis qui vitioſis humoribus abundant, præſertim in peſtilentibus conſtitutionibus.* Et poſtea ſubdit: *Sunt autem partim albæ maculis ſimilia, partim cinereo colore, aut ſimilia cruſtis, quæ ferro inuruntur;*

Garrotillo qualis morbus, eiuſque natura, & quid ab angina differat.

accidit autem ægris ſiccitas in deglutiendo, & ſuffocatis, &c. Ex quibus conſtat, hunc morbum angino ſam eſſe affectionem, cæterum multis modis diuerſam à vera & exquiſita angina (licet cum ea in ſuffocatione conueniat) quia hæc non raro carbunculoſa exiſtit & vlceroſa. Diſſidet etiam ab omni fere alia vlceris ſorte, ob impenſam malignitatem ſibi adiunctam, maxime ob maligniſſimam febrem; quam plerunq; ſibi adiunctam habet, prætérquam quod hic pernicioſus affectus omnia ſimul vitia habet ad uncta, & contagioſus eſt.

Cauſæ.

5 Cauſas huius pernicioſiſſimi morbi, qui ſtuduerit ad vnguem comprehendere, ſciat, id eſſe perdifficile, cum certum ſit, earum eſſe quam plurimas, quarum naturam, modum, conditionem, & originem non poſſumus capere. Quis enim pulcherrimi & formoſi pueri, vel hominis aut fœminæ huius, aut illius ætatis, cum ſani videantur, conlicere poterit, latere, & abſconditos eſſe adeo pernicioſos ſuccos, quod ſubito, aut quam breuiſſimo tempore, vbicunque ſterint, exulcerent, corrumpant, putrefaciant, & vſq; ad gangrænam deducant partem. Nec minus mirandum erit, leuiſſimam fauciam tumorem magnam molíri putrilaginem, & inuincibilem corruptionem: cum longe maiora vlcera, & turgentes, eleuati & magni tumores id non ita facile patiantur: quinimo breuiſſimo tempore, & leuiſſimis, atque communiſſimis præſidiis ad ſanitatem perducantur. At in hoc pernicioſo affectu, nec maxima proſunt, & ſi maiora adhibeas, non raro malum adeo exacerbatur, quod citiſſima morte laborans, quiuis is ſit, præueniatur. Quo profecto cenſeo, humores, qui ſiue à capite decidant, ſiue à toto in fauces, aut in caput eant, & poſtea ad fauces dilabantur, adeo eſſe inuincibilis naturæ, & pernicioſæ conditionis, quod ratione indomitæ eſſentiæ natura partis nullam coctionem, nullamque gratiam illis præſtare poſſit; & cum non ſeperentur, ocyſſime partem deuincant, ſuperent & prorſus perdant, ac celerrime in inſuperabilem, & contagioſam corruptionem degenerent. Mihi tamen dubium non eſt, hos poſſe eſſe bilioſos, pituitoſos, melancholicos, aut ſanguinem nimis vſtum; cæterum exiſtimo adeo ſortiri contrariam toto genere conditionem, & noſtræ naturæ aduerſam, quod dum in quouis loco recipiantur, quam facillime pars illa cedat, & ab eis ſuperetur, atq; corrumpatur, more peſtilentis conditionis. Quippe certiſſimum eſt, huiuſmodi deprauatam naturam non conſiſtere in qualitatibus primis aut ſecundis ſolum, ſed adhuc cum eis adeſſe eam formam, quæ nulla naturæ actione nata ſit, in partis quæ tales humores recipit, compagem, & ſimilitudinem mutare: quinimo ipſa pars protinus ab ipſis patitur tali paſſionis ſorte, qualis fuerit humoris conditio, aduſta, acris, mordax, & corroſiua: eo quidem magis, quo vel humores fuerint penetrantes, ac ſeſe facilius inſeruerint in intima partis, aut glutinoſa, & contagioſa, quod fixius adhæreat: medium quidem ad validam actionem ſummopere neceſſarium. Quibus omnibus carnium gutturis, & faucium mollities efficitur, tenuitas & facilitas ad recipiendum & patiendum prædicta mala, non ſolum ex validiſſimis agentibus, verum à minoribus.

Humoris ſors qualiter inueſtiganda.

6 Sic profecto in natura cauſarum primo inueſtigabis *ſortem humoris*, in quo ſubiicitur hæc deleteria & maligna conditio. Secundo, *qualem habet lædendi poteſtatem.* Primum venaberis ex his quæ humorem peccantem monſtrant: nam bilem ex colore, ex amarore & ſiti, ac celeritate motus morbi; ſanguinem ex rubore, tenſione tumoris, & ex aliis quę ipſum atteſtantur: aduſtum ſanguinem, bilem aut melancholiam, ex puſtularum quæ ſuperueniunt colore, aut ex modo putredinis ipſius vlceris. Dimitto hac in parte, vrinarum, pulſus, alimenti & vitæ anteactæ ſigna, quibus cauſa abundans monſtratur: tamę ſępe deprauata adeo humoris conditio naturam ipſius mutat, vt alterius ſortis videatur, pręter quam quod ad veram huius mali prouidentiam, non tam nos ducit humoris natura propria, quam deleteria conditio acquiſita; ſi quidem citius compeſcitur alexipharmacis, quam aliis, quæ qualitatibus contrariis iis quæ propriæ ſunt cuiuſque humoris polleant. Et ob id conſuluimus conſiderare ſecundo in his cauſis lædendi modum: nam ex his humoribus, quidam ſerpendo lædunt, quidam abradendo, ſicut & alii exulcerando, & plerunq; puſtulas eleuando & tumeſcendo carnem ipſam, alii quidē putreſcendo, mucidam & putrilaginoſam reddendo. Quæ omnia diligenter ediſcere teneris, vt poſſis iuſte & legaliter præſidia cuiq; iuxta innatum lædendi modum præſtare.

Signa.

7 Signis etiam in hoc malo mille rationibus opus habemus: nam licet pleraq; ſint cunctis anginæ ſortibus communia; tamen in hoc malo vnicuique eorum adiungitur quid nouum, malignius & periculoſius; quo facile cuiuis mediocriter erudito appareat, hanc ſtrangulationis ſortem à communi angina differre. Quippe vehementiſſima ſuffocatio, tumore & vlcere conſpicuis aperto ore, diuerſa eſt ab anginæ conditione apparente tumore. Item nihil conſpicuum videre & fœdiſſimum ſpirare, longe diuerſum eſt à vehemente angina, cum tumor non apparet. Præterea difficultas reſpirandi, & non raro deglutiendi, cum pectoris & dorſi dolore ac veluti compreſſione ſuffocante, ſimul cum peſtilenti odore, & vehementi harum omnium partiū ardore, & rubore totius oris & colli, cum vocis & loquelæ vitio, ac linguæ extractione, & ſiti incōpeſcibili, pernicioſiſſimæ & peſtilentis conditionis ſupra anginam euidentiſſima exiſtunt ſigna, addita quidem ſupra anginæ conditionem, aut ſimilia his, quæ in grauiſſima angina depinxerat Hipp. 4. *acut.* 33. & Gal. 4. *de loc. cap.* 3. Quibus etiam accedit ſublimis reſpiratio & alta, ac ſpirituum teuulſio, cum maxima pinarum naſi diſteoſione, *vt etiam retulerat Hipp.* 4. *acut.* 34. Quibus etiam accedit ſaniei per os & nares excretio; variis vlcerum coloribus, & intenſiſſimo fœtore nauſam plerunq; mouente cum ſordida excretione. In aliquibus vero extra, prope ceruicem, & infra mentum glandulę apparent, peſtiferi morbi naturam redolentes, & vniuerſa ceruix, & collum intumeſcunt, & fauces cum rubore ſaturato inſtar laqueo ſuffocatorum. *Præterea* id malum pernicioſæ eſſe conditionis, cognoſcet, quia nullis pręſidiis ex iis, quę anginoſis prodeſſe ſolent, cedere viſum eſt: ſed indies magis ac magis hæc accidentia creſcunt, donec breuiſſimo tempore laborantium maiorem

partem

partem perimat, idque non raro intra quartum diem. Quippe ſæuiſſima affectio minatur longe maius & celerius periculum, quam id ſit, quod de communi angina prædicarat Hipp. 3 *Prorr. 16. & 4 aph. ſex. 30.* cum certum ſit, illa omnia mala huic ſuccreſcere, addita peſtilenti & ſordida putrefactione, ac inuincibili malitia, quæ reddũt affectum fere deſperatum. Maxime ſi accedent vlceris conditiones quas depinxerat Hipp. 2. *Prorr 18.* quibus tu ipſe addere poteris eandem peſtiferam malignitatem: nam illa ſigna fere omnia oſtendunt iacturam caloris & virtutis, hæc autẽ diram mali conditionem, vehementiam ac poteſtatem, & victoriam morbificæ cauſæ: ita vt non raro ſuccreſcant colliquatiui fluxus per nares, aut per os quam fœdiſſimus, ſignum proſtrationis inſtantis mortis. Quibus omnibus addet febrem vel ardentiſſimam vel malignam, licet nõ ſemper talis in principio ſit, quidem poſſibile eſt febrem initio benigna morbum incipere, poſtea vero, vel in malignam, celeritate putredinis mutari, vel in ardentiſſimam, ſi cordi acceſſit cauſa, vel cauſæ vapor aliquis ea æſtuans. Nec multũ fidere oportet, ſi febris mox non appareat, aut luceſceſcat, nam ſæpe citius ſuffocat affectio, quam cauſa ſuccendatur: nec nõ raro malignitas humoris corrumpit ſpiritus & mortem accelerat, ſine eo quod febris ſuccendatur. Quapropter varietatem hanc diligenter conſiderare oportet & alia quæ in ægris ſingulariter conſpicimus, veluti fuit ſputum pueri cuiuſdã, qui papillam nutricis ſugendo ore mucore venefico pleno, inflammationem acceſſiuit, & mortificationem partis vberis cum papilla; eni conſimile malum ſuccreuit patri huius pueri, cuius hiſtoriam hac in parte narramus. Quapropter cauendum eſt diligenter, ne ſic affecti deglutiant propriam ſaliuam, quinimo ora puerorum diligentiſſime ſunt abluenda penicillis & linteolis aliquo detergente madidis.

8 Curandi rationem qui exquiſite ediſcere voluerit, expendat, nullum haberi certũ ac determinatum præceptum in hoc ſæuiſſimo malo, ex his quæ tumoribus, fluxionibus aut vlceribus debentur. Nam hæc eſt lex & conditio perniricioſorum & malignorum morborum (præ cæteris ſi complicati) quod omnia præ requiſita morbo cui adiungitur, mutet, euertat. & non raro eis & ſibi contraria expoſtulet. Hoc tamen vnum habent perpetuum, quod ſemper alexipharmaca expoſtulent cunctis aliis præſidiis & alimentis admiſta. Quia cum potiſſima ratio breuiſſimæ mortis (præter loci affecti præſtantiam) ſita ſit in malefica conditione, & inuincibili natura, ob id qualitatẽ, quæ operetur tota ſubſtantia, potiſſimum expoſtulat. Quo ſuppoſito, ſtatuendum eſt in hoc grauiſſimo affectu, quæ prorſus & viciſſim ad ſe conuertunt omne curantis conſilium (ne quis exiſtimet, vno, eodemq; gradu ſemper incedendum eſſe in hac curatione) nam puerorum conditio & facilitas in patiendo maiorem requirit diligentiam, & diuerſam medicamentorum efficaciam, licet eiuſdem ſint officii: adultorum vero validiora expoſtulant. Item vlcera hæc, quæ celerrimam corruptionem minantur, protinus illis ſubueniendum eſſe indicant, licet vt vlcus eſt, aliter ſit agendum. Nonnunquam (non protinus poſthabito vlcere puſtulatũ) ſuffocationis periculum trahit ad ſe omne præſidium: ita vt ante corruptionem, vel ſuppurationẽ, liceat tumorem aperire. Inſuper magnitudo tumoris, qui ad extima ſeſe extendit, auxilia extra & intra apponi iubet. Præterea venenoſa & deleteria conditio, alexipharmaca requirit, quæ ſi non proſint, ad cauſtica, & vſq; ad ignem fore deueniendum indicat. Quapropter, vt his omnibus prouideamus, exemplo pueri propoſiti in genere, & iuxta naturam & modum affectus ipſius, generalia & illi debita peculiariter auxilia referam & mox ad patria eodem malo affectæ per contagium à puero ſuſceptum, curationem deueniemus: vbi omnia quæ in hoc malo in adultis & pueris neceſſaria exiſtunt, repetiat diligens lector.

Curandi ratio.

9 Viſa igitur ſæuitia mali huius pueri, cœperunt Medici diligenter omnia neceſſaria præparare, initio ſumpto à victus inſtitutione. Circa quam conſentum fuit inter nos, ſufficere lactentibus lac, & his qui iam guſtauerint ſolidiorem victum, farre condito iure aliquo, aut ſolum concedere ius pulli aut pullæ, admiſtis alexipharmacis, quæ pernicioſam conditionẽ retundant, ac frænent, & ſimul alimentum præſtent. Huius naturæ eſt ſtillatitia aqua ex pullis ſaginatis confectione *Alchermes, electario de hyacinto, radice ſchorcionera, & foliorum plantaginis ſcordii*, ſi hac lege extrahatur. Excipe *pullorum num. 2.* munda ab omni recremento; & eorum ventres reple *foliorum plantaginis, ſcordii ana p. I. radicum ſchorcionera vnciam i. & ſ. confectionis Alchermes & electuarii di hyacintho dilutis in vncis iij. aquæ roſarum & ſchorcionera, ana ℥ ij.* irrorentur omnia vino albo, & coquantur in lib. iiij. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & omnia ſimul inſtillentur duplici vaſe cum iure prædicto. Cuius inſtillationis admiſcebis aliquid porni, & præſtabis bis, terue in die, & hac lege infantem alere curabis. In quo opere etiam cõſiderare oportet, neq; exquiſito victus modo vtendum eſſe, ne vires amplius labantur, neq; ad craſſitiem plurimum inclinare, ne mali cauſam adaugeas, ſed medio modo te geres: quia corruptio peſtilens non ſolum expoſcit victum, vt alimentum, ad virium cuſtodiam, ſed vt medicamentum, ad vitium humorum compeſcendum, vt Gal. conſuluit, vbi humorum eſt corruptio vel defectus.

Victus ratio.

Aqua ſtillatitia alexipharmaca.

10 Victu hac lege inſtituto, diſputare cœpimus de ſanguine extrahendo: ſi quidem non defuerunt Medici, qui id renouerent: cæterum vnanimi conſulentium conſenſu, primo die ſanguinem miſimus, cruribus ſcarificatis, & mox octaua noctis hora brachiis, aut ſi vltra duos annos fuerit natus, ex vena brachij: quas non temere ſcindes, quia longe magis imbecillitantur pueri, quam crure ſcarificata: nam in hoc malo plurimum vereri oportet, vires plurimum deiicere, tanquam in peſtiferis affectionibus & in his, in quibus ad validam reſpirationem eis opus habemus. In quo opere ſtatuendũ eſt, ſi plurimum ad affectam partem fluxit, protinus ad brachia & cephalicas venas peruenire, quia vrget magis quod in parte continetur, q̃ id quam fluxurum eſt; ſin aliter, in pueris qui ſanguine abundant, ex cruribus, & mox eadem die (vt dictum eſt) ex brachiis. Circa quod præſidium in pueris exequendum, conſulo, ne differatur, quia eius occaſio ſolum eſt, antequam fluxio in partibus contenta, ad putredinem commigret.

Sanguinis detractio.

migret. Nam tunc temporis, ſi ſanguinem fuderis, ſummopere lædes (quæ cauſa fuit, quod multi Medicorum, viſo hoc damno, renuerint ſanguinem mittere) quia vires maxime diſſipantur, & nihil eius ſucci qui computruit, extrahes, neque reuulſione, neque deriuatione, neque vacuatione; quia putridum & in parte impactum, ſolis topicis aufertur. Cum hoc tamen vtiliſſimum præſidium fuit, viribus non renuentibus, partem proximius euacuare, & ſub mento ſanguiſugas affigere, ſcalpello factis duabus ſcarificationibus, aut iuxta ceruicem cucurbitas ſcarificare, quando in pueris venas ſub lingua ſcindere non datur, ob ineptitudinem ætatis. Euidentiſſimum quidẽ eſt, hoc præſidium ſanguinis ſolum dum confluit, prodeſſe reuulſionis gratia, aut totius corporis euacuatione, namq; vbi ſemel ſummum illud vlcium contraxerit humor, velut topicum præſidium, ex vſu eſſe poteſt, vt mox dicemus.

Expurgandi ratio. Dubitatum etiam fuit inter nos, eſſet ne opus aliquo modo in hoc affectu, non ſolum in hoc puero, verum & in reliquis conſimili modo læſis, purgare; aut ſi eo auxilio opus fuit, *an liceat prius purgare, quam ſanguinem mittere.* Ratio dubitationis fuit vitium cauſæ, in impenſa cacochimia ſitum, cui magis ex vſu eſt purgatio, quam ſanguinis detractio; quam rationem fulciunt, quia hoc ſolo præſidio aliquando viſum fuit, pueris ad integram ſanitatem recuperandam ſufficere, ſicut aliis ſanguine detracto, vires plurimum fuiſſe deiectas. In qua hæſitatione cenſeo, raro poſſe eſſe vtile, ſaltem in pueris, initium curationis ſumi à purgatione, quantumuis vitium in cacochimia ſitum exiſtat: quia cum pueri nequeant tuto ſumere ſeligens medicamentum, & leniens ſit inutile, & cum tota ratio periculi ſita ſit in fluxione per venas capitis, & licet conſenſus pendeat à toto corpore, & inſuper præſtantia partis, ab ipſa deponi noxium ſuccum indicet, idque non ſolum eadem die, vt ſolet in purgationibus contingere, ſed eadem hora, videtur, cacochimiam, quæ ſanguini eſt admixta, citius & ſecurius ceſſuram ſanguinis detractioni, quam expurgationi, licet poſt ſanguinis detractionem, aut ſcarificationem, ex vſu ſit aliquantulum purgare, vel *manna* iure pulli diſſoluto, vel ſerapio ex ſucco *roſarum Perſicarum, aqua ſcorzonera* & *ſacchar*o facto, aut *ſerapio regio*, quantitate vnius vnciæ. Cum hoc tamen, ſanguinis remedium facilius redundantem ſuccum, ſi vitioſus, & calidus ſit, attemperat, & eo etiam, ſi quid impetu ruit in affectam partem, ſine turbatione & agitatione eius quod intus remanet, reuellitur, aut deriuatur id quod iam iam prope partem affectam mox caſurum inſtat. Quæ opera neq; ita facile, neque ſecure purgatione efficies; ſecus tamen res ſe habet in curatione adultorum, vt mox leges.

De topicis auxiliis. De vſu topicorum referam quæ ſentio, ſi prius dixero, quare ex pueris plurimi ex hoc malo moriantur: quippe ipſos topicis auxiliis curare, ſumme eſt difficile; tum quia neque tolerant neceſſarias euacuationes, neq; topica auxilia admittunt, ob inſipientiam & puerilem conditionem; ac ſi quando ea adhiberi poſſunt, adeo eſt eorum ſubſtantia facilis, quod citius diſſipetur, quam frænari poſſit mali ſæuitia: quinimo citius ſine ipſis ſanantur; ſi quidem neque oris collutiones, aut gargariſmata admittunt; & ſi tentaueris violentia aliqua aliquid horum efficere, ſi exiccantibus, & maioris momenti præſidiis id feceris, procul dubio ipſis deuoratis magis læduntur. Quapropter eis non licet vti, niſi in deſperatis; & ob id mitioribus & ſecuris ſemper vſus fui. Sic enim ſanguine miſſo, mox ad topica auxilia properauimus in noſtro laborante, initio ſumpto ab his quę fluxionem prohibent: nam à primo die adhibuimus (quia vlcus nondum inceperat) quæ vim habent attemperandi, repellendi, quo minus pars affecta reciperet, & magis repellatur, quod influxit. Talia autem ſunt, *decoctum hordei cum aceto roſaceo, aut ſyrupo roſaceo:* item *ſuccus granatorum acidorum cum aqua plantaginis, decoctum capitum roſarum, cum corticibus granatorum:* etiam *ſyrupo de roſis ſiccis, cum modico ſyrupo de moris, & aqua hordei, myrrhi & ſeminis eius.* Hoc vnum obſeruatiſſimum habeo, nimirum omnes oris & gutturis colluſiones efficere ſupra decoctum eius celeberrimi medicamenti, quod Medici Hiſpani *Contrayerua* nuncupant; maxime ſi mucoſa & viſcida pituita abundauerit. Prodeſt & *aqua cum aceto roſaceo*, ſi ardor fuit magnus: verum ſi adhuc ardor intenſior fuerit cum ſiccitate, vteris *lacte quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris & acetoſa, cum aqua plantaginis, aut lacte capra*, tranſacto principio, vel ex *amygdalis dulcibus cum eadem aqua*, maxime ſi vlcus nondum inceperit, aut fuerit aliquod putredinis veſtigium; nam eo tempore fugiendum eſt à lacticiniis. Quibus omnibus os pueri colluere iuſſimus: ac ſi mordax & erodens humor fuerit, admiſcebis quæ leniant & attemperent, vt *mucilagines pſyllii, & ſeminis citoniorum, lac ſeminis melonum & cucurbitarum.* In hac vero curatione, quantumuis in principio repellentibus & adſtringentibus vtendum ſit, non tamen ſemper ex vſu exiſtunt: nam ſi venefica & corroſiua ſit materia, tunc quidem minus oportet adſtringere, magis attemperare & exiccare, ac putredinem inhibere, atq; alexipharmacis corrigere deterrimam fluentis ſucci conditionem. Quippe certum eſt, ſi vitioſum humorem compeſcueris, maiorem fieri corruptionem & putredinem, ac citius partes erodi & putreſieri: quo caſu ſtillatitia aqua ex *hordeo & plantagine*, & *radice Chinæ ſcordio*, atq; *coriandro præparato*, & aliis huius naturæ, temperes, admixto modico *aceto roſaceo.*

Cautio. Verum cum hæc omnia ſic adhibita nihil profuiſſent, quia vlcera & putrefactio interius & intenſius ſerpebãt, & inualeſcebant magis, neceſſum fuit, ad valentiora exiccantia peruenire, quantum permiſit incapacitas puerorum. Quo tempore vſi fuimus collutione ex *aqua aluminoſa*, & cum inſufficiens quoq; fuiſſet, addidimus colaturam *vnguenti Ægyptiaci*, & vltimo parum *Arſenici*, quo minus mucidum apparuit vlcus. Cæterum ne quis intrepide his validis medicamentis in pueris vti audeat, expẽdat, Arſenicum, niſi diligenter præparetur, citius pueros ſuffocare: ob id oportet in ligatura parũ eius apponere cum *aqua maluarum & roſarum*, non tamen comminutum, ſed integrum, & prædicta aqua

partem

partem colluere hyſſopo penicillo intincto, quo partem colluimus, & minus aut nihil pueri deglutiunt: quod ſummopere cauendum eſt: vel poteris in ligatura apponere parum *vnguenti Ægyptiaci* cum *aqua hordei & aceto roſaceo*, & partem ſic abluere penicillis in eo intinctis. Ego quidem arbitror, plures pueros interfeciſſe vſum horum medicamentorum, quæ cauſtica ſunt, quam affectionem ipſam. Quapropter id opus caute aggredi neceſſum eſt ſenſim, paulatim, & admixtis his, quæ lenia & manſueta ſunt: ſi quidem pueri neq; os ſufficienter aperire poſſunt, neq; poſſumus impedire, quin aliquid horum deuorent, non ſine magno eorum periculo. Et ob id ſemper vſus ſum collutionib. alexipharmacis, vt ſi quid deuoretur, prodeſſe etiam poſſit; qualis naturæ eſt apozema, aut iulep ex aquis cordialibus, cum confectione *Alchermes*, aut *de hyacinto*, aut polueribus *lapidis bezoar*, *ſmaragdi*, cum ſyrupo *acetoſa*, aut de *ſucco limonum & borraginis*.

14 Verum cum his factis mitius appatuiſſet malum, cœpimus exterius exiccantia eo tempore adhibere, quale eſt emplaſtrum ex *farina & oxymellite*: quo poſito, cœpit puer facilius ſpuere mucoſa, fœtida, & glutinoſa multa, ita vt coegerit aſſiſtentes & patrem, digitis extrahere humorem illum, & frequenter os colluere: & tandem copioſo humore excreto, puer lente & paulatim melius ſe habuit, & facilius reſpirauit, & libere deglutiebat.

15 Sed mirabile dictu, erat quidem dita humoris conditio adeo pernicioſa, efficax, & contagioſa, quod digitum patris indicem, quo extrahebat eum ſuccum ab ore filii, mordicaret, & in tuborem moueret cum dolore: tandem mox pater conquerebatur de difficultate reſpirandi & deglutiendi cum dolore & tumore faucium, ac ſaturato colore, & glandulis extra apparentibus iuxta mentum. Ex quibus ſecundo die halitum praue olentem expirabat; ita vt iure optimo poſſis colligere, contagio filii patrem fuiſſe affectum. Namq; ſecundo die cœperunt partes illæ exulcerari, & mox fœda & corruptiua putredine ſummopere fœdari.

16 Quibus præmiſſis, & principio contagionis conſideratis, inſtituimus eam victus rationem, quæ vires plurimum & frequenter reficeret, & minus ob copiam aut craſſitiem grauaret, atque cum hoc alexipharmaci vires ſortiretur. Verum licet putredinoſa affectio exiccantia expoſtulaſſet: tamen quia vt virium indigentia magis vigebat, & neceſſitas admiſcendi hæc cibaria cum fœdatis humoribus, quo minus putreſcerent, & ſua natura vitium & calorem compeſcerent, vſi fuimus his quæ modice acida erant cum cibariis ipſis: velut fuit ſuccus *arantiorum*, *limonum*, *agrimonia* & *acetoſa*, vt ipſculis admixta facile ſe ſe in vitiatos humores inſinuarent: nam vbi humores putredine periclitantur, talia & ſæpius adhibita porrigenda. Præſticimus etiam ex oleribus *lactucam*, *ſcariolam*, *acetoſam*, *cicorium*, & *agrimoniam*, ſæpius per ſe coctas, ac nonnunquam ipſis admixtas, cum modica carne *pullorum*, & *agreſta*, aut *ſucco acetoſa*. Noctu ſolis oleribus vſi fuimus, cum pomis acidis aſſis, quia ſolidiora deglutire non poterat. Potus erat aqua *decocta hordeo & acetoſa*, aut cruda, cum modico ſucco granatorum acrium admixta.

17 Qua victus inſtitutione præmiſſa, fuit inter nos non leue dubium, an expediret prima die expurganti medicamento vti, aut ſanguinis detractione: quippe non defuerunt vnicuiq; harum opinionum rationes. Nam cum cacochimia præualuiſſet, videbatur ſtabilitum eſſe, purgatione fore vtendum. Item fluxionibus per venas factis ſubueniendum ſanguine miſſo, & vtroq; auxilio vtendum eſſe, vbi ambo vigent, aut impetu alicubi humores ruunt.

18 In cuius beneficii adminiſtratione expendendum eſt prius, quod ex his, qui hoc morbo corripiuntur, multi ſola plenitudine depoſita, ſanitati reſtituuntur: quia parum illud quod ad fauces defluxerat, leui gargariſmate repellitur, aut reſoluitur, aut per excretionem expurgatur: alii clyſmatis iniectis, aut leui purgatione melius ſe habent, quia ex cruditate ventris, aliquid ad caput irruebat, quo delapſo ad fauces, id malum concitabatur. Qua ratione depoſitis cruditatibus, ſubſidebat affectio. Alii rurſus lenibus diuerſionibus per frictiones, cucurbitas, ligaturas & ſcarificationes, protinus malum ceſſarunt, eo quod ex inſolatu, aut frigore cœperat aliquid ad fauces defluare. Nonnulli vero, nec ſanguine miſſo, neq; expurgantia adhibito, neq; vllo diuerſionis genere leuamen ſuſceperunt: quinimo per ſingulas horas adeo inualeſcebat malum, quod intra quartum pene ſuffocarentur. Ratio profecto eſt, quia ſimul cum humorum copia, adeo erat eorum natura pernicioſa & peſtilens, quod citiſſime in vlcus & putrilaginem grauiſſimam deduceret partem, & humorem. Quapropter ſciſcitandum eſt, *purgatione prima, an ſanguinis miſſione* vtendum ſit. Et ob id in noſtro caſu & ſimilibus, peculiari conſideratione eſt progrediendum, ac diligenter conſiderandum, quod humor impetu ruens ad fauces, quantumuis vitioſus & incorrigibilis exiſtat, *vt antea in pueris diximus*, potius ſanguinis detractionem expoſtulat, ob impetum, & periculum ex præſtantia partis, quam ob innatam corruptionem & vitium, expurgans medicamentum. Qua ratione optime conſultum fuit, in hoc viro longe maius ſuceſſiſſe negotium, & minari periculum, impetum concitis ſucci, quam malitiam ipſius, & ob id in eo, & ſimilibus celerius, & eadem hora oportet ſanguinem mittere ex brachio, & ſuperiori vena: quo facto, impetum frænauimus, & copiam fluxuram depoſuimus, & cacochimiæ expurgandæ pharmaco locum dedimus. Quippe expurgantia medicamenta, licet reuellant & euacuent, non ita celeriter, & tuto, vt ſanguinis miſſio. Quapropter ſemper magnifeci in huiuſmodi curatione, initium ſumere à ſanguinis detractione, niſi adſit, aut praua admodum victus conſuetudo, aut affectus, qui mox à principio non plurimum vigeat. Placuit enim magis in vltima parte principii, ſi cacochimiæ ſimul fuerit maxima vrgentia, aut in augmento, ac non raro in ſtatu, vt in turgentib. opus eſt, expurganti vel-

pharmaco, quam vbi periculum eſt ſuffocationis, aut citiſſimæ corruptionis, ob impetum & prauam fluentis humoris conditionem, præſentaneum ſanguine miſſo differre præſidium: citius enim reuellitur humor fluens (præſertim à capite) ſanguine miſſo, quam pharmaco purgante. Non enim in hoc caſu gratia coctionis materiæ, vt in aliis, differimus purgationem, ſed vt eo auxilio [illegible] tamur, quod citius ſubueniat: ſiquidem compertum habemus, hos malignos ſuccos incoctibiles eſſe, [illegible] id quam citiſſime euacuari deſiderant. Verum vt quiſque melius vti occaſione ſciat in hoc [illegible] affectu, expendat, quod interim dum fluit humor, vtroque auxilio vti poterit; hac tamen diſtinctione [illegible] ita, quod mox à principio, & dum fluxio ob magnum impetum minatur periculū, ſatius eſt vti ſanguinis detractione, parce tamen, per interualla, & quæ impetum frænet, ob maiorem reuulſionem, & quæ modice copiam minuat, cauentes ne vires labantur; quod ſummum acceſſit periculum. Quapropter licet maiorem euacuationem expoſtulent impetus & humorum copia (niſi fuerit in robuſtis corporibus) euacuationes non ſunt ducendæ ad extremum, ſed quod deeſt, ſupplendum [illegible] aliis diuerſiſſimum ſortibus, frictionibus, cucurbitis, ligaturis, lotionibus crurum, & frequentioribus ſcarificationibus.

Purgandi [illegible] Cæterum quia cacochimiæ vrgentia non raro ſolet ad ſe allicere curantis conſilium, [illegible] ſemel, 19 bis, aut ad ſummum, ter (quia parciſſimas oportet facere has euacuationes) ſanguinem [illegible], nullo habito reſpectu ad tempus morbi, neque ad cruditatem humorum, ſed ſolum quia incoctibiles ſunt, & ſummam minantur & immedicabilem corruptionem, purganti pharmaco protinus vteris, quod vehementis poteſtatis non ſit. Sat enim eſt, ſi à principio purgaueris, vti *ſerapio regio*, aut eo quam Principi noſtro inſtituimus ex ſucco *roſarum Perſicarum cum ſaccharo & aqua ſcorzonera*. Quod ſi iam prope ſtatum purgaueris, poteris *rhabarbari* infuſum addere (vel ſi à principio biliosorum apparuerit magnus prouentus) *aut pulpam tamarindorum*, vel *emulſionē ſeminis carthami*, aut *decoctum polypodii*, maxime ſi cognouerimus ob ſanguinem miſſum, deterrimos ſuccos eſſe immixtos & ſolutos: quo caſu oportet admiſcere aliquid attemperans, leniens, & mulcebrem reddens purgandi ſucci conditionem, vt eſt decoctum *violarum, hordei, ſeminum frigidorum omnium. aqua roſacea & oxalydis.*

Partis affectæ prouidentia & curatio. Hoc facto (aut infecto, ſi purgatione opus non fuerit, vt exequuti ſumus in hoc laborante) omne 20 conſilium dirigi debet ad partem affectam; in qua conſiderandum eſt, tumorem adeſſe anginoſum, & vlcus, & putrilaginem humoris, & non raro carnis ſubiectæ. Siquidem hoc malum ſimplex non eſt, ſed complicatum ex anginoſo tumore, & vlcere, cum humoris virulenti pernicioſiſſima conditione. Et cum potiſſima ratio difficultatis in omni curatione ſit, vel defectus virtutis, quæ auxilia tolleret, vel complicatio affectuum diuerſa auxilia expoſtulantium, aut eadem non admittentium, & inſuper pernicioſa humoris conditio: ob id primo, vbi hæc omnia in vnum coeunt, videndum erit, *quid agere oporteat, aut quid cum quo, vel ſine quo fieri nequeat.* Vlceris enim legalem curationem partis inflammatio remoratur: [illegible] inflammationis natura abſtergentia, & repurgantia, qualia vlcus requirit, refugit: neutrum vero horum libere & ſecure admittit, quæ putrilaginem impenſe exiccant, vt quæ fere naturam cauſticam, & exurentem attingant. Ex quo compertum habuimus in hoc viro, & aliis laborantibus, hæc cauſtica inflammationi & vlceri ſummopere eſſe nocua: ſuppurantia corruptioni. Verum, antequam vltra pergam, referam libenter, quæ inter nos in hac curatione decreta fuerunt, nimirum, inter topica auxilia, quædam eſſe, quæ ex his omnibus ſic complicatis ſummopere profuerunt, & reliquis laborantib. prodeſſe poſſunt: & alia, quæ vnicuiq; prædictarum affectionum proficua ſunt, licet alteri quodammodo noceant: cæterum cum hoc vtiliter præſtari, vbi viciſſim, & per interualla adhibeantur, aut vrgentiora, reliquis ex toto non neglectis. Quorum omnium vſum & modum ſeorſum meminero; nam ſic adhibita ſummopere profuerunt, initio ſumpto ab his, quæ omnibus prodeſſe poſſunt.

De topicis euacuantib. Inter topica auxilia ſciendum eſt, quædam eſſe euacuantia à parte, ſiue vlcus, ſiue tumor ſit, ſiua 21 humor maleficus, non ſine magno vtrinque beneficio. Sic profecto factis per ſanguinis miſſionem, & expurgans medicamentum euacuationib. à toto corpore, & materiæ antecedentis & fluentis; conſultum fuit, tondere venam inter indicem & pollicem: cæterum maior vtilitas ſequuta ſuit venis ſub lingua ſciſſis. Qua euacuationis ſorte vlcus non male ſe habuit, & anginoſus tumor longe melius, quia liberalius & facilius reſpirare cœpit: quod ſane opus fuit ex Gal. *conſilio* 13. *Meth.* 6.12. Verum quia lingua in tumorem, & elevata non detumeſcebat, ipſa adhuc factis, iuſſimus linguam per latera leniter ſcarificare, *vt nos docuit Paulus li.* 3.*c.*27. Neq; erit ab re, *vt conſuluit Cornelius li.* 4.*c.*4. palatum, ſi gurgulio intumeſcat, ſcarificare, vbi prius os aqua calida colluerit, quo facilius ſanguis, ſi craſſus ſit, fluere poſſit. Quod ſi à capite malum inſtillare cognoueris, vtiliſſimū erit venam aperire, aut ſi à parte cerebri interna fluxio dilabatur, naſi venulas. Præſtant non minorem vſum hirudines ſub mento, & aliis partib. iuxta ceruicem, & collum affixæ, eo maxime, cū glandulæ intus aut extra, tumentes apparuerint, vel tactu extra facto, dolor concitetur. Sic etiā ſi inflammatio, aut vitium ſe extendat ad maxillas, ceruicem, & collū, cucurbitas ſcarificabis, maxime ad latera ſub ipſis. Quod ſi tumor aperto ore non ſiat conſpicuus, ſed intus reconditus, maiorem reſpirandi & deglutiendi difficultatem inferat; tunc profecto parum infra occipitium, inter primam & ſecundam vertebram, oportet cucurbitulam ſcarificare. Cæterum ſi vlteriores euacuationes non ferat amplius laborans, aliquam ex prædictis cucurbitis, oleo & ſale perfricabis, quo ad exteriora humor in parte affecta contentus deriuatione euacuetur: ſed caue, ne magis ad partem affectam euoces: & ob id aquoſum ſanguinem ea frictione curabis euacuare, aut iterum affixa cucurbita extrahere. Hæc itaq; ſunt præſidia, quæ vlceri non nocent, & anginoſis affectionibus ſummopere proſunt.

Verum

Verum quia periculum eſt, ne humor exulcerans corrumpatur, his factis, aut aliquibus, ad emplaſtra, quæ corruptionem inhibeant, deueniendum eſt, (non quidem ad ſuppurantia) quale eſt, quod vulgo *contraſtomenon* dicitur, exſiccans & putredinem inhibens: aut id quod ex nido hirundinum paratur, ſimul cum hirundine combuſta. Nec laudo quæ maiores habent attrahendi vires, vbi timor eſt impenſæ corruptionis: ſatius enim erit reſpiratoria adhibere, quam cauſtica, niſi vlceris virulentia id poſtulauerit. His omnibus factis, quod maius nobis faceſſit negotium, in hoc & ſimilibus laborantibus, eſt vlcus: nam & particula vbi prauè ſit, & vlceris conditio, & facilitas earum illarum partium in patiendo, quam citiſſime grauiſſima accerſunt mala. Quippe aff. cta particula, ea his eſt, quæ non ſolum vlcus reddunt humidum tenui & ſanioſo ac viruleuto excremento, ſed & putriferum ac ſumme pernicioſum. Quod ſane mox craſſiſſimo & viſcidiſſimo mucore inundat, & ſordiſſime maxima pollet, cũ varijs & pollutis coloribus, & grauiſſimo fœtore, quæ omnia contagioſum & malignius reddunt vſque ad putreſcentiam carnis & oſſis. Deniq; omnibus fere modis difficillimæ curationis exiſtit & eo maxime, cum alimentum ad vlcus veniens etiam ſua natura vitioſum exiſtit. In qua ſane affectus ſorte, non ſolum oportet conſiderare, quæ in vlceribus curandis docuit Hipp. *lib. 2 prædict.* & Gal. 3. *Meth. c. 4. & 6 loca. cap. vltimo*, verum adhuc his omnibus conſideratis, & recte adminiſtratis, nullum, aut quam exiguum, ſolemus conſequi ſubſidium, quia experimento confirmatum habemus, hęc vlcera longe maligniora chironijs vlceribus, & reliquis, quę antiquitas vt difficilia cognouerat: quia partis præſtantia, & celeritas ſuffocatiua non ſuppeditant ſufficiens tempus ad eorum curationem. Et ob id mox à principio diligenter venari oportet vlceris ſtatum, ſordidũ ne ſolum ſit, an cum hoc, putrilaginoſum, fœtidum, & corroſiuum: nam iuxta vnumquodque horum, auxilij naturam & conditionem inſtituemus. Sordidum igitur vlcus, tale tribus modis redditur vel tenui & ichoroſa humiditate: vel craſſa, mucoſa, & putrilaginoſa pituita, viſcida & maligna: vel vltimo ex carne corruptа, putrefacta & ſtiomenola. Quo fit, vt vlceris curatio iuxta primam cauſam ea expoſtulet medicamenta, quæ non ſolum vires habeant abluendi, ſed & adſtringendi, & abſtergendi, ac reprimendi malignam conditionem. Nã ſi illis ſolum, vt in alijs vlceribus, vel vulneris, mox reperies, in maligniorem conditionem vlcus mutari, & prorſus fieri immedicabile. Quapropter mox à principio adhibere oportet gargariſmata, aut lotiones ex decocto *roſarum plantaginis, hordei, ſolatri, myrrhæ, capitum roſarum, & ſaccharo*: & rurſus eadem die addes purum *aquæ aluminoſæ, vel aluminis rubri*. Præſtat etiam, dum intemperies & rubor vigent, vlcus colluere *aqua aluminoſa*, additis *modico aceto & ſaccharo*, aut *ſyrupo granatorum*. Nec minores vires habet *hordei, fabarum, & lentium erabi & lupinorum decoctum cum aceto roſaceo*. Prodeſt & *ſerum lactis ferro factum, ſemine portulacæ, & folijs plantaginis, cum modico aceto roſaceo, & oxymellite*. Neque erit ab re, his collutionibus addere *ſuccum plantaginis*, & puluerem *aluminis ſciſſilis, & coralli, vel marmoris præparati*. Præſtat & ſuccus *portulacæ*, clarificatus cum *aqua roſarum, & modico oxymellite*. Quod ſi primo die, & ad ſummum ſecundo, conſtiterit, ſordidius reddi vlcus, & craſſa, mucoſaq; ſorditie fœdari, immorandum in his auxilijs non eſt, ſed ad fortiora tranſeundum, antequam malum in carnis corruptionem commigret: nam ob id ſæuiſſimum hoc malum non migrauit in mortem huius laborantis, licet vſq; ad vltimam ſorditiem perueniſſe videretur: quia protinus addidimus prædictis collutionib. valentiora abſtergentia, & longe efficaciora exiccantia cum modico *myrrhæ* & *mellis*: item parum *ſulphuris* & *nitri*, & *aluminis crudi*, cum *ſyrupo & roſaceo aceto*, quo ſimul pers attemperaretur, quibus parũ *oxymellitis* ſemper addere vtiliſſimum fuit. Et quia adhuc vlcus ſerpendo creſcebat, vſi fuimus ſucco *malicorij & roſarum cum pauca aqua aluminoſa & plantaginis*, addito puluere *ſulphuris*, aut, ſi malum plurimum ſerpat, *atramenti ſutorij*. Poſſumus vti *ſucco plantaginis & portulacæ cum puluere aluminis*. Verum ſi hæc non proſunt, ad fortiora venire oportet, quale eſt *mel roſatum cum puluere ſulphuris, gentianæ, coralli, vel hæmatitis, ſpodij, ac viridi æris*. Cæterum quia iis cœpit cruſtoſum apparere, curationem continuauimus ad auferendam paulatim cruſtam, tum collutione ex lacte *aſinino aut ſero*: remota autem cruſta, *amylo, cum lacte caprino aut amygdalarum dulcium, vel farina fabarum, hordei, vel volatili*, quo aliment[a] citra dolor. m deglutire potuiſſet. Quem quoq; vſum præſtitit *emulſio quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris, & modico puluere terræ ſigillatæ aut boli Armeni*. Curauimus etiam, ne iacerent, ſi vlcus redderetur ſordidius, abluere *aqua plantaginis, aluminoſa aut hordei cum ſaccharo*.

24 Verum quia ſub cruſta apparuit quarta die carnis mollitudo, & putrilaginoſa ſordities, diligenter curauimus tertia die cum memorato decoctum *lentium & lupinorum* addere cum *vnguento Ægyptiaco*: & quia abluitio cito præteribat, illinire partem cum eodem vnguento & modico melle: & mox, quia nihil proficiebat, partem penicillo madido in aqua viridi contigimus. Eſt quidem aqua hæc mirabilis efficaciæ quia componitur ex quatuor *granis arſenici, & modico viridis æris, liquatis in aqua roſacea*. hæc quidem modice exiccauit partem, cæterum non ſufficienter. Quapropter coacti fuimus ad validiora eſcharotica peruenire; nam prædictis collutionibus addidimus modicum *calcitidis*, aut *pſori*, aut *myſi*, quia nobis compertum fuit, partem liuido, & mox nigro colore inſigniri, ſigna quidem maximæ mortificationis, & ea ratione glandulas vtrinque ſcalpello ſcarificauimus, & abluimus aliqua ex prædictis lotionibus exiccantibus, & mox penicillum madidum *aqua roſacea*, & inſperſum aliquo ex prædictis medicamentis, ac parti ſcarificatæ appoſuimus, donec cruſta fieret. Cui profecto cruſtæ fidendum non eſt, niſi prius pars profundius ſcarificata fuerit, quia aliter mollitudo & corruptio profundius permeat. Verum quia partes gutturis ſunt facillime alterabiles, non licet his vti medicamentis citra magnam præparationem per vſtionem & frequentes lotiones factam. Quibus præmiſſis, ea medicamenta liquauimus *aqua roſacea, plantaginis, aut hordei*, donec vlcus exiccatum, & deter-

Aqua viridis compoſitio, mirabilis efficaciæ.

& deterior appareat, [illegible] ne vlcus pergat deterius, nam ſæpe maioris attractionis cauſa exiſtit, ob [illegible] mordicationem, quam antea, cum vlcus [illegible] dum ex febre, laborans non perſentiebat: nam ex de cauſa [illegible] vlcus [illegible] efficitur, vt conſtat ex Gal. 4. *ſecundum gene. cap.* 2. namque ratio [illegible] efficacibus harum medicamentorum ita eſt in principio noui doloris, quem antea [illegible] laborans quo tempore [illegible] eſt ab eorum vſu.

Cauterii [illegible] Quibus [illegible] quinta die nõ ceſſaſſe malum videbatur. Quo tempore *aurea can-* 24 [illegible] partem [illegible] aquam [illegible] non placuit adhibere, neq; *oleum vitrioli*, quod ſæpe [illegible] maxime ſi ad aſperam arteriam, [illegible] aut [illegible] medicamentorum, quæ vires habent vſtiuas (vt [illegible]. Sed in curatione [illegible] eſt, ne partes ſanæ ſimul vrantur, [illegible] aquæ, vel [illegible] in fiſtulam aliquam. Item [illegible] neq; [illegible] neq; cauterium eſſe plu-[illegible]. Quæ [illegible] non probo: nam maxime oportet cauere in his [illegible] lib. 2 [illegible] c. 9. Quibus factis præſidiis, ex ſubito ex-[illegible], prohibere, & corruptum hu-[illegible] vt [illegible] deinceps appareret vlcus, & ſenſim remitti [illegible] reſtitutus fuit collutionibus [illegible] Chirurgo latius ſcripſimus.

[illegible] ad venenaria confugere, quo ſæpius diuerta-25 [illegible] proficua, non acutis, quia eis [illegible], quæ huic affectioni non poſſunt prodeſſe, licet [illegible].

De ſudore diaphoretico, & ſyncoptico.

Consvltatio XXV.

I [illegible], natione Italus, cum eſſet triginta annorum, [illegible] gracilis, & ſenſus acutie in ore ventriculi, & ob id [illegible] ob ingentes ventriculi cruditates, quia languidi-[illegible] calidum & biliosum; cœpit eo tempore ab immodico [illegible] febricitare; cum viribus ſtetiſſet debilibus ex immodi-[illegible] intempeſtiuo & inordinato vſu. Huic Medici decre-[illegible] ætati iuuenili & ſucatis in pulſu viribus, quia gracilis [illegible] pharmaco: quorum auxiliorum primo ſuccos vene-[illegible] pauca (quia ſeligente ipſam vſi ſunt pharmaco, cum [illegible] deponere) quo bilis, eaque mordax atque acris & effrænis [illegible] cum pauciſſimo ſanguine, è quibus corporis moles non ſolum nul-[illegible] beneficium, verum & mox eructare die ac nocte (etſi leuiter) cœpit in-[illegible], quantumuis remiſſa primo acceſſu appareret. Præterea [illegible] animi deliquium incidebat, & aliquando ex ira & corporis motu, [illegible], creſcente ſudore circa collum & ceruicem nonnunquam frigido. [illegible] morbum in hecticam aut in citatiorem mortem abiturum, quia ſudo-[illegible] diaphoretico & ſyncoptico ſummopere vexabatur, & in tabitudinem ex atrophia & ſummam o-[illegible] indies magis decidebat. Quo in ſtatu cum reliquis Medicis in conſiliũ [illegible] prius quam auxiliares manus adhiberemus, præmittenda tanquam ſum-[illegible], & huic grauiſſimo malo & reliquis ſui cenſus neceſſaria. Paſſim enim huiuſcemodi [illegible] loquar) ſudationes conſpicimus, quib. mille homines pereunt, quia auxilia ni-[illegible] ob ignorationem cauſarum & modi, quib. corpus perdere aſſueſcunt, incipien-[illegible] & imagine critici & laudabilis ſudoris, ac mox degenerantes in diaphoreticos. Quapro-[illegible] quod in hac re diſſerere conuenit, eſt, diligenter diſtinguere ſudorum omnium differenti-[illegible] atq; cauſas, quib. cognitis multa in arte Medica proficua comperiemus ad ſtatus cor-[illegible], ad præſagationem & iudiciũ de euentu proferendum, & ad curationem legalem [illegible] eſt ſudoris in genere inueſtigare naturam: & an omnis ſit naturalis, aut præter [illegible]. Tertium cuiuſq; differentiarum materiam inquirere, cauſam & locum generationis, [illegible] expulſionis, & an ſuapte natura vel poteſtate alicuius poteſtatis excernatur tanquam actio vitalis. [illegible] vero, quod eſt huius conſilii intentum principale, erit diligentiſſima indagatio & cognitio [illegible] & diaphoretici ſudoris & cauſarum, necnon & periculi atque præſidiorum quæ in eis com-[illegible] & curandis proficua, ratione & experimento probauimus.

[illegible] primum, non eſt inter auctores noſtri temporis (quia vetuſtiores nõ id ſatis explicuerunt) [illegible] controuerſia, an ſudoris ſit aliqua ſors & ſpecies, quæ dici poſſit *mere naturalis excretio*, cum vna ni-[illegible] conſenſu, præternaturales plures quotidie conſpiciamus. Nam ſi quis ſeniorum verba de-[illegible], reperiet procul dubio quam plurimos appellare naturales, qui cauſas habent non natu-

naturales & materiam, quanto aut quali peccantem. Vtriuſq; ſudoris ſortis meminit Gal. *de ſympt. cauſ.* [*Sudoris diuiſio.*] *cap. 2.* qua parte diuiſit eos in præter naturam & in alios (quos Medici *naturales* cenſent) qui corporis vitia expurgant & vtiles atq; ſalubres exiſtunt: quales ſunt critici, & qui exercitio, balneis, & calore externo concitantur, quia abundantia vel vitio ſuccorum corpus per eos purgatur: quam ſententiam confirmat *li. de ſect. cap. 9.* vbi ſudores huius naturæ, ex his quæ multitudine præter naturam dicuntur, prodire refert. Quibus videtur conſtare, non prorſus vitio carere huiuſmodi ſudores; neq; adhuc eos qui in optime temperato corpore erumpunt vi exercitii, *vt 2. de ſanit. tu. cap. 12. prot aleras*, in quo etiam iubet exercitium fieri, donec ſufficiens ſudoris erumpat copia, argumentum exuperantiæ ſuccorum. Quo fit, vt licet hic ſudor ſit animali vtilis & neceſſarius, tum ad tutandã ſalutem, tum etiam vt à morbis liberemur, & ab interno fiat principio, ac etiam ſit à natura intentus pro expulſione attenuati aut copioſi excrementi in tertiam regionem adeuntis, cum hoc tamen mere naturalis dicendus non eſt; quamuis huic viui credamus naturam poros cutis feciſſe: tum vltra, quia pori naturalius inditi ſunt ad neceſſariam & ineuitabilem fuliginum & halitus inſenſibilis expirationem potius quam ad ſudorem: quibus profectò tempore indigentiæ abutitur natura in prouocatione ſudorum, vt in aliis euacuationibus per alias partes ſolet efficere melioris gratia, qualis naturæ bonitas exiſtit.

5 Quibus rationibus commoti ex iunioribus aliqui diuiſerunt ſudorem in naturalem, præter naturam, & medium: ſtatuentes eum eſſe vere Naturalem, qui naturæ ſequitur actionem, & vtilis eſt ac [*Sudoris alia*] neceſſarius. Item eum præter naturam qui ſequitur naturæ paſſionem, non actionem: & inſuper aliom [*diuiſio.*] eſſe medium, qui licet à coquente & expellente optime operantib. fiat, non tamen ea materia prodit naturali, ſed partim à naturali, & partim à præternaturali calore alterata, vt in criſibus conſpicimus.

6 Cui dubitationi vt ſatisfaciam, ſolum mihi viſum fuit, ſudores diuidere in eos qui ſecundum na- [*Sudoris tertia diuiſio.*] turam fiunt, & in eos qui prorſus præter naturam: excludens omnino ſudores naturales, eo maxime quod nullus talis dici mereatur: & inſuper, quod hi omnes quos ſic nũcupant Medici, iuſtius dici merentur ſecundum naturam. Ratio profectò eſt, quia vt excrementi alicuius proprie dici poſſit naturalis expulſio, non ſufficit quod fiat à principio intrinſeco, ſeu facultate corporis, neque quod vtilis ſit & ab ipſa intenta: ſed neceſſum eſt vt id opus omnibus numeris naturale dicatur, & excrementi ſeparatio & expulſio mere naturalis exiſtat, quod tale excrementum ſit alicuius ſignatim coctionis: qualis naturæ ſunt fęces ex ventre, & iecoris vrina, bilis & fæx ſeu melancholia, atq; carnis ſordes & inſenſibilis halitus. Cum autem neutrum horum ſit ſudor, ſatis eſt eo quod vtilis exiſtit, & intentus à natura, eſſe ſecundum naturæ ordinem, ipſa agente, ac pellente in gratiam ſui quod nocuum fore perſentit. Certum enim eſt ſudorem non ſeparari ab aliqua prædictarum coctionum, vt excrementum proprium illius, ſed (*vt inferius conſtabit*) à calore agente in aliquam materiam coctione media, quam calor quantum poteſt conatur in vaporem commutare (res quidem diuerſa ab illius coctionis excrementis) qui rurſus vapor in aquam vertitur, quæ quidem tanquam alitioni inepta, ſicut metũ excrementum à carnis vi foras tranſmittitur ſecundum naturæ leges, quæ nocuum ſemper pellit vtcunque illi accedat, ſiue à propria coctione, ſiue vtcunque illi ſuccreſcat. Quo factum eſt, vt ſudor potius dici poſſit ſecundum naturam, quam mere naturalis, quia certiſſimum eſt, vtcunque erumpat, ſemper aliquid habere morboſum, aut neutrum, ſiue ex parte materiæ, ſiue ex parte facultatis, ſiue ex parte cauſæ mouentis, aut euaporantis humorẽ, modo ſit in ſtatu naturali corpus, modo in morboſo, aut in neutro: licet in hoc ſudoris genere latitudo non parua reperiatur alicuius rei, quæ neutra, aut non naturalis poſſit dici. Licet vtcunq; ſit, eius expulſio ſemper in ſudoribus his dici merebitur ſecundum naturam, quia non ſemper æquali vtilitate prorumpit, neq; confert, aut bene fertur: haud ſecus quam in reliquis euacuationibus, vbi licet natura operetur, non tamen ſemper voti & finis compos euadit, ſed aliquando degenerat in ſudorem præter naturam, aut ad minus in inutilem: eſt tamen ſudor præter naturam, in quo ipſa nihil agit, ſed prorſus patitur, vt inferius latius conſtabit.

7 Placet tamen antequam aggrediar diaphoretici ſudoris naturam & curationem, relegare ſtudioſos circa naturam & conditionem omnium ſudorum, quos ſecundum naturam nuncupamus, ad diſputationem de ſudore, vbi reperientur huic doctrinæ neceſſaria.

8 Ad noſtrum igitur laborantem redeuntes (quia hæc dixiſſe de ſudoribus in genere ſatis eſſe vi- [*De ſyncopticis & dia-*] demus) in memoriam reuocare oportet, dictum ſuperius fuiſſe, ſudores in duplici eſſe differentia. quoſ- [*phoreticis*] dam nimirum ſecundum naturam, ſalubres, vtiles, & proficuos. tum morbis, ad eorum expulſionem, [*ſudoribus.*] tum ſaluti, ad eius tutelam: quoſdam vero præter naturam, ſyncopticos & pernicioſos. Quorum profectò quidam diminute aut pernicioſe morbos iudicant; alii vero ſanitatem & corporis ſubſtantiam prorſus conterunt & diſſipant. Illos quidem quos in gratiam & vſum naturæ ipſa ſibi mouet, dictum eſt ſæpiſſime conferre & facile tolerari, quales ſunt qui præmiſſa coctione fiunt in die decretorio præcedente indicatione, & calidi per totum corpus, & ſine moleſtia erumpentes, ex toto morbum terminantes. Rurſus vero reliquos omnes aut vtiles ſolum exiſtere aliquo modo, aut inutiles, & malum aliquod portendentes.

9 Inter prauos ſudores annumerarunt veteres Medici ſudationes *ephedroſis* dictas, quæ tribus mo- [*Sudores præter naturam numerantur.*] dis damnandæ veniunt (eo quod nuſquam in vſum laborantium, & morbi profligationẽ ſuccreſcant) tum frequentia, quia frequenter vires ſoluunt inutiliter, tum paucitate, quia materiam totaliter non minuunt & imbecillitatem naturæ, aut renitentiã naturæ arguunt: Tum vltimo, quia partem aliquam principem, pernicioſe affici indicant. Tales enim ſudores plerunque lethales ſunt, maxime ſi præter id [*Ephedroſis.*] quod nihil conferant, etiam ſymptomata grauiſſima accerſant, quia præter id quod decretoria non ſunt, ſiquidem non decernunt, ſyncopim minantur ob reſolutionem pernicioſam ſpirituum, & ſolidarum

accidit autem ægris ſiccitas in deglutiendo, & ſuffocatio, &c. Ex quibus conſtat, hunc morbum anginoſam eſſe affectiuitem, cæterum multis modis diuerſam à vera & exquiſita angina (licet cum ea in ſuffocatione conueniat) quia hæc non raro carbunculoſa exiſtit & vlceroſa. Diſſidet etiam ab omni fere alia vlcerũ ſorte, ob impenſam malignitatem ſibi adiunctam, maxime ob maligniſſimam febrem; quam plerunq; ſibi adiunctam habet, præterquam quod hic pernicioſus affectus omnia ſimul vitia habet ad uncta, & contagioſus eſt.

Cauſæ. Cauſas huius pernicioſiſſimi morbi, qui ſtuduerit ad vnguem comprehendere, ſciat, id eſſe perdifficile, cum certum ſit, earum eſſe quam plurimas, quarum naturam, modum, conditionem, & originem non poſſumus capere. Quis enim pulcherrimi & formoſi pueri, vel hominis aut fœminæ huius, aut illius ætatis, cum ſani videantur, coniicere poterit, latere, & abſconditos eſſe adeo pernicioſos ſuccos, quod ſubito, aut quam breuiſſimo tempore, vbicunque ierint, exulcerent, corrumpant, putrefaciant, & vſq; ad gangrænam deducant partem. Nec minus mirandum erit, leuiſſimum faucium tumorem magnam moliri putrilaginem, & inuincibilem corruptionem: cum longe maiora vlcera, & turgentes, eleuati & magni tumores id non ita facile patiantur: quinimo breuiſſimo tempore, & leuiſſimis, atque communiſſimis præſidiis ad ſanitatem perducantur. At in hoc pernicioſo affectu, nec maxima proſunt, & ſi maiora adhibeas, non raro malum adeo exacerbatur, quod citiſſima morte laborans, quiuis is ſit, præueniatur. Quo profectu cenſeo, humores, qui ſiue à capite decidant, ſiue à toto in fauces, aut in caput eant, & poſtea ad fauces dilabantur, adeo eſſe inuincibilis naturæ, & pernicioſæ conditionis, quod ratione indomitæ eſſentiæ natura partis nullam coctionem, nullamque gratiam illis præſtare poſſit; & cum non ſeparentur, ocyſſime partem deuincant, ſuperent & prorſus perdant, ac celerrime in inſuperabilem, & contagioſam corruptionem degenerent. Mihi tamen dubium non eſt, hos poſſe eſſe bilioſus, pituitoſos, melancholicos, aut ſanguinem nimis vſtum; cæterum exiſtimo adeo ſortiri contrariam toto genere conditionem, & noſtræ naturæ aduerſam, quod dum in quouis loco recipiantur, quam facillime pars illa cedat, & ab eis ſuperetur, atq; corrumpatur, more peſtilentis conditionis. Quippe certiſſimum eſt, huiuſmodi deprauatam naturam non conſiſtere in qualitatibus primis aut ſecundis ſolum, ſed adhuc cum eis adeſſe eam formam, quæ nulla naturæ actione nata ſit, in partis quæ tales humores recipit, compagem, & ſimilitudinem mutare: quinimo ipſa pars protinus ab ipſis patitur tali paſſionis ſorte, qualis fuerit humoris conditio, aduſta, acris, mordax, & corroſiua; eo quidem magis, quo vel humores fuerint penetrantes, ac ſeſe facilius inſinuerint in intima partis, aut glutinoſa, & contagioſa, quod fixius adhæreat: medium quidem ad validam actionem ſummopere neceſſarium. Quibus omnibus carnium gutturis, & faucium mollities efficitur, teneritas & facilitas ad recipiendum & patiendum prædicta mala, non ſolum ea validiſſimis agentibus, verum à minoribus. 5

Humoris ſors qualitas [illegible] inueſtiganda. Sic profecto in natura cauſarum primo inueſtigabis *ſortem humoris*, in quo ſubiicitur hæc deleteria & maligna conditio. Secundo, *qualem habet lædendi poteſtatem.* Primum venaberis ea his quæ humorem peccantem monſtrant: nam bilem ex colore, ex amarore & ſiti, ac celeritate motus morbi; ſanguinem ex rubore, tenſione tumoris, & ex aliis quæ ipſum atteſtantur: aduſtum ſanguinem, bilem aut melancholiam, ea puſtularum quæ ſuperueniunt colore, aut ex modo putredinis ipſius vlceris. Dimitto hac in parte, vrinarum, pulſus, alimenti & vitæ anteactæ ſigna, quibus cauſa abundans monſtratur: nã ſæpe deprauata adeo humoris conditio naturam ipſius mutat, vt alterius ſortis videatur, præter quam quod ad veram huius mali prouidentiam, non tam nos ducit humoris natura propria, quam deleteria conditio acquiſita; ſi quidem citius compeſcitur alexipharmacis, quam aliis, quæ qualitatibus contrariis iis quæ propriæ ſunt cuiuſque humoris polleant. Et ob id conſuluimus conſiderare ſecundo in his cauſis lædendi modum: nam ex his humoribus, quidam ſerpendo lædunt, quidam abradendo, ſicut & alii exulcerando, & plerumq; puſtulas eleuando & intumeſcendo carnem ipſam, alii quidẽ putreſcendo, mucidam & putrilaginoſam reddendo. Quæ omnia diligenter ediſcere teneris, vt poſſis iuſte & legaliter præſidia cuiq; iuxta innatum lædendi modum præſtare. 6

Signa. Signis etiam in hoc malo mille rationibus opus habemus: nam licet pleraq; ſint cuncta anginoſis communia; tamen in hoc malo vnicuique eorum adiungitur quid nouum, malignius & periculoſius; quo facile cuiuis mediocriter erudito apparet, hanc ſtrangulationis ſortem à communi angina differre. Quippe vehementiſſima ſuffocatio, tumore & vlcere conſpicuis aperto ore, diuerſa eſt ab anginæ conditione apparente tumore. Item nihil conſpicuum videre & fœdiſſimum ſpirare, longe diuerſum eſt à vehemente angina, cum tumor non apparet. Præterea difficultas reſpirandi, & non raro deglutiendi, cum pectoris & dorſi dolore ac veluti compreſſione ſuffocante, ſimul cum peſtilenti odore, & vehementi harum omnium partiũ ardore, & rubore totius oris & colli, cum vocis & loquelæ vitio, ac linguæ extractione, & ſiti incõpeſcibili, pernicioſiſſimæ & peſtilentis conditionis ſupra anginam euidentiſſima exiſtunt ſigna, addita quidem ſupra anginæ conditionem, aut ſimilia his, quæ in grauiſſima angina depinxerat Hipp. 4. *acut.* 33. & Gal. 4. *de loc. cap.* 3. Quibus etiam accedit ſublimis reſpiratio & alta, ac ſpirituum reuulſio, cum maxima pinnarum naſi diſtenſione, *vt etiam retulerat Hipp.* 4. *acut.* 34. Quibus etiam accedit ſaniei per os & nares excretio, variis vlcerum coloribus, & intenſiſſimo fœtore nauſam plerunq; mouente cum ſordida excretione. In aliquibus vero extra, prope ceruicem, & infra mentum glandulæ apparent, peſtiferi morbi naturam redolentes, & vniuerſa ceruix, & collum intumeſcunt, & fauces cum rubore ſaturato inſtar laqueo ſuffocatorum. *Præterea* id malum pernicioſæ eſſe conditionis, cognoſcer, quia nullis præſidiis ex iis, quæ anginoſis prodeſſe ſolent, cedere viſum eſt: ſed indies magis ac magis hæc accidentia creſcunt, donec breuiſſimo tempore laborantium maiorem 7

partem

partem perimat, idque non raro intra quartum diem. Quippe ſæuiſſima affectio minatur longe maius & celerius periculum, quam id ſit, quod de communi angina prædixerat Hipp. 3. *Prorr. 16. & 4. aph. ſex. 30.* cum certum ſit, illa omnia mala huic ſuccreſcere, addita peſtilenti & ſordida putrefactione, ac inuincibili malitia, quæ reddũt affectum fere deſperatum. Maxime ſi accedant vlceris conditiones quas depinxerat Hipp. 1. *Prorr. 18.* quibus tu ipſe addere poteris eandem peſtiferam malignitatem: nam ſigna fere omnia oſtendunt iacturam caloris & virtutis, hæc autẽ diram mali conditionem, vehementiam ac poteſtatem, & vtriuſque ſimul cauſæ: ita vt non raro ſuccreſcant colliquatiui fluxus per aluum, aut per os quam ſœtidiſſimus, ſignum proculdubio ſtantis mortis. Quibus omnibus addes febrem, vel ardentiſſimam vel malignam, licet nõ ſemper talis incipiat, ſiquidem poſſibile eſt, a febre mite, aut benigna morbum incipere, poſtea vero, vel in malignam, ſeu latẽ putredinis mutari, vel in ardentiſſimam, ſi cordi acceſſit cauſa, vel cauſæ vapor aliquis exæſtuans. Nec multũ fidere oportet, ſi febris mox non appareat, aut lateſcat, nam ſæpe citius ſuffocat affectio, quam cauſa ſuccendatur: neque raro malignitas humoris corrumpit ſpiritus & mortem accelerat, ſine eo quod febris ſuccendatur. Quapropter varietatem hanc diligenter conſiderare oportet, & alia quæ in ægris ſingulariter conſpicimus, veluti fuit ſpurium pueri cuiuſdã, qui papillam nutricis ſugendo ore mi... ore venefico pleno, inflammationem acceſſiuit, & mortificationem partis vberis cum papilla; cui conſimile malum ſuccreuit patri huius pueri, cuius hiſtoriam hac in parte narramus. Quapropter cauendum eſt diligenter, ne ſic affecti deglutiant propriam ſaliuam, quinimo ora puerorum diligentiſſime ſunt abluenda penicillis & linteolis aliquo detergente madidis.

8 Curandi rationem qui exquiſite diſcere voluerit, expendat, nullum haberi certũ ac determinatum præceptum in hoc ſæuiſſimo malo, ex his quæ in morbis, fluxionibus aut vlceribus debentur. Nam hæc eſt lex & conditio perniſioſorum & malignorum morborum (præ cæteris ſi complicati) quod omnia præterquam quæ morbo cui adiungitur, mutet, euertat, & non raro eis & ſibi contraria expoſtulet. Hoc tamen vnum habent perpetuum, quod ſemper alexipharmaca expoſtulent, cunctis aliis præſidiis & alimentis admiſta. Quia cum potiſſima ratio breuiſſimæ mortis (præter loci affecti præſtantiam) ſita ſit in malefica conditione, & inuincibili natura, ob id qualitatẽ, quæ operetur tota ſubſtantia, potiſſimum expoſtulat. Quo ſuppoſito, ſtatuendum eſt in hoc grauiſſimo affectu, quæ prorſus & viciſſim ad ſe conuertunt omne curationis conſilium (ne quis exiſtimet, vno, eodemq; gradu ſemper incedendum eſſe in hac curatione) nam puerorum conditio & facilitas in patiendo maiorem requirit diligentiam, & diuerſam medicamentorum efficaciam, licet eiuſdem ſint officii: adultorum vero validiora expoſtulant. Item vlcera hæc, quæ celerrimam corruptionem minantur, protinus illis ſubueniendum eſſe indicant, licet vt vlcus eſt, aliter ſit agendum. Nonnunquam (non prorſus poſthabito vlcere puſtulatũ) ſuffocationis periculum trahit ad ſe omne præſidium: ita vt ante corruptionem, vel ſuppuratione, liceat tumorem aperire. Inſuper magnitudo tumoris, qui ad extima ſeſe extendit, auxilia extra & intra apponi iubet. Præterea venenoſa & deleteria conditio, alexipharmaca requirit, quæ ſi non profint, ad cauſtica, & vſq; ad ignem fore deueniendum indicat. Quapropter, vt his omnibus prouideamus, exemplo pueri propoſiti in genere, & iuxta naturam & modum affectus ipſius, generalia & illi debita peculiariter auxilia referam. & mox ad patris eodem malo affectæ per contagium à puero ſuſceptum, curationem deueniemus: vbi omnia quæ in hoc malo in adultis & pueris neceſſaria exiſtunt, repetiat diligens lector. *Curandi ratio.*

9 Viſa igitur ſæuitia mali huius pueri, cœperunt Medici diligenter omnia neceſſaria præparare, initio ſumpto à victus inſtitutione. Circa quam conſentientum fuit inter nos, ſufficere lactentibus lac, & his qui iam guſtauerint ſolidiorem victum, farre condito iure aliquo, aut ſolum concedere ius pulli aut pullæ, admixtis alexipharmacis, quæ perniciosam conditionẽ retundant, ac frænent, & ſimul alimentum præſtent. Huius naturæ eſt ſtillatica aqua ex pullis ſaginatis confectione *Alchermes, electario de hyacinto, radice ſchorcionera, & foliorum plantaginis ſcordii*, ſi hac lege extraxeris. Excipe *pullorum num. 2.* mundatos ab omni recremento; & eorum ventrem reple *foliorum plantaginis, ſcordii ana p. 1. radicum ſchorcionera vnciam 1. & ſ. confectionis Alchermes & electarii de hyacinto dilutis in vncis iij. aquæ roſarum & ſchorcionera, ana ℥. ij.* irrorentur omnia vino albo, & coquantur in lib. iiij. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & omnia ſimul inſtillentur duplici vaſe cum iure prædicto. Cuius inſtillationis admiſcebis aliquid porui, & præſtabis bis, terue in die, & hac lege infantem alere curabis. In quo opere etiam conſiderare oportet, neq; exquiſito victus modo vtendum eſſe, ne vires amplius labantur, neq; ad craſſitiem plurimum inclinare, ne mali cauſam adaugeas, ſed medio modo regetes: quia corruptio peſtilens non ſolum expoſcit victum, vt alimentum, ad virium cuſtodiam, ſed vt medicamentum, ad vitium humorum compeſcendum, vt Gal. conſuluit, vbi humorum eſt corruptio vel defectus. *Victus ratio.* *Aqua ſtillatica alexipharmaca.*

10 Victu hac lege inſtituto, diſputare cœpimus de ſanguine extrahendo: ſi quidem non defuerunt Medici, qui id renuerent: cæterum vnanimi conſulentium conſenſu, primo die ſanguinem miſimus, cruribus ſcarificatis, & mox octaua noctis hora brachiis, aut ſi vltra duos annos fuerit natus, ex venã brachii: quas non temere ſcindes, quia longe magis imbecilliantur pueri, quam cute ſcarificata: nam in hoc malo plurimum vereri oportet, vires plurimum deiicere, tanquam in peſtiferis affectionibus & in his, in quibus ad validam reſpirationem eis opus habemus. In quo opere ſtatuendũ eſt, ſi plurimum ad affectam partem fluxit, protinus ad brachia & cephalicas venas peruenire, quia viget magis quod in parte continetur, q̃ id quam fluxurum eſt; ſin aliter, in pueris qui ſanguine abundant, ex cruribus, & mox eadem die (vt dictum eſt) ex brachiis. Circa quod præſidium in pueris exequendum, conſulo, ne differatur, quia eius occaſio ſolum eſt, antequam fluxio in partibus contenta, ad putredinem commigret: *Sanguinis detractio.*

migret. Nam tunc temporis, ſi ſanguinem fuderis, ſummopere lædes (quæ cauſa fuit, quod multi Medicorum, viſo hoc damno, renuerint ſanguinem mittere) quia vires maxime diſſipantur, & nihil eius ſucci qui computruit, extrahes, neque reuulſione, neque deriuatione, neque vacuatione; quia putridum & in parte impactum, ſolis topicis aufertur. Cum hoc tamen validiſſimum præſidium fuit, viribus non reuenientibus, partem proximius euacuare, & ſub mento ſanguiſugas affigere, ſcalpello factis duabus ſcarificationibus, aut iuxta ceruicem cucurbitas ſcarificare, quandu in pueris venas ſub lingua ſcindere non datur, ob ineptitudinem ætatis. Euidentiſſimum quidé eſt, hoc præſidium ſanguinis ſolum dum confluit, prodeſſe reuulſionis gratia, aut totius corporis euacuatione, namq; vbi ſemel ſummum illud vitium contraxerit humor, velut topicum præſidium, ex vſu eſſe poteſt, vt mox dicemus.

Expurgandi ratio. Dubitatum etiam fuit inter nos, eſſet ne opus aliquo modo in hoc affectu, non ſolum in hoc puero, verum & in reliquis conſimili modo læſis, purgare; aut ſi eo auxilio opus fuit, *an liceat prius purgare, quam ſanguinem mittere.* Ratio dubitationis fuit vitium cauſæ, in impenſa cacochimia ſitum, cui magis ex vſu eſt purgatio, quam ſanguinis detractio; quam rationem fulciunt, quia hoc ſolo præſidio aliquando viſum fuit, pueris ad integram ſanitatem recuperandam ſufficere, ſicut aliis ſanguine detracto, vires plurimum fuiſſe deiectas. In qua hæſitatione cenſeo, raro poſſe eſſe vtile, ſaltem in pueris, initium curationis ſumi à purgatione, quantumuis vitium in cacochimia ſitum exiſtat: quia cum pueri nequeant tuto ſumere ſeligens medicamentum, & leniens ſit inutile, & cum tota ratio periculi ſita ſit in fluxione per venas capitis, & licet conſenſus pendeat à toto corpore, & inſuper præſtantia partis, ab ipſa deponi noxium ſuccum indicet, idque non ſolum eadem die, vt ſolet in purgationibus contingere, ſed eadem hora, videtur, cacochimiam, quæ ſanguini eſt admixta, citius & ſecurius ceſſuram ſanguinis detractioni, quam expurgationi, licet poſt ſanguinis detractionem, aut ſcarificationem, ex vſu ſit aliquantulum purgare, vel *manna* iure pulli diſſoluto, vel ſerapio ex ſucco *roſarum Perſicarum, aqua ſcorcionera* & *ſacchara* facto, aut *ſerapio regio*, quantitate vnius vnciæ. Cum hoc tamen, ſanguinis remedium facilius redundantem ſuccum, ſi vitioſus, & calidus ſit, attemperat, & eo etiam, ſi quid impetu ruit in affectam partem, ſine turbatione & agitatione eius quod intus remanet, reuellitur, aut deriuatur id quod iam iam prope partem affectam mox caſurum inſtat. Quæ opera neq; ita facile, neque ſecure purgatione efficies; ſecus tamen res ſe habet in curatione adultorum, vt mox leges.

De topicis auxiliis. De vſu topicorum referam quæ ſentio, ſi prius dixero, quare ex pueris plurimi ex hoc malo moriantur: quippe ipſos topicis auxiliis curare, ſumme eſt difficile; tum quia neque tolerant neceſſarias euacuationes, neq; topica auxilia admittunt, ob inſipientiam & puerilem conditionem; ac ſi quando ea adhiberi poſſunt, adeo eſt eorum ſubſtantia facilis, quod citius diſſipetur, quam frænari poſſit mali ſæuitia: quinimo citius ſine ipſis ſanantur, ſi quidem neque oris collutiones, aut gargariſmata admittunt; & ſi tentaueris violentia aliqua aliquid horum efficere, ſi exiccantibus, & maioris momenti præſidiis id feceris, proculdubio ipſis deuoratis magis læduntur. Quapropter eis non licet vti, niſi in deſperatis; & ob id mitioribus & ſecuris ſemper vſus fui. Sic enim ſanguine miſſo, mox ad topica auxilia properauimus in noſtro laborante, initio ſumpto ab his quæ fluxionem prohibent: nam à primo die adhibuimus (quia vlcus nondum inceperat) quæ vim habent attemperandi, repellendi, quo minus pars affecta reciperet, & magis repellatur, quod influxit. Talia autem ſunt, *decoctum hordei cum aceto roſaceo, aut ſyrupo roſaceo*: item *ſuccus granatorum acidorum cum aqua plantaginis, decoctum capitum roſarum, cum corticibus granatorum*: etiam *ſyrupo de roſis ſiccis, cum modico ſyrupo de moris, & aqua hordei, myrrhis & ſeminis eius*. Hoc vnum obſeruatiſſimum habeo, nimirum omnes oris & gutturis collutiones efficere ſupra decoctum eius celeberrimi medicamenti, quod Medici Hiſpani *Contrayerua* nuncupant; maxime ſi mucoſa & viſcida pituita abundauerit. Prodeſt & *aqua cum aceto roſaceo*, ſi ardor fuit magnus: verum ſi adhuc ardor intenſior fuerit cum ſiccitate, vteris *lacte quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris & acetoſa, cum aqua plantaginis, aut lacte capra*, tranſacto principio, vel ex *amygdalis dulcibus cum eadem aqua*, maxime ſi vlcus nondum inceperit, aut fuerit aliquod putredinis veſtigium; nam eo tempore fugiendum eſt à lacticiniis. Quibus omnibus os pueri colluere iuſſimus: ac ſi mordax & erodens humor fuerit, admiſcebis quæ leniant & attemperent, vt *mucilagines pſyllii, & ſeminis citoniorum, lac ſeminis melonum & cucurbitarum*. In hac vero curatione, quantumuis in principio repellentibus & adſtringentibus vtendum ſit, non tamen ſemper ex vſu exiſtunt: nam ſi venefica & corroſiua ſit materia, tunc quidem minus oportet adſtringere, magis attemperare & exiccare, ac putredinem inhibere, atq; alexipharmacis corrigere deterrimam fluentis ſucci conditionem. Quippe certum eſt, ſi vitioſum humorem compeſceris, maiorem fieri corruptionem & putredinem, ac citius partes erodi & putreſieri: quo caſu ſtillotica aqua ex *hordeo & plantagine*, & *radice Chinæ ſcordio*, atq; *coriandro præparato*, & aliis huius naturæ, rem ages, admixto modico *aceto roſaceo*.

Curatio. Verum cum hæc omnia ſic adhibita nihil profuiſſent, quia vlcera & putrefactio interius & intenſius ſerpebāt, & inualeſcebant magis, neceſſum fuit ad valentiora exiccantia peruenire, quantum permiſit incapacitas puerorum. Quo tempore vſi fuimus collutione ex *aqua aluminoſa*, & cum inſufficiens quoq; fuiſſet, addidimus colaturam *vnguenti Ægyptiaci*, & vltimo parum *Arſenici*, quo minus mucidum apparuit vlcus. Cæterum nequit intrepide his validis medicamentis in pueris vti audeat: expēdat, Arſenicum, niſi diligenter præparetur, citius pueros ſuffocare: ob id oportet in ligatura parū eius apponere cum *aqua maluarum & roſarum*, non tamen comminutum, ſed integrum, & prædictæ aquæ

partem

partem colluere hyſſopo penicillo intincto, quo partem colluimus, & minus aut nihil pueri deglutiunt: quod ſummopere cauendum eſt: vel poteris in ligatura apponere parum *vnguenti Ægyptiaci* cum *aqua hordei & aceto roſaceo*, & partem ſic abluere penicillis in eo intinctis. Ego quidem arbitror, plures pueros interfeciſſe vſum horum medicamentorum, quæ cauſtica ſunt, quam affectionem ipſam. Quapropter id opus caute aggredi neceſſum eſt ſenſim, paulatim, & admixtis his, quæ lenia & manſuetiora ſunt: ſi quidem pueri neq; os ſufficienter aperire poſſunt, neq; poſſumus impedire, quin aliquid horum deuorent, non ſine magno eorum periculo. Et ob id ſemper vſus ſum collutionib. alexipharmacis, vt ſi quid deuoretur, prodeſſe etiam poſſit; qualis natura eſt apozema, aut iulep ex aquis cordialibus, cum confectione *Alchermes*, aut *de hyacintho*, aut puluer ibus *lapidis bezoar*, *tamarindis*, cum ſyrupo *acetoſa*, aut de *ſucco limonum & borraginis*.

14 Verum cum his factis mitius apparuiſſet malum, cœpimus exterius exiccantia eo tempore adhibere, quale eſt emplaſtrum ex *farinis & oxymellite*. quo poſito, cœpit puer facilius ſpuere mucoſa, fœtida, & glutinoſa multa, ita vt coegerit aſſiſtentes & patrem, digitis extrahere humorem illum, & frequenter os colluere: & tandem copioſo humore excreto, puer lente & paulatim melius ſe habuit, & facilius reſpirauit, & libere deglutiebat.

15 Sed mirabile dictu, erat quidem dira humoris conditio adeo pernicioſa, efficax, & contagioſa, quod digitum patris indicem, quo extrahebat eum ſuccum ab ore filii, mordicaret, & in ruborem moueret cum dolore: tandem mox pater conquerebatur de difficultate reſpirandi & deglutiendi cum dolore & tumore faucium, ac ſaturato colore, & glandulis extra apparentibus iuxta mentum. Ex quibus ſecundo die halitum praue olentem expirabat; ita vt iure optimo poſſis colligere, contagione filii patrem fuiſſe affectum. Namq; ſecundo die cœperunt partes illę exulcerari, & mox fœda & corruptiua putredine ſummopere fœdari.

16 Quibus præmiſſis, & principio contagionis conſideratis, inſtituimus eam victus rationem, quæ vires plurimum & frequenter reficeret, & minus ob copiam aut craſſitiem grauaret, atque cum hoc alexipharmaci vires ſortiretur. Verum licet putredinoſa affectio exiccantia expoſtulaſſet: tamen quia vt virium indigentia magis vigebat, & neceſſitas admiſcendi hæc cibaria cum fœdatis humoribus, quo minus putreſcerent, & ſua natura virium & calorem compeſcerent, vſi fuimus his quæ modica acida erant cum cibariis ipſis: veluti fuit ſuccus *arantiorum*, *limonum*, *agrimonia & acetoſa*, vt iuſculis admixta facile ſe ſe in viciatos humores inſinuarent: nam vbi humores putredine periclitantur, talia & ſæpius adhibita porrigenda. Præſtitimus etiam ex oleribus *lactucam*, *ſcariolam*, *acetoſam*, *cicorium*, & *agrimoniam*, ſæpius per ſe coctas, ac nonnunquam iuribus admixtas, cum modica carne *pullorum*, & *agreſta*, aut *ſucco acetoſa*. Nec tantum ſolis oleribus vſi fuimus, cum pomis acidis aſſis, quia ſolidiora deglutire non poterat. Potus erat aqua *decocta hordeo & acetoſa*, aut cruda, cum modico ſucco granatorum acrium admixta.

17 Qua victus inſtitutione præmiſſa, fuit inter nos non leue dubium, an expediret prima die expurganti medicamento vti, aut ſanguinis detractione: quippe non defuerunt vnicuiq; harum opinionum rationes. Nam cum cacochimia præualuiſſet, videbatur ſtabilitum eſſe, purgatione ſtatim vtendum. Item fluxionibus per venas factis ſubueniendum ſanguine miſſo, & vtroq; auxilio vtendum eſſe, vbi ambo vigent, aut impetu alicubi humores ruunt.

18 In cuius beneficii adminiſtratione expendendum eſt prius, quod ex his, qui hoc morbo corripiuntur, multi ſola plenitudine depoſita, ſanitati reſtituuntur: quia partim illud quod ad fauces defluxerat, leni gargariſmate repellitur, aut reſoluitur, aut per excretionem expurgatur: alii clyſmatis iniectis, aut leui purgatione melius ſe habent, quia ex cruditate ventris, aliquid ad caput irruebat, quo delapſo ad fauces, id malum concitabatur. Qua ratione depoſitis cruditatibus, ſubſidebat affectio. Alii rurſus leuibus diuerſionibus per frictiones, cucurbitas, ligaturas & ſcarificationes, protinus malum ceſſante, eo quod ex inſolatu, aut frigore cœperat aliquid ad fauces defluere. Nonnulli vero, nec ſanguine miſſo, neq; expurganti adhibito, neq; vllo diuerſionis genere leuamen ſuſceperunt: quinimo per ſingulas horas adeo inualeſcebat malum, quod intra quartum pene ſuffocarentur. Ratio profecto eſt, quia ſimul cum humorum copia, adeo erat eorum natura pernicioſa & peſtilens, quod citiſſime in vlcus & putrilaginem grauiſſimam deduceret partem, & humorem. Quapropter ſciſcitandum eſt, *purgatione prius, an ſanguinis miſſione* vtendum ſit. Et ob id in noſtro caſu & ſimilibus, peculiari conſideratione eſt progrediendum, ac diligenter conſiderandum, quod humor impetu ruens ad fauces, quantumuis vitioſus & incorrigibilis exiſtat, *vt antea in pueris diximus*, potius ſanguinis detractionem expoſtulat, ob impetum, & periculum ex præſtantia partis, quam ob innatam corruptionem & vitium, expurgans medicamentum. Qua ratione optime conſultum fuit, in hoc viro longe maius faceſſere negotium, & minari periculum, impetum ruentis ſucci, quam malitiam ipſius, & ob id in eo, & ſimilibus celerius, & eadem hora oportet ſanguinem mittere ex brachio, & ſuperiori vena: quo facto, impetum frænauimus, & copiam fluxuram depoſuimus, & cacochimiæ expurgandæ pharmaco locum dedimus. Quippe expurgantia medicamenta, licet reuellant & euacuent, non ita celeriter, & tuto, vt ſanguinis miſſio. Quapropter ſemper magnifeci in huiuſmodi curatione, initium ſumere à ſanguinis detractione, niſi adſit, aut praua admodum victus conſuetudo, aut affectus, qui mox à principio non plurimum vigeat. Placuit enim magis in vltima parte principii, ſi cacochimiæ ſimul fuerit maxima vrgentia, aut in augmento, ac non raro in ſtatu, vt in turgentib. opus eſt, expurganti vti.

De ſanguinis miſſione.

pharmaco, quam vbi periculum eſt ſuffocationis, aut citiſſimæ corruptionis, ob impetum & prauam fluentis humoris conditionem, præſentaneum ſanguine miſſo differre præſidium: citius enim reuelletur humor fluens (præſertim à capite) ſanguine miſſo, quam pharmaco purgante. Non enim in hoc caſu gratia coctionis materiæ, vt in aliis, differimus purgationem, ſed vt eo auxilio vtamur, quod citius ſubueniat: ſiquidem compertum habemus, hos malignos ſuccos incoctibiles eſſe, ac ob id quam citiſſime euacuari deſiderant. Verum vt quiſque melius vti occaſione ſciat in hoc periculoſo affectu, expendat, quod interim dum fluit humor, vtroque auxilio vti poterit; hac tamen diſtinctione præhabita, quod mox à principio, & dum fluxio ob magnum impetum minatur periculũ, ſatius eſt vti ſanguinis detractione, parce tamen, per interualla, & quæ impetum frænet, ob maiorem reuulſionem, & quæ modice copiam minuat, cauentes ne vires labantur; quod ſummum accerſit periculum. Quapropter licet maiorem euacuationem expoſtulent impetus & humorum copia (niſi fuerit in robuſtis corporibus) euacuationes non ſunt ducendæ ad extremum, ſed quod deeſt, ſupplendum mi[illegible] diuerſionum ſortibus, frictionibus, cucurbitis, ligaturis, lotionibus crurum, & frequentioribus ſcarificationibus.

Purgandi [illegible]

19 Cæterum quia cacochimiæ vrgentia non raro ſolet ad ſe allicere curantis conſilium, vbi ſemel, bis, aut ad ſummum, ter (quia parciſſimas oportet facere has euacuationes) ſanguinem miſeris, nullo habito reſpectu ad tempus morbi, neque ad cruditatem humorum, ſed ſolum quia incoctibiles ſunt, & ſummam minantur & immedicabilem corruptionem, purganti pharmaco protinus vtetis, quod vehementis poteſtatis non ſit. Sat enim eſt, ſi à principio purgaueris, vti *ſirupo regio*, aut eo quam Principi noſtro inſtituimus ex *ſucco roſarum Perſicarum cum ſacchаro & aqua ſcorzonere*. Quod ſi iam prope ſtatum purgaueris, potius *rhabarbari* infuſum addere (vel ſi à principio biliosorum apparuerit magnus prouentus) *aut pulpam tamarindorum*, vel *emulſionē ſeminis carthami*, aut *decoctum pugini*, maxime ſi cognouerimus ob ſanguinem miſſum, deterrimos ſuccos eſſe immixtos & ſolutos: quo caſu oportet admiſcere aliquid attemperans, leniens, & mulcebrem reddens purgandi ſucci conditionem, velut eſt decoctum *violarum, hordei, ſeminum frigidorum omnium, aqua roſacea & oxalydis*.

Partis affectæ prouidentia & curatio.

20 Hoc facto (aut infecto, ſi purgatione opus non fuerit, vt exequuti fuimus in hoc laborante) omne conſilium dirigi debet ad partem affectam; in qua conſiderandum eſt, tumorem adeſſe anginoſum, & vlcus, & putrilaginem humoris, & non raro carnis ſubiectæ. Siquidem hoc malum ſimplex non eſt, ſed complicatum ex anginoſo tumore, & vlcere, cum humoris virulenti pernicioſiſſima conditione. Et cum potiſſima ratio difficultatis in omni curatione ſit, vel defectus virtutis, quæ auxilia tolleret, vel complicatio affectuum diuerſa auxilia expoſtulantium, aut eadem non admittentium, & inſuper pernicioſa humoris conditio: ob id primo, vbi hæc omnia in vnum coeunt, videndum erit, *quid agere oporteat, aut quid cum quo, vel ſine quo fieri nequeat*. Vlceris enim legalem curationem partis inflammatio remoratur, inflammationis namque abſtergentia, & repugnantia, qualia vlcus requirit, refugit: nentrum vero horum libere & ſecure admittit, quæ putrilaginem impenſe exiccant, vt quæ fere naturam cauſticam, & exurentem attingant. Ex quo compertum habuimus in hoc viro, & aliis laborantibus, hæc cauſtica inflammationi & vlceri ſummopere eſſe nociua ſuppurantia corruptioni. Verum antequam vltra pergam, referam libenter, quæ inter nos in hac curatione decreta fuerunt, nimirum inter topica auxilia, quædam eſſe, quæ ex his omnibus ſic complicatis ſummopere profuerunt, & reliquis laborantib. prodeſſe poſſunt: & alia, quæ vnicuique prædictarum affectionum proficua ſunt, licet alteri quodammodo noceant: cæterum cum hoc vtiliter præſtari, vbi viciſſim, & per interualla adhibeantur, aut vrgentiora, reliquis e toto non neglectis. Quorum omnium vſum & modum ſeorſum meminero; nam ſi ca adhibita ſummopere profuerunt, initio ſumpto ab his, quæ omnibus prodeſſe poſſunt.

De topicis euacuantib.

21 Inter topica auxilia ſciendum eſt, quædam eſſe euacuantia à parte, ſiue vlcus, ſiue tumor ſit, ſiue humor maleficus, non ſine magno vtriuſque beneficio. Sic profecto factis per ſanguinis miſſionem, & expurgans medicamentum euacuationib. à toto corpore, & materiæ ante cedentis & fluentis; conſultum fuit, tundere venam inter indicem & pollicem: cæterum maior vtilitas ſequuta fuit venis ſub lingua ſciſſis. Qua euacuationis forte vlcus non male ſe habuit, & anginoſus tumor longe melius, quia liberalius & facilius reſpirare cœpit: quod ſane opus fuit ex Gal. *conſilio* 13. *Meth.* 4.11. Verum quia lingua in tumorem etiã elevata non detumeſcebat, iis adhuc factis, iuſſimus linguam per latera leuiter ſcarificare, *vt nos docuit Paulus li.* 3. *c.* 27. Neq; erit ab re, *vt conſuluit Cornelius li.* 4. *c.* 4. palatum, ſi gurgulio intumeſcat, ſcarificare, vbi prius os aqua calida colluetis, quo facilius ſanguis, ſi craſſus ſit, fluere poſſit. Quod ſi à capite malum inſtillare cognoueritis, vtiliſſimũ erit venam aperire, aut ſi à parte cerebri interna fluxio dilabatur, naſi venulas. Præſtant non minorem vſum hirudines ſub mento, & aliis partib. iuxta ceruicem, & collum affixæ, eo maxime, cũ glandulæ intus aut extra, tumentes apparuerint, vel tactu extra facto, dolor conciterur. Sic etiã ſi inflammatio, aut vitium ſe extendat ad maxillas, ceruicem, & collũ, cucurbitas ſcarificabis, maxime ad latera ſub ipſis. Quod ſi tumor aperto ore non fiat conſpicuus, ſed intus reconditus, maiorem reſpirandi & degluttiendi difficultatem inferat; tunc profecto parum infra occipitium, inter primam & ſecundam vertebram, oportet cucurbitulam ſcarificare. Cæterum ſi vlteriores euacuationes non ferat amplius laborans, aliquam ex prædictis cucurbitis, oleo & ſale perfricabis, quo ad exteriora humor in parte affecta contentus deriuatione euacuetur: ſed caue, ne magis ad partem affectam euoces: & ob id aquoſum ſanguinem ea frictione curabis euacuare, aut iterum affixa cucurbita extrahere. Hæc itaque ſunt præſidia, quæ vlceri non nocent, & anginoſis affectionibus ſummopere proſunt.

Verum quia periculum eſt, ne humor exulcerans corrumpatur, his factis aut aliquibus, ad emplaſtra, quæ corruptionem inhibent, deueniendum eſt, (non quidem ad [illegible] antia) quale eſt, quod vulgo *contraſtomenon* dicitur, exiccans & putredinem inhibens: aut id quod ex nido hirundinum paratur, ſimul cum hirundine combuſta. Nec laudo quæ maiores habent attrahendi vires, vbi timor eſt impenſæ corruptionis: ſatius enim erit reſpiratoria adhibere, quam cauſtica, niſi vlceris virulentia id poſtulauerit. His omnibus factis, quod maxima nobis faceſſit negotium, in hoc & ſimilibus laborantibus, eſt vlcus, quam & particula vbi præeſt, & vlceris conditio, & facilitas earum ſtillarum paſtium in patiendo, quam citiſſime grauiſſima acceſſunt mala. Quippe affecta particula ex h[illegible] eſt, quæ non ſolum vlcus reddunt humidum tenui & ſanioſo ac virulento excremento, ſed & peſtiferum, ac ſumme perniciosum. Quod ſane mox craſſiſſimo & viſcidiſſimo mucore inundat, & ſordide maxima pullet, cū varia & peſſimis coloribus, & grauiſſimo fœtore, quæ omnia contagioſum & malignius reddunt vlque ad putreſcentiam carnis & oſſis. Denique omnibus fere modis difficillimæ curationis exiſtit & eo maxime, cum alimentum ad vlcus veniens etiam ſua natura vitioſum exiſtit. In qua ſane affectus forte non ſolum oportet conſiderare, quæ in vlceribus curandis docuit Hipp. *lib. 2 prædict.* & Gal. 3. *Meth. c.* [illegible] *& 6 loca cap. vltimo*, verum adhuc his omnibus conſideratis, & recte adminiſtratis, nullum, aut quam rariſſimum ſolemus conſequi ſubſidium, quia experimento confirmatum habemus, hęc vlcera longe maligniora cheironiis vlceribus, & reliquis, quę antiquitas vt difficilia cognouerat: quia partis præſtantia, & celeritas ſuffocationis non ſuppeditant ſufficiens tempus ad eorum curationem. Et ob id mox à principio diligenter venari oportet vlceris ſtatum, ſordidū ne ſolum ſit, an cum hoc, putrilaginoſum, fœtidum, & corroſiuum: nam iuxta vnumquodque horum, auxilii naturam & conditionem inſtituemus. Sordidum igitur vlcus, tale tribus modis redditur vel tenui & ichoroſa humiditate: vel craſſa, mucoſa, & putrilaginoſa pituita, viſcida & maligna: vel vltimo ex carne corrupta, putrefacta & ſtiomenoſa. Quo fit, vt vlceris curatio iuxta primam cauſam ea expoſtulet medicamenta, quæ non ſolum vires habeant abluendi, ſed & adſtringendi, & abſtergendi, ac reprimendi malignam conditionem. Nā ſi illis ſolum, vt in alis vlceribus, vti volueris, mox reperies, in maligniorem conditionem vlcus mutari, & prorſus fieri immedicabile. Quapropter mox à principio adhibere oportet gargariſmata, aut lotiones ex decocto *roſarum plantaginis, hordei, ſolatri, myrthi, capitum roſarum, & ſaccharo*: & rurſus eadem die addet purum *aqua aluminoſa* vel *aluminis rubri*. Præſtat etiam, dum intemperies & rubor vigent, vlcus colluere *aqua aluminoſa*, additis *modico aceto & ſacchara*, aut *ſyrupo granatorum*. Nec minores vires habet *hordei ſabarum, & lentium orobi & lupinorum decoctum cum aceto roſaceo*. Prodeſt & *ſerum lactis ferro ſactum ſemine portulacæ, & foliis plantaginis, cum modico aceto roſaceo, & oxymellite*. Neque erit abre, his collutionibus addere *ſuccum plantaginis*, & puluerem *aluminis ſciſſilis, & coralli, vel marmoris præparati*. Præſtat & ſuccus *portulacæ*, clarificatus cum *aqua roſarum, & modico oxymellite*. Quod ſi primo die, & ad ſummum ſecundo, conſtiterit, ſordidius reddi vlcus, & craſſa, mucoſaque ſorditie fœdari, immorandum in his auxiliis non eſt, ſed ad fortiora tranſeundum, antequam malum in carnis corruptionem commigret: nam ob id ſæuiſſimum hoc malum non migrauit in mortem huius laborantis, licet vſque ad vltimam ſorditiem perueniſſe videretur: quia protinus addidimus prędictis collutionib. valentiora abſtergentia, & longe efficaciora exiccantia cum modico *myrrha & melle*: item parum *ſulphuris & auri*, & *aluminis crudi*, cum *ſyrupo & roſaceo aceto*, quo ſimul pars attemperaretur, quibus parū *oxymellitis* ſemper addere vtiliſſimum fuit. Et quia adhuc vlcus ſerpendo creſcebat, vſi fuimus ſucco *malicorii & roſarum cum pauca aqua aluminoſa & plantaginis*, addito puluere *ſulphuris*, aut, ſi malum ploſius [illegible] ſerpas, *atramenti ſutorii*. Poſſumus vti *ſucco plantaginis & portulacæ cum puluere aluminis*. Verum ſi hæc non proſuerint, ad fortiora venire oportet, quale eſt *mel roſaceum cum puluere ſulphuris, gentiana, coralli* [illegible] *vel hæmatitis, ſpodii, ac viridi æris*. Cæterum quia ſic cœpit cruſta in vlcere apparere, curationem [illegible] ad [illegible] paulatim cruſtam, cum collutione ex lacte *aſinino aut fero* ſemota autem cruſta, *amylo* cum *lacte caprino aut amygdalarum dulcium vel farina fabarum, hordei vel volatili*, quo alimenta citra dolor. in deglutitione potu fier. Quem quoque vſum præſtitit *emulſio quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris, & modico puluere terræ ſigillatæ aut boli Armeni*. Curauimus etiam, ne lacheſcet vlcus ſed daretur ſordidius, abluere *aqua plantaginis, aluminoſa aut hordei cum ſacchara*.

24 Verum quia ſub cruſta apparuit quarta die carnis mollitudo, & putrilaginoſa ſordities, diligenter curauimus tertia die cum memoratis decoctum *lentium & lupinorum* addere cum *vnguento Ægyptiaco*: & quia ſhlntio cito pręcribat, illinire partem cum eodem vnguento & modico melle: & mox, quia nihil proficiebat, partem penicillo madido in aqua viridi contigimus. Eſt quidem aqua hæc mirabilis efficaciæ quia componitur ex quatuor *granis arſenici, & modico viridi æris, liquatis in aqua roſacea*. hæc quidem modice exiccauit partem, cæterum non ſufficienter. Quapropter coacti fuimus ad validiora eſcharotica peruenire; nam prædictis collutionibus addidimus modicum *calcitidis*, aut *pſori*, aut *myſi*, quia nobis compertum fuit, partem liuido, & mox nigro colore inligniri: ſigna quidem maximæ mortificationis, & ea ratione glandulas vtrinque ſcalpello ſcarificauimus, & abluimus aliqua ex prædictis lotionibus exiccantibus, & mox penicillum madidum *aqua roſacea*, & inſperſum aliquo ex prædictis medicamentis, ac parti ſcarificatæ appoſuimus, donec cruſta fieret. Cui profecto cruſtæ fidendum non eſt, niſi prius pars profundius ſcarificata fuerit, quia aliter mollitudo & corruptio profundius permeat. Verum quia partes gutturis ſunt facillime alterabiles, non licet his vti medicamentis citra magnam præparationem per vſtionem & frequentes lotiones factam. Quibus præmiſſis, ea medicamenta liquauimus *aqua roſacea, plantaginis, aut hordei*, donec vlcus exiccatum, & deter-

Aqua viridis compoſitio, mirabilis efficaciæ.

[illegible]

frequentius purganda: Bilioſa longe frequentius, præmiſſa tamen attemperatione maiori, & miteſcenda. Præterea pituitoſa per vomitum & ſeceſſum educenda, vt ſolet natura: ſalſa per ſputum; bilioſa per inferiorem aluum, ea diligentia in omnib. habita, quod nuſquam aggregari ſinamus læſuram quantitatem, quia vomitu, expulſione aut purgatione minuatur, antequam in doloroſam aut aliam moleſtam acceſſionem degeneret.

Sed ne quis exiſtimet his ſolis euacuationib. ſemper agendum fore in quouis rheumatiſmo, expendat, has quidem eſſe quæ frequenter & ea tempore beneficium præſtant: cæterum eſſe alias, quæ maioris ſolent eſſe momenti, & radicitus malum extirpant, maxime ſi conieceris, non cuiuis harum fluxionum quoduis euacuationis genus conuenire, ſed cuiq; proprium ſuum. Nam dum rheumatiſmus congregatam materiam ad tertiam regionem corporis extendit, ſulphurea balnea magni ſolent eſſe momenti & vius; maxime in craſſis & pituitoſis recrementis, quia mirum in modum fundunt & attenuant, quo facilius exiccant & reſoluunt. Verum vbi pituita fluxilis eſt, ſudoribus ſecurius euacuabis, ſicut dum ſalſa præfuit, per apophlegmatiſmata ad os & nares euocata ſecurius educitur, & prohibetur, ne intus recurrens, in thoracem, aut forſan ad ventrem retrocedant effectura dyſenteriam, vel alios alui fluxus. Sic bilioſorum excrementorum prouentus (vt dictum eſt) purgatione leui, aut addito rhabarbaro compeſces: quo maſticato ſi vtaris ſemel aut bis in hebdomada, præſidium maximi momenti efficies, & aliis etiam purgationibus vteris, quas inferius leges. Verum ſi in capite cognoueris (cuiuſuis ſit naturæ) aggregari, vel quod natura ex alimento male conficiat, vel conſueta, non valeat (vt de more habet) expellere, aut retentrix validius agens nõ permittat defluere; tunc profecto fontanellis, vbi locus affectus popoſcerit, rem omnem committes, non ſine magno beneficio & vitam calamitoſam ac mille rheumatiſmis plenam auferes. Caueбis tamen ne hæc omnia mala ex impotentia capitis ob defectum humidi radicalis & innati calidi, proficiſcantur. Quippe tunc, quo pluribus aut frequentioribus vſus fueris euacuationibus, eo plus lædes. Nam ob hanc rationem in rheumatiſmis, quæ fontanellis videbantur poſſe curari, nullum percipimus beneficium, quinimo longe maius in fluendo damnum; quia imbecillior redditur particula frequentibus euacuationibus: ſolum enim eo caſu ſupereſt per propria capitis emulctoria naturam euocare & laceſſere ad vacuationem, & per caput purgia, dentifricia, ſternutatoria, & apophlegmatiſmata.

Noſter tamen laborans ſanitati, Deo auſpice, reſtitutus fuit, eo quod pituitoſis abundaret recrementis, quæ natura nequibat pellere, frequentibus purgatiunculis: nunc pilulis Arabicis, nunc cochiis in parua doſi; tum vero ex agarico & hiera ſimpl. Gal. tum vltimo ſerapio noſtro hac lege confecto.

Serapium ad affectiones rheumaticas.

Recipe *maioranæ, ſtœchados, & borraginis, ana* p. iij. *coriandri præparati confracti* ℥. ij. *foliorum pentaphili & ſapalorum, ana m.* iij. *epithymi* ℥. ij. *& polypodii* ℥. ij. ß. coquantur in li. iij. aquæ vaſe cooperto, ad medietatem, & poſtea ſimul omnia inſtillentur in balneo Mariæ: & huius inſtillationis ſume li. j ß & infunde, *agarici trochiſcati ligati* ℥ iij. ß. *pulpæ ſeminis charthami* ℥ ij ß *foliorum ſenæ* ℥. iij. & tranſacto leui feruore, leuiter exprimantur, & clarificentur, & abiecta reſidentia, adde liquoris *nouem infuſionum Perſicarum, ſucci pomorum dulcium, & ſucci lapulorum, ana* ℥. iij. ß. *& cum ſacchare* fiat ſerapium. Huius poteris porrigere ad vncias tres, bis, terue in menſe, & ventrem atq; caput purgabis. Verum quia reciproca capitis & ventriculi actio in ſic affectis plerunque viſitur, adeo vt caput in ventriculum ſeſe exoneret & afficiat, & rurſus ventriculus caput lædat vaporibus, non ſolum ex alimentis ſed & ex excrementis quæ à capite ſuſcepit, neceſſum erit, ne frequenti purgatione virtus eius labatur, vomitibus ſemel aut bis, in hebdomada ipſum abſtergere & abluere. Quo præſidio laborans noſter ſummopere leuabatur, maxime cum vius erat melle roſaceo noſtræ inuentionis, quo & caput & venter leuamen notatu dignum percipiebat.

Mel roſaceum ventrem & caput roborans.

Recipit *aquæ ſtillatitiæ ligni Guaiaci, ſpartaparellæ & radicis Chinæ* ℥ xiiij. *ſucci roſarum rubearum* ℥. iij. *ſucci abſynthii Pontici* ℥ i. ſ *paſſularum Corinthiarum, & florum ſtœchados* p. i. poſt noctem exprimantur, poſt clarificationem adde ſacchari partes duas, mellis optimi partem vnam, & fiat ad modum mellis roſati, & addein ligatura, interim dum coquitur *pulueris aromatici roſati & diamargariti frigidi ana* ℥ i ſ *confectionis Alchermes* ℥ ij. Huius poteris porrigere ℥ j. cum aqua cerafiorum, aut tiliæ, præparat enim mirabiliter quæ in ventre continentur, & ipſum roborant, vel facilius concoquit, & expellit, vel ad vomendum aptior redditur, atque capiti eſt magni momenti.

Quibus toto menſe Maii factis, cum conſtaret, adhuc ex occaſionib. In acceſſiones incidere, iuſſimus vti noctu, dum iret dormitum, *ſola Guaiaci, ſparta & China*, cum floribus *ſtœchados & roſarum*, inſtillatione: qua minus in modũ irritabatur, & deinceps, nec maioribus occaſionib. incidebat in rheumatiſmum qui doloroſus fuit, maxime quia conſultum fuit, illi porrigere tabellas, quibus poſt cœnam vteretur, ex eiſdem puluerıbus, quos antea retulimus. perferebat quidem facilius tempora iniurias, & errorem in vita, & victus immoderantiam.

Olei vitrioli præſtantia in viſcerum affectionibus.

Suſcepit inſuper maximum beneficium ex vſu aquæ balnei ſulphurei, cuius conſului vt mane ſumeret oleum vitrioli hac forma. Excipe *aquæ tenuiſſimæ & puriſſimæ li. ii. olei vitrioli guttulas tres aut quatuor*, & mane huius miſturæ ſume ℥. v. Eſt quidem auxilium magni momenti, & expertum, maxime in omnium viſcerum affectionibus, & in his quæ ab ipſis oriuntur.

Præterea hyberno tempore, quia ventriculus ſummopere patiebatur nauſeas, vomitus & flatuum vbertatem, & ob id moleſtos triſteſq; dolores, quia nequibat expellere ita facile, quod intra ſe continebat, vel ibidem genitum vel à capite tranſmiſſum, inſtitutum illi fuit, cochlearia duo aut vnum ſumere *aquæ vitæ ex ſacchare & aqua roſacea* confectæ, *vt tomo* 1 *in vltima parte, arti. de vitiis ventriculi, diuerſis modis confingere docuimus*: Cuius aquæ vſu bis in menſe citra moleſtiam degebat, & incredibili beneficio leuabatur.

40 Verum quia in eiuſmodi rheumaticis affectionibus, ſiue in hanc, ſiue in illam partem procidant, ſemper aliquid in aliquo membro habituale, & fixum reperitur, adeo, vt ne his quidem omnibus factis, ſatis ſit ad integram ſanitatem recuperandam, quinimo neceſſum eſt, quod præſtemus aliquod præſidium, quod ad penſum propagationis excrementorum, quæ congeruntur vitio membri connaturali, iura & vires habeat euacuandi ſenſim & paulatim. In qua quidem cõſideratione, cum rerum ſit, frequentibus purgationib. plurimum vires labi, & ſi eis non vtaris, excrementa ſummopere creſcere: ob id fontanellam adinuenit ars, ex natura ſumpta ratione, quia quotidie gignitur, quotidie quoque expurgetur. In cuius adminiſtratione, vt antea cœperam dicere, ſtatuendum eſt, neq; in legitimo rheumatiſmo ſemper ex vſu eſſe: neq; vbi membrum mandans ſumme eſt languidum; illud quidem, quia vitium potius ſit ex impotentia totius qua recipit quicquid illi tran mittitur, quam ex vbertate excrementi tranſmiſſi. Quo fit, vt ſæpe viſum ſit in huiuſmodi rheumatiſmis, parum aut nihil prodeſſe fontanellam, vt nuper diximus; in noſtro vero caſu, cum ad ſummam impotentiam caput deuenerit, vt plus ſit quod vitiat ex impotentia, quam ex eius copioſa quantitate, tunc profecto nulla ratione ex vſu foret fontanella: cæterum cum compertum nobis fuerit, vberrimam eſſe defluxionis copiam, quia caput plurimum ſuſceptabat, & parum contereb at in ſui refectione, & longe minus erat quod excernebat, quam quod praua aceruatione ad mulciendas fluxiones adſeruabat, ob id conſultum fuit, fontanellas in vtroq; brachio aperire, quibus deinceps vir hic egregius ſalubriter degebat, & vitam habuit placidam, ſine moleſtia aut rheumatiſmo, vt antea quamis leuiſſima occaſione afficiebatur. Sic profecto primam partem prophilacticæ curationis eaſequuti fuimus magno cum laborantis beneficio. *Fontanella quando proſint.*

41 Ad alteram vero partem accedendo, quæ ſita eſt in prouidentia vlterioris propagationis excrementorum, ſtatuendum eſt, eam ſuas vires ſortiri in duobus ſolum: quorum alterum eſt proba vitæ & victus inſtitutio, qua nihil ſuperabundet læſorum: reliqua vero in roborationem membrorum, quæ ob imbecillitatem contractam, adhuc ex optimo & pauco alimento vitioſa gignunt recrementa, ita vt ſemper ſubſit ad rheumaticos affectus ſufficiens copia materiæ. Quo profecto factum eſt, vt is qui morbo Gallico ſemel correptus fuerit, raro viuat ſine querela & rheumatiſmo: adeo fœdatur quoduis alimentum Gallico iecoris charactere. Sed de his alibi dictum eſt. Noſter vero laborans ex cauſis & occaſionibus nuper dictis, adeo ventris & capitis languore laborabat, vt præter omnia auxilia, quæ diximus, etiam opus fuerit ad roborationem vtriuſq; membri accedere.

42 In hac vero conſideratione prius in memoriam reuocare oportet, quid vere ſit imbecillitas, & in quo vis & poteſtas partium ſita ſit, nam in hoc ſita eſt præcipua morborum curatio. Cuius rei gratia ſcire oportet, nil aliud eſſe imbecillitatem, quam id quod potentiam à ſuo ſcopo aberrare facit: quod noſces, quia particula imbecilla, aut totum corpus, à quauis cauſa faciliime alteratur, ita vt calore inſito, quo omnibus reſiſtit, orbata videatur. Cæterum licet hoc verum ſit, alia tamen eſt imbecillitas, quæ aliis ſignis innoteſcit, nimirum, cum corpus nec pars ſe poſſunt, vt antea, mouere, aut prompta conſuetis actionibus eſſe, ac ſpontanea laſſitudine premitur; præludium profecto futuri morbi: illam quidem Medici appellant *eſſentialem impotentiam* hanc vero *collatione ad materiam*, ſeu *per aggrauationem*: illa quidem cum natura languet defectu humidi calidi, & ſpiritus, quæ minimis etiam ſuccumbit, neq; cuiquam iniuriæ aut motui valet reſiſtere; hæc vero quæ per collationem dicitur: reſiſtit quidem & euacuationem ſuperflui potens eſt moliri ac perficere: cæterum per vices & interualla. Inſuper conſiderandum eſt, quod ſicut in facultatis robore duo requiruntur, nimirum, vt intus operari queat, & ſe ſe ab externis impreſſionib. tueri: ita profecto in impotentia radicali duplex exiſtit cauſa: vna, quia cum ſit in ratione principii læſa, neq; officium probe facit, & eius oſtenſione cætera læduntur; altera, quod tueri ſe nequeat ab incommodis violenter incidentibus. *Imbecillitas quid.* *Imbecillitas duplex.*

43 Quibus ſic conſtitutis, in noſtro laborante, & in legitimo rheumatiſmo ſemper hæc eſſentialis impotentia reperitur; cæterum in legitimo præeſt in toto corpore in illegitimis vero in aliquo vno aut pluribus ex membris, præcipuis maxime, & ob id huius impotentiæ naturam & cauſas venari ſtuduimus, quo facilius huic laboranti ſubuenire potuiſſemus.

44 Conſtat quidem ex communi omnium autorum ſententia, ſuccreſcere huiuſmodi impotentias ex intemperantia facta. Cæterum qui rem maturius voluerit adipiſci, has impotentias ſciat poſſe prouenire vna è quatuor cauſis, quibus innati temperamenti partes alterari poſſunt. Quippe vna eſt defectus innati & radicalis caloris & humidi: *altera* ſuccreſcit per additionem alicuius qualitatis, ex quatuor in quib. conſiſtere fertur temperamentum, in eo tamen exceſſu, quod morbum faciat, ſiquidem morbus eſt qui immediate lædit actiones, quarum læſio eſt inſeparabile ſignum impotentiæ. *Tertia* ex deprauata conditione alicuius qualitatis, quæ licet ex primis non ſit, tamen non minus vires labefactare poteſt. *Quarta*, cum ſpiritus vitalis obtunditur, diſſipatur, diſtrahitur, aut praue corrumpitur: quippe his omnib. vtitur natura, cum iuxta ſui leges ſe habet, ad moliendas actiones, eaſq; incolumes efficiendas. Primo quidem ſita eſt radicaliter omnis potentiæ efficacia & actio in calido innato, & humido radicali, quo quidem deficiente, radicaliter quoq; deficiunt actiones, vitio huius principii. *Item* vtitur temperamento membri ad peculiarem actionem cuiuſq; citra quod, vitioſe aut diminute operabitur facultas, licet radicaliter inſit. *Præterea* ſpiritu vitali, naturali, aut animali indiget, iuxta ſpeciem operationis cuiuſq; harum facultatum. *Vltimo* tamen læduntur omnes partes, & earum actiones, ex vitioſa aliqua qualitate, vt in venenoſis conſpicimus, ac peſtilentibus affectionibus: quippe in his omnibus, natura partis adeo labaſcit, & infirmatur, vt neque intus neq; extra, agere aut reſiſtere poſſit: quia hæ prauæ qualitates vehementer opponuntur innato calido, & temperamento partis, ac ſpiritibus omnibus. *Impotentiæ vnde ſiant.*

M His

Radicalis humidi def. &c. & caloris natiui vires quo adaugeant.

His vero ſic explicatis, ſtatutum fuit inter nos, noſtrum laborantem, defectu humidi & caloris 45
radicalis in ventriculo & capite, hoc rheumatiſmo laboraſſe: quo neq; alimentum probe conficiebat, neq; excrementa pellere naturali modo poterat, nec rurſus ea conficere, ſed fluere permittebat (*vt antea dictum eſt*) & etiam quæuis harum partiũ faciliter ſuſceptabat, vel totius corporis, vel alterius membri vitiata excrementa. Quapropter omnis roborandi ratio ſita eſt in adhibitione eorum, quæ defectum radicalis humidi reparent, & caloris natiui vires & modum adaugeant. Quæ ſane auxilia ſita ſunt in triplici ta, nimirum in reparatione deperditæ ſubſtantiæ, per renutritionem, & in caloris languentis augmento: item in vſu rerum temperatarum, quibus exceſſus aut defectus cuiuſuis temperaturæ, facilius & ſecurius reparatur, quam per contraria aut ſimilia: ſiquidem certa menſura cuiuſque difficulter haberi poteſt. Quapropter in noſtro laborante præberi iuſſimus (quo omnes indicationes complerentur) *carnium expreſſiones*, *iura perdicum & pullorum*, quos antea ſaginare oportuit carnibus *teſtudinũ, cochlearum, ranarum & carnis perdicum* ex quibus diuerſa parauimus obſonia. Alterum fuit ius aut *ſuccus extractus per expreſſionem*: & reliquum, *ſtillatitia aqua*, cuius modicum iuſſimus omnibus cibariis admiſcere. Cuius rei gratia, interim dum aqua ſtillatur, iniecimus in ligatura modicum *cinnamomi, aniſi* aut *pulueris gariophyllorum*, vel *corticum citri*, quo calor etiam reuiuiſcerat. Inſuper iura & condimenta ex teſtibus *gallarum, criſtis & extremitatibus*, & *glandulis capreolorum* conficere curauimus. Præterea præbuimus *aua ſorbilia*, & *pullorum perdicum carnes*, *amylum* etiam & reliqua quæ conſimilem habent naturam. Potum inſtituimus ex *aqua cinnamomi, aniſi* aut *ſaſafraſa*, nonnunquam ex *lentiſco*, & potus parſimoniam conſuluimus.

Renutritio deperditæ ſubſtantiæ per quæ fiat.

In quarum rerum adminiſtratione hanc legem ſeruare oportet, quod renutritio ſubſtantiæ de- 46
perditæ fiat per ea alimenta, quæ ſimillima ſint præexiſtenti ſubſtantiæ, quantum fieri poſſit: namque tenuis, aut facile diſſipantur, aut parum reficiunt: craſſa vero tarde coquuntur, aut difficilius conuertuntur in præexiſtentem ſubſtantiam propter diſſimilitudinem. Quo fit, vt quantumuis dictum ſit autoribus, renutritionem fieri citiſſime per ea, quæ tenuia ſunt, & plurimum nutriant: in diuturnis tamen impotentiis ſecurius & citius ſimilia commutantur, quam diſſimilia. Quibus autem id fiat, opus non eſt docere, cum id petendum ſit ex cuiuſque natura, & modo ſubſtantiæ; ſiquidem non poteſt omnibus vna ratio ſubſtantiæ alituræ conſignari: cum modus naturæ longe varius exiſtat, vt Hipp. ſtatuit, dicens: *Differt corpus à corpore, & natura à natura*: & ſic ea prædictis eſt cl ges, qoibus hanc legem ſeruare poſſis.

Calorem natiuum quæ adaugeant.

Caloris autem augmentum eandem legem expoſtulat: nam calefacientia quæ adhiberi debent, 47
ſimillima eſſe oportet calori præexiſtenti. In qua re ſtatuendum eſt, non eſſe intelligendum, calori vt ſic & nunc eſt (nam defectu laborat, & ſimilibus non augebitur) ſed calori vt ante deperditionem erat. Quo fit, vt menſurata caloris nunc exiſtentis natura, parum intenſiorem addere oporteat, quantum artificioſa coniectura conſtiterit, calorem ante eius deperditionem præfuiſſe. Quam profecto doctrinam non poſſumus ſpecialius explicare, ſed eam remittere iudicio præſentis Medici, ſi quidem ſingularium nulla poteſt haberi ſcientia. Cum hoc tamen, noſtro laboranti præbuimus multa, quæ hunc vſum præſtarunt, vt fuit *vinum Hippocras* in prima menſa, *aromatizatum ſolo cinnamomo, & gariophyllis*: fuit etiam admiſtio pulueris cum cibariis, qui fit ex *diamargaritone, cinnamomo, gariophyllis*, & *radice angelicæ*.

Aqua vitæ conf. & eius laus.

Sed inter omnia, quod maiores vires præbuit, fuit ſemel in hebdomada ſumere vnciam ſemiſſem *aquæ vitæ confectæ aqua roſacea & ſaccharo*, vt in præſidiis ventriculo adſcriptis compoſitam reperies *tomo primo, in vltima eius parte*.

Temperies quibus tuenda.

Temperiē vero, ſi amiſſa eſt, tueri in huiuſmodi impotentiis, teneris, nō per ſimilia præſenti in- 48
temperantiæ, aut per contraria, ſed ſolum per ea auxilia, quæ temperatæ & mediæ ſunt naturæ: hæc n. proficua ſunt, & exceſſum compeſcere poſſunt leute, paulatim & ſecure: vt in huiuſmodi intemperantiis inueteratis, rei natura & vires languidæ permiſerunt, & iure expoſtulant; nam aliter ſi feceris vel intemperiem adaugebis, vel vires imminues: quibus tamen id poſſis exequi, natura & conditio intemperamenti & imbecillitatis monſtrabit. Hoc tamen vno in hac re animaduerſo, quod vitioſa, venefica, aut prauæ conditionis intemperantia (qualem diximus adeſſe in morbo Gallico, peſtilenti & veneno-ſo) ſolum ſubſidium ſuſceptat ab alexipharmacis, quæ cuiq; inata ſui naturam & conditionem ex vſu exiſtit: non quidem contrariis, aut quibuſuis aliis. Sic profecto noſtrum laborantem ea prudentia, & dexteritate reſtituimus, vt fere ad integram ſanitatem deuenitet, Deo fauente.

De faucium & gutturis anginoſis & lethalibus vlceribus.

CONSVLTATIO XIV

INTER affectiones grauiſſimas (quas ſolum curare hac in parte inſtitui) quæ in decurſu 1
mearũ ætatum, ſeſe mihi obtulerunt, vna fuit (forſan cunctis grauior) quæ his temporib. nouiſſime viſa eſt per plures prouincias & ciuitates graſſari, non plurimum neq; frequenter antea viſa, aut ſaltem non ſatis huc vſque animaduerſa: (licet antiquitus ab Hippoc. Galen. & Celſo non prætermiſſa) ſita quidem in anginoſis, & lethalibus faucium & gutturis tumoribus carbunculoſis & vlceroſis. Quam quidem, ob certum & breue admodum periculum, vulgus Medicorum Hiſpano ſermone *Garrotillo* nuncupant, diuerſa quidem quamplurimum, periculo, breuitate & complicatione putredinoſi & vſtiui atque vlceroſi tumoris, à communi angina; licet

Garrotillo.

licet loco & ſymptomate ſuffocationes ſummopere conueniant. Cuius *primo* hiſtoriam grauiſſimis periculis & difficultatibus plenam recenſebo: *ſecundo* huius mali naturam, cauſas & ſigna: & *vltimo* curationem, tam in pueris, quibus frequentius accidit, quam in adultioribus; curabo, qua potuero certitudine docere: quia vtriuſque ætatis præſens hiſtoria mentionem facit mirabili quodam ſucceſſu.

2 Ad curandum filium ſuum primogenitum me vocauit nobiliſſimus vir Rodericus Xuarez à Toleto: cui, cum biennis eſſet, cœpit catharroſa defluxio eo impetu & celeritate ac malitia ſuccreſcere; vt pene primo die ſuffocationem minaretur. Erat quidem puerulus ſanguineus cum abundantia aduſti ſucci, quia puſtulis maculis frequenter in facie inſignitus erat. Qui etiam ineunte hyeme cœpit febricitari cum acri fluxione ad nares, præcedente capitis grauitate, ita vt vix poſſet oculos eleuare. Eadem die difficulter deglutire lac, & reſpirare cœpit, nec probe vocem emittere poterat, ita vt coegerit Medicos fauces & guttur inſpicere. Quæ partes rubore ſaturato apparuerunt inſignitæ, nec defecit glandulibus tumor in parte gutturis dextra & externa: quæ digitis leuiter adhuc compreſſa, maximum in puero commouebat ploratum, ita vt conijcerem, magno ſimul affici dolore. Statim ante quartum diem fœtor erupit incredibilis, & aperto ore apparuerunt puſtulæ varii coloris, maxime ad nigrum vergentes mucoribus fœtidis circundatæ, cum putrilagine, & mollitie earum partium.

3 Viſo quidem præſenti ac ſæuiſſimo affectu, primo diligenter inter nos inueſtigauimus mali huius *eſſentiam & naturam, atque differentiam à ſibi ſimilibus*; item *quas ſortiebatur cauſas, quæ ipſam ea malignitate & periculo inſignauerint*: tandem *quibus ſignis noſſe à principio liceret*: & vltimo, *qua diligentia, præceptis, & præſidiis ipſum curare potuiſſemus*. Verum licet in omnibus aliis Conſultationibus, directo ordine rem explicuerim, in hac vero prius in communi (tanquam in affectu qui ſecum nouitatem adducit non paruam) rem aperiam, naturam, cauſas & ſigna inueſtigabo, ac poſtea qualiter cum hoc puero & patre eius, qui conſimili affectu fuit ſæuiſſime affectus, actum ſit, & eius curationem inſtituimus conſulentes: nam vterq; affectus grauiſſimus fuit, vt mille conſiderationibus opus fuerit, ad eius legalem & adæquatam curationem.

4 Vt conſtet differentia inter reliquas gutturis & faucium inflammationes, & earum partium vlcera, & inter hunc affectum, quem vulgus *Garrotillo* appellat, ſtatuendum eſt, eius eſſentiam non conſiſtere in ſola illarum partium inflammatione, vt de angina fertur: neq; ſtat in ſola exulceratione, ac ſoluta vnitate, vt in morbo Gallico affectis nõ raro conſpicimus: quibus partes affectæ in gutture, & faucibus profunde exulcerantur; nihilominus tamen, neque difficulter reſpirant, aut difficulter alimenta deglutiunt. Neque adhuc in his ſimul iunctis & complicatis, ſolum ſita exiſtit, ſed etiam ſecum habet adiunctum humoris ad partem fluentis id vitium, ea conditione malefica affectum, quod vt contagioſus, peſtis more, in citiſſimam mortem pueros & adultos deducat. Quippe tota huius mali natura & eſſentia in complicatione horum omnium ſita exiſtit: nam aliquando ab inflammatione incipiens, ocyſſime exulceratur: nonnunquam ab vlcere ea corroſiuo humore facto, in tumorem mox commigrat. In qua re ſciendum eſt, neque inflammationem eſſe vulgaris naturæ, vt in quauis anginæ ſpecie experimur, quæ vt plurimum in ſuppurationem terminatur, ſi prius reſolui non poſſit: ſed etiam tertium quid habet adiunctum, nimirum humorem ibidem contentum eius eſſe ſeritatis & malignæ conditionis, quod ocyſſime in putrilaginoſum, corroſiuum ac pernicioſum vlcus commigret, & partem protinus vſq; ad oſſa perdat, more carbonũ peſtilentium. Item vlcus ſi ibidem accidat, non eſt vt Gallica vlcera, & alia quæ vulgariter conſpiciuntur, licet à defluxionibus mordacibus fiant, ſed inſuper quid inflammatorium illis accedit, ita vt vlcerata pars etiam in tumorem attollatur: non quidem quod abſceſſus vere fiat, ſed quod humor ille pernicioſus in pons partium, gutturis & faucium immerſus, eas in tumorem eleuat, & figuram vitiat: & præter id, carnẽ prius fœda corruptione & vſtione perdit, & protinus ad putrilaginem contagioſam deducit. Ex quib. prodit quam citiſſima ſuffocatio, etiam ſi affectus non ſit in muſculis internis, vt in grauiſſima angina; quia habet adiunctam ſolutam vnitatem, quo minus moueri poſſit ad eius attractionem, & emiſſionem, ac ſimul fœdiſſimam putredinem; qua tota partis ſubſtantia depopulata viſitur quam breuiſſimo tempore, præter febris maligniſſimæ acceſſum, quæ mortem accelerare per ſe nata exiſtit. Quibus diligenter conſideratis, facile eſt, morbi naturam noſſe, & à ſimilibus diſtinguere, & accidentium, quæ ſæuiſſima ſunt, cauſas & mortis celeritatem præuidiſſe. neque opus eſt in hac parte quærere, an Hipp. vel Gal. aut aliquis alius ex veteribus huius meminerit morbi: nam ſatis eſt veluti delineaſſe eius naturam. *vt Hipp. 4. acut. tex. 30. & lib. de flatib. & de locis in homine*. Sed Aretæus ſpecialius *lib. 1. cap. 9.* hæc refert verba: *Vlcera in tonſillis fiunt aliqua, mitia, familiaria, non lædentia; alia aliena, peſtifera necantia. peſtifera lata, caua, pinguia, quodã concreto albo humore aut nigro ſordentia*: & paulo inferius inquit: *Cruſta vero circumueniunt rubor excellens & inflammatio, & venarum dolor, quemadmodum in carbunculo, in collo etiam phlegmone erumpit, & ſi in pectus per arteriam id malum inuadat, eo die ſtrangulat*. Quibus profecto verbis fere integram naturam huius ſæuiſſimi affectus depinxiſſe viſus eſt. Et ſubdit: *Dolor acer & calidus, qualis in carbunculo, ſpiritus viciatos exhalantes, maxime putredinis odorem, eumque vehementer in pectus ſpirando adducantur, immundi adeo flant, vt neque ſuum ipſorum odorem ferre queant: pallida hic, ſeu liuida facies, febris acuta, ſitis, vt igne accenſi videantur*. Eiuſdem ſententiæ fuit Aetius *tetra 2. ſerm. 4 cap. 46.* de cruſtis & peſtilentibus tonſillarum vlceribus, ſic ſcribens: *Cruſtoſa, & peſtilentium tonſillarum vlcera, vt plurimum, nullo præcedente tonſillarum fluxu incipiunt; aliquando enim à coaſſentis fieri inflammationibus, maxime efferatis, proficiſcuntur. Fiunt autem frequentiſſime pueris, atque etiam ætate iam perfectis, maxime iis qui vitioſis humoribus abundant, præſertim in peſtilentibus conſtitutionibus*. Et poſtea ſubdit: *Sunt autem partim alba maculis ſimilia, partim cinerea colore, aut ſimilia cruſtis, quæ ferro inuruntur*:

Garrotillo quale morbus, cauſa eius natura, & quid ab angina differat.

accidit autem ægris ſiccitas in deglutiendo, & ſuffocatio, &c. Ex quibus conſtat, hunc morbum anginoſam eſſe affectionem, cæterum multis modis diuerſam à vera & exquiſita angina (licet cum ea in ſuffocatione conueniat) quia hæc non raro carbunculoſa exiſtit & vlceroſa. Diſſidet etiam ab omni fere alia vlcerũ ſorte, ob impenſam malignitatem ſibi adiunctam, maxime ob maligniſſimam febrem, quam plerunq; ſibi adiunctam habet, prætetquam quod hic pernicioſus affectus omnia ſimul vitia habet ad uncta, & contagioſus eſt.

Cauſæ.

5 Cauſas huius pernicioſiſſimi morbi, qui ſtuduerit ad vnguem comprehendere, ſciat, id eſſe perdifficile, cum certum ſit, earum eſſe quam plurimas, quarum naturam, modum, conditionem, & originem non poſſumus capere. Quis enim pulcherrimi & formoſi pueri, vel hominis aut fœminæ huius aut illius ætatis, cum ſani videantur, conijcere poterit, latere, & abſconditos eſſe adeo pernicioſos ſuccos, quod ſubito, aut quam breuiſſimo tempore, vbicunque ierint, exulcerent, corrumpant, putrefaciant, & vſq; ad gangrænam deducant partem. Nec minus mirandum erit, leuiſſimum faucium tumorem magnam moliri putrilaginem, & inuincibilem corruptionem: cum longe maiora vlcera, & turgentes, eleuati & magni tumores id non ita facile patiantur: quinimo breuiſſimo tempore, & leuiſſimis, atque communiſſimis præſidijs ad ſanitatem perducantur. At in hoc pernicioſo affectu, nec maxima proſunt, & ſi maiora adhibeas, non raro malum adeo exacerbatur, quod citiſſima morte laborans, quiuis it ſit, præueniatur. Quo profecto cenſeo, humores, qui ſiue à capite decidant, ſiue à toto in fauces, aut in caput eant, & poſtea ad fauces dilabantur, adeo eſſe inuincibilis naturæ, & pernicioſæ conditionis, quod ratione indomitæ eſſentiæ natura partis nullam coctionem, nullamque gratiam illis præſtare poſſit; & cum non ſeperentur, ocyſſime partem deuincant, ſuperent & prorſus perdant, ac celerrime in inſuperabilem, & contagioſam corruptionem degenerent. Mihi tamen dubium non eſt, hos poſſe eſſe biliosos, pituitoſos, melancholicos, aut ſanguinem nimis vſtum; cæterum exiſtimo adeo ſortiri contrariam toto genere conditionem, & noſtræ naturæ aduerſam, quod dum in quouis loco recipiantur, quam facillime pars illa cedat, & ab eis ſuperetur, atq; corrumpatur, more peſtilentis conditionis. Quippe certiſſimum eſt, huiuſmodi deprauatam naturam non conſiſtere in qualitatibus primis aut ſecundis ſolum, ſed adhuc cum eis adeſſe eam formam, quæ nulla naturæ actione nata ſit, in partis quæ tales humores recipit, compagem, & ſimilitudinem motare: quinimo ipſa pars protinus ab ipſis patitur tali paſſionis ſorte, qualis fuerit humoris conditio, aduſta, acris, mordax, & corroſiua: eo quidem magis, quo vel humores fuerint penetrantes, ac ſeſe facilius inſeruerint in intima partis, aut glutinoſa, & contagioſa, quod fixius adhæreat: medium quidem ad validam actionem ſummopere neceſſarium. Quibus omnibus carnium gutturis, & faucium mollities efficitur, tenuitas & facilitas ad recipiendum & patiendum prædicta mala, non ſolum a validiſſimis agentibus, verum à minoribus.

Humoris fors qualiter inueſtiganda.

6 Sic profecto in natura cauſarum primo inueſtigabis *ſortem humoris*, In quo ſubiicitur hæc deleteria & maligna conditio. Secundo, *qualem habet lædendi poteſtatem*. Primum venaberis ex his quæ humorem peccantem monſtrant: nam bilem ex colore, ex amarore & ſiti, ac celeritate motus morbi; ſanguinem ex rubore, tenſione tumoris, & ex alijs quę ipſum atteſtantur: aduſtum ſanguinem, bilem aut melancholiam, ex puſtularum quæ ſuperueniunt colore, aut ex modo putredinis ipſius vlceris. Dimitte hac in parte, vrinarum, pulſus, alimenti & vitæ anteactæ ſigna, quibus cauſa abundans monſtratur: nã ſępe depraauata adeo humoris conditio naturam ipſius mutat, vt alterius ſortis videatur, pręter quam quod ad veram huius mali prouidentiam, non tam nos ducit humoris natura propria, quam deleteria conditio acquiſita; ſi quidem citius compeſcitur alexipharmacia, quam alijs, quæ qualitatibus contrarijs iis quæ propriæ ſunt cuiuſque humoris polleant. Et ob id conſuluimus conſiderare ſecundo in his cauſis lædendi modum: nam ex his humoribus, quidam ſerpendo lædunt, quidam abradendo, ſicut & alij exulcerando, & pleriq; puſtulas eleuando & tumeſcendo carnem ipſam, alij quidẽ putreſcendo, mucidam & putrilaginoſam reddendo. Quæ omnia diligenter ediſcere teneris, vt poſſis iuſte & legaliter præſidia cuiq; iuxta innatum lædendi modum præſtare.

Signa.

7 Signis etiam in hoc malo mille rationibus opus habemus: nam licet pleraq; ſint cunctis anginæ ſortibus communia; tamen in hoc malo vnicuique eorum adiungitur quid nouum, malignius & periculoſius; quo facile cuiuis mediocriter erudito apparet, hanc ſtrangulationis ſortem à communi angina differre. Quippe vehementiſſima ſuffocatio, tumore & vlcere conſpicuis aperto ore, diuerſa eſt ab anginæ conditione apparente tumore. Item nihil conſpicuum videre & fœdiſſimum ſpirare, longe diuerſum eſt à vehemente angina, cum tumor non apparet. Præterea difficultas reſpirandi, & non raro deglutiendi, cum pectoris & dorſi dolore ac veluti compreſſione ſuffocante, ſimul cum peſtilenti odore, & vehementi harum omnium partiũ ardore, & rubore totius oris & colli, cum vocis & loquelæ vitio, ac linguæ extractione, & ſiti incõpeſcibili, pernicioſiſſimæ & peſtilentia conditionis ſupra anginam euidentiſſima exiſtunt ſigna, addita quidem ſupra anginæ conditionem, aut ſimilia his, quæ in grauiſſima angina depinxerat Hipp. 4. *acut.* 33. & Gal. 4. *de loc. cap.* 3. Quibus etiam accedit ſublimis reſpiratio & alta, ac ſpirituum reuulſio, cum maxima pinarum naſi diſtenſione, *vt etiam reuelerat Hipp.* 4. *acut.* 34. Quibus etiam accedit ſaniei per os & nares excretio; varijs vlcerum coloribus, & intenſiſſimo fœtore nauſam plerunq; mouente cum ſordida excretione. In aliquibus vero extra, prope ceruicem, & infra mentum glandulę apparent, peſtiferi morbi naturam redolentes, & vniuerſa ceruix, & collum intumeſcunt, & fauces cum rubore ſaturato inſtar laqueo ſuffocatorum. *Præterea* id malum pernicioſæ eſſe conditionis, cognoſcet, quia nullis pręſidijs ea iis, quę anginoſis prodeſſe ſolent, cedere vſum eſt: ſed indies magis ac magis hæc accidentia creſcunt, donec breuiſſimo tempore laborantium maiorem

partem

partem perimat, idque non raro intra quartum diem. Quippe ſæuiſſima affectio minatur longe maius & celerius periculum, quam id ſit, quod de communi angina prædixerat Hipp. 3. *Prorr. 16. & 4. aphoriſ. 30.* cum certum ſit, illa omnia mala huic ſuccreſcere, addita peſtilenti & ſordida putrefactione, ac inuincibili malitia, quę reddit affectum fere deſperatum. Maxime ſi accedent vlceris conditiones quas depinxerat Hipp. 1. *Prorr. 18.* quibus tu ipſe addere poteris eandem peſtiferam malignitatem: nam illa ſigna fere omnia oſtendunt iacturam caloris & virtutis, hæc autem dictam mali conditionem, vehementiam ac poteſtatem, & victoriam morbiſicæ cauſæ: ita vt non raro ſuccreſcant colliquatiui fluxus per nares, aut per os quam fœdiſſimus ſignum profecto inſtantis mortis. Quibus omnibus addes febrem vel ardentiſſimam vel malignam, licet nó ſemper talis incipiat. ſiquidem poſſibile eſt febre mite, aut benigna morbum incipere, poſtea vero, vel in malignam, ſeritate putredinis mutari, vel in ardentiſſimam, ſi cordi acceſſit cauſa, vel cauſæ vapor aliquis ex eſtuans. Nec multũ fidere oportet, ſi febris mox non appareat, aut ſuccreſcat, nam ſæpe citius ſuffocat affectio, quam cauſa ſuccendatur: ac nó raro malignitas humoris corrumpit ſpiritus, & mortem accelerat, ſine eo quod febris ſuccendatur. Quapropter varietatem hanc diligenter conſiderare oportet, & alia quæ in ægris ſingulariter conſpicimus, veluti fuit ſputum pueri cuiuſdã, qui papillam nutricis ſugendo ore tam core venefico pleno, inflammationem acceſſiuit, & mortificationem eius partis vberis cum papilla; cui conſimile malum ſuccreuit patri huius pueri, cuius hiſtoriam hac in parte narramus. Quapropter cauendum eſt diligenter, ne ſic affecti deglutiant propriam ſaliuam, quinimo ora puerorum diligentiſſime ſunt abluenda penicillis & linteolis aliquo detergente madidis.

8 Curandi rationem qui exquiſite ediſcere voluerit, expendat, nullum haberi certũ ac determinatum præceptum in hoc ſæuiſſimo malo, ex his quæ tumoribus, fluxionibus aut vlceribus debentur. Nam hęc eſt lex & conditio perniciofiorum & malignorum morborum (pręſertim ſi complicati) quod omnia præterquãm a morbo cui adiungitur, mittet, eueniat. & non raro eis & ſibi contraria expoſtulet. Hoc tamen vnum habent perpetuum, quod ſemper alexipharmaca expoſtulent cunctis aliis præſidiis & alimentis admiſta. Quia cum potiſſima ratio breuiſſimæ mortis. (præter loci affecti præſtantiam) ſita ſit in malefica conditione, & inuincibili natura, ob id qualitatẽ, quæ operetur tota ſubſtantia, potiſſimum expoſtulat. Quo ſuppoſito, ſtatuendum eſt in hoc grauiſſimo affectu, quæ protinus & viciſſim ad ſe conuertunt omne curantis conſilium (ne quis exiſtimet, vno, eodemq; gradu ſemper incedendum eſſe in hac curatione) nam puerorum conditio & facilitas in patiendo maiorem requirit diligentiam, & diuerſam medicamentorum efficaciam, licet eiuſdem ſint officii: adultorum vero validiora expoſtulant. Item vlcera hæc, quæ celerrimam corruptionem minantur, protinus illis ſubueniendum eſſe indicant, licet vt vlcua eſt, aliter ſit agendum. Nonnunquam (non protinus poſthabito vlcere puſtulatũ) ſuffocationis periculum trahit ad ſe omne præſidium: ita vt ante corruptionem, vel ſuppurationẽ, liceat tumorem aperire. Inſuper magnitudo tumoris, qui ad extima ſeſe extendit, auxilia extra & intra apponi iubet. Præterea venenoſa & deleteria conditio, alexipharmaca requirit, quæ ſi non proſint, ad cauſtica, & vſq; ad ignem fore deueniendum indicat. Quapropter, vt his omnibus prouideamus, exemplo pueri propoſiti in genere, & iuxta naturam & modum affectus ipſius, generalia & illi debita peculiariter auxilia referam. & mox ad partis eodem malo affectæ per contagium à puero ſuſceptum, curationem deueniemus: vbi omnia quæ in hoc malo in adultis & pueris neceſſaria exiſtunt, reperiat diligens lector. *Curandi ratio.*

9 Viſa igitur ſæuitia mali huius pueri, cœperunt Medici diligenter omnia neceſſaria præparare, initio ſumpto à victus inſtitutione. Circa quam conuentum fuit inter nos, ſufficere lactentibus lac, & his qui iam guſtauerint ſolidiorem victum, ſatte condito iure aliquo, aut ſolum concedere ius pulli aut pullæ, admixtis alexipharmacis, quæ perniciofam conditionẽ retundant, ac frænent, & ſimul alimentum præſtent. Huius natura eſt ſtillatitia aqua ex pullis ſagina ta confectione *Alchermes, electario de hyacinto, radice ſchorzonera, & foliorum plantaginis ſcordii*, ſi hac lege extraxeris. Excipe *pullorum num. 2.* mundatos ab omni recremento; & eorum ventres reple *foliorum plantaginis ſcordii ana p. 1. radicum ſchorzonera vnciam 1. & ſ. confectionis Alchermes & electuarii de hyacinto dilutis in vnciis iij. aquæ roſarum & ſchorzonera, ana ℥ ij.* irrorentur omnia vino albo, & coquantur in lib. iiij. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & omnia ſimul inſtillentur duplici vaſe cum iure prędicto. Cuius inſtillationis admiſcebis aliquid potui, & præſtabis bis, terue in die, & hac lege infantem alere curabis. In quo opere etiam cõſiderare oportet, neq; exquiſito victus modo vtendum eſſe, ne vires amplius labantur, neq; ad craſſitiem plurimum inclinare, ne mali cauſam adaugeas, ſed medio modo te geres: quia corruptio peſtilens non ſolum expoſcit victum, vt alimentum, ad virium cuſtodiam, ſed vt medicamentum, ad virium humorum compeſcendum, vt Gal. conſuluit, vbi humorum eſt corruptio vel defectus. *Victus ratio.* *Aqua ſtillatitia alexipharmaca.*

10 Victu hac lege inſtituto, diſputare cœpimus de ſanguine extrahendo: ſi quidem non defuerũt Medici, qui id renuerent: cæterum vnanimi conſulentium conſenſu, primo die ſanguinem miſimus, cruribus ſcarificatis, & mox octaua noctis hora brachiis, aut ſi vltra duos annos fuerit natus, ex venis brachij: quas non temere ſcindes, quia longe magis imbecillitantur pueri, quam cute ſcarificata: nam in hoc malo plurimum vereri oportet, vires plurimum deiicere, tanquam in peſtiferis affectionibus & in his, in quibus ad validam reſpirationem eis opus habemus. In quo opere ſtatuendũ eſt, ſi plurimum ad affectam partem fluxit, protinus ad brachia & cephalicas venas peruenire, quia vrget magis quod in parte continetur, q̃ id quam fluxurum eſt, ſin aliter, in pueris qui ſanguine abundant, ex cruribus, & mox eadem die (vt dictum eſt) ex brachiis. Circa quod præſidium in pueris exequendum, conſulo, ne differatur, quia eius occaſio ſolum eſt, antequam fluxio in partibus contenta, ad putredinem commigret. *Sanguinis detractio.*

M 5

migret. Nam tunc temporis, ſi ſanguinem fuderis, ſummopere lædes (quæ cauſa fuit, quod multi Medicorum, viſo hoc damno, renuerint ſanguinem mittere) quia vires maxime diſſipantur, & nihil eius ſucci qui computruit, extrahes, neque reuulſione, neque deriuatione, neque vacuatione; quia putridum & in parte impactum, ſolis topicis aufertur. Cum hoc tamen vtiliſſimum præſidium fuit, viribus non reuenientibus, partem proximius euacuare, & ſub mento ſanguiſugas affigere, ſcalpello factis duabus ſcarificationibus, aut iuxta ceruicem cucurbitas ſcarificare, quando in pueris venas ſublingua ſcindere non datur, ob ineptitudinem ætatis. Euidentiſſimum quidē eſt, hoc præſidium ſanguinis ſolum dum confluit, prodeſſe reuulſionis gratia, aut totius corporis euacuatione, namq; vbi ſemel ſummum illud vitium contraxerit humor, velut topicum præſidium, ea vſu eſſe poteſt, vt mox dicemus.

Expurgandi ratio.

Dubitatum etiam fuit inter nos, eſſet ne opus aliquo modo in hoc affectu, non ſolum in hoc puero, verum & in reliquis conſimili modo læſis, purgare; aut ſi eo auxilio opus fuit, *an liceat prius purgare, quam ſanguinem mittere.* Ratio dubitationis fuit vitium cauſæ, in impenſa cacochimia ſitum, cui magis ex vſu eſt purgatio, quam ſanguinis detractio; quam rationem fulciunt, quia hoc ſolo præſidio aliquando viſum fuit, pueris ad integram ſanitatem recuperandam ſufficere, ſicut aliis ſanguine detracto, vires plurimum fuiſſe deiectas. In qua hæſitatione cenſeo, raro poſſe eſſe vtile, ſaltem in pueris, initium curationis ſumi à purgatione, quantumuis vitium in cacochimia ſitum exiſtat: quia cum pueri nequeant tuto ſumere ſeligens medicamentum, & leniens ſit inutile, & cum tota ratio periculi ſita ſit in fluxione per venas capitis, & licet conſenſus pendeat à toto corpore, & inſuper præſtantia partis, ab ipſa deponi noxium ſuccum indicet, idque non ſolum eadem die, vt ſolet in purgationibus contingere, ſed eadem hora, videtur, cacochimiam, quæ ſanguini eſt admixta, citius & ſecurius ceſſuram ſanguinis detractioni, quam ea purgationi, licet poſt ſanguinis detractionem, aut ſcarificationem, ex vſu ſit aliquantulum purgare, vel *manna* iure pulli diſſoluto, vel ſerapio ex ſucco *roſarum Perſicarum, aqua ſchorſonera & ſaccharo* facto, aut *ſerapio regio*, quantitate vnius vnciæ. Cum hoc tamen, ſanguinis remedium facilius redundantem ſuccum, ſi vitioſus, & calidus ſit, attemperat, & eo etiam, ſi quid impetu ruit in affectam partem, ſine turbatione & agitatione eius quod intus remanet, reuellitur, aut deriuatur id quod iam iam prope partem affectam mox caſurum inſtat. Quæ opera neq; ita facile, neque ſacute purgatione efficies; ſecus tamen res ſe habet in curatione adultorum, vt mox leges. 11

De topicis auxiliis.

De vſu topicorum referam quæ ſentio, ſi prius dixero, quare ex pueris plurimi ex hoc malo moriantur: quippe ipſos topicis auxiliis curare, ſumme eſt difficile; tum quia neque tolerant neceſſarias euacuationes, neq; topica auxilia admittunt, ob inſipientiam & puerilem conditionem; ac ſi quando ea adhiberi poſſunt, adeo eſt eorum ſubſtantia facilis, quod citius diſſipetur, quam frænari poſſit mali ſæuitia: quinimo citius ſine ipſis ſanantur; ſi quidem neque oris collutiones, aut gargariſmata admittunt; & ſi tentaueris violentia aliqua aliquid horum efficere, ſi exiccantibus, & maioris momenti præſidiis id feceris, proculdubio ipſis deuoratis magis læduntur. Quapropter eis non licet vti, niſi in deſperatis; & ob id mitioribus & ſecuris ſemper vſus fui. Sic enim ſanguine miſſo, mox ad topica auxilia properauimus in noſtro laborante, initio ſumpto ab his quę fluxionem prohibent: nam à primo die adhibuimus (quia vlcus nondum inceperat) quæ vim habent attemperandi, repellendi, quo minus pars affecta reciperet, & magis repellatur, quod influxit. Talia autem ſunt, *decoctum hordei cum aceto roſaceo, aut ſyrupo roſaceo*: item *ſuccus granatorum acidorum cum aqua plantaginis, decoctum capitum roſarum, cum corticibus granatorum*: etiam *ſyrupo de roſis ſicca, cum modico ſyrupo de moris, & aqua hordei, myrrhi & ſeminis eorum.* Hoc vnum obſeruatiſſimum habeo, nimirum omnes oris & gutturis collutiones efficere ſupra decoctum eius celeberrimi medicamenti, quod Medici Hiſpani *Contrayerua* nuncupant; maxime ſi mucoſa & viſcida pituita abundauerit. Prodeſt & *aqua cum aceto roſaceo*, ſi ardor fuit magnus: verum ſi adhuc ardor intenſior fuerit cum ſiccitate, vteris *lacte quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris & acetoſa, cum aqua plantaginis, aut lactucaprea*, tranſacto principio, vel ea *amygdalis dulcibus cum eadem aqua*, maxime ſi vlcus nondum inceperit, aut fuerit aliquod putredinis veſtigium; nam eo tempore fugiendum eſt à lacticiniis. Quibus omnibus os pueri colluere iuſſimus: ac ſi mordax & erodens humor fuerit, admiſcebis quæ leniant & attemperent, vt *mucilagines pſyllii, & ſeminis citoniorum, ſeu ſeminis melonum & cucurbitarum.* In hac vero curatione, quantumuis in principio repellentibus & adſtringentibus vtendum ſit, non tamen ſemper ex vſu exiſtunt: nam ſi venefica & corroſiua ſit materia, tunc quidem minus oportet adſtringere, magis attemperare & exiccare, ac putredinem inhibere, atq; alexipharmacis corrigere deterrimam fluentis ſucci conditionem. Quippe certum eſt, ſi vitioſum humorem compeſceris, maiorem fieri corruptionem & putredinem, ac citius partes erodi & putrefieri: quo caſu ſtillatitia aqua ex *hordeo & plantagine*, & *radice China ſcordio*, atq; *coriandro præparato*, & aliis huius naturæ, tem ages, admixto modico *aceto roſaceo*. 12

Curatio.

Verum cum hæc omnia ſic adhibita nihil profuiſſent, quia vlcera & putrefactio interius & intenſius ſerpebāt, & inualeſcebant magis, neceſſum fuit, ad valentiora exiccantia peruenire, quantum permiſit incapacitas puerorum. Quo tempore vſi fuimus collutione ex *aqua aluminoſa*, & cum inſufficiens quoq; fuiſſet, addidimus colaturam *vnguenti Ægyptiaci*, & vltimo parum *Arſenici*, quo minus mucidum apparuit vlcus. Cæterum ne quis inſipide his validis medicamentis in pueris vti audeat: ex pēdet, Arſenicum, niſi diligenter præparetur, citius pueros ſuffocare: ob id oportet in ligatura parū eius apponere cum *aqua maluarum & roſarum*, non tamen comminutum, ſed integrum, & prædicta aqua 13

partem

partem colluere hyſſopo pennicillo intincto, quo partem colluimus, & minus aut nihil pueri deglutiunt: quod ſummopere cauendum eſt: vel poteris in ligatura apponere parum *vnguenti Ægyptiaci* cum *aqua hordei & aceto roſaceo*, & partem ſic abluere pennicillis in eo intinctis. Ego quidem arbitror, plures pueros interfeciſſe vſum horum medicamentorum, quæ cauſtica ſunt, quam affectionem ipſam. Quapropter id opus caute aggredi neceſſum eſt ſenſim, paulatim, & admixtis his, quæ lenia & manſuetiora ſunt: ſi quidem pueri neq; os ſufficienter aperire poſſunt, neq; poſſumus impedire, quin aliquid horum deuorent, non ſine magno eorum periculo. Et ob id ſemper vſus ſum collutionib. alexipharmacis, vt ſi quid deuoretur, prodeſſe etiam poſſit; qualis natura eſt apozema, aut iulep ex aquis cordialibus, cum confectione *Alchermes*, aut *de hyacinto*, aut pulueribus *lapidis bezoar*, *ſmaragdi*, cum ſyrupo *acetoſa*, aut de *ſucco limonum & borraginis*.

24 Verum cum his factis mitius apparuiſſet malum, cœpimus exterius exiccantia eo tempore adhibere, quale eſt emplaſtrum ex *farina & oxymellite*: quo poſito, cœpit puer facilius ſpuere mucoſa, fœtida, & glutinoſa multa, ita vt coegerit aſſiſtentes & patrem, digitis extrahere humorem illum, & frequenter os colluere: & tandem copioſo humore excreto, puer lente & paulatim melius ſe habuit, & facilius reſpirauit, & libere deglutiebat.

25 Sed mirabile dictu, erat quidem dira humoris conditio adeo pernicioſa, efficax, & contagioſa, quod digitum patris indicem, quo extrahebat eum ſuccum ab ore filii, mordicaret, & in ruborem moueret cum dolore: tandem mox pater conquerebatur de difficultate reſpirandi & deglutiendi cum dolore & tumore faucium, ac ſaturato colore, & glandulis extra apparentibus iuxta mentum. Ex quibus ſecundo die halitum praue olentem expirabat; ita vt iure optimo poſſis colligere, contagio filii patrem fuiſſe affectum. Namq; ſecundo die cœperunt partes illę exulcerari, & mox fœda & corruptiua putredine ſummopere fœdari.

26 Quibus præuiſis, & principio contagionis conſideratis, inſtituimus eam victus rationem, quæ vires plurimum & frequentat reficeret, & minus ob copiam aut craſſitiem grauaret, atque cum hoc alexipharmaci vires ſortiretur. Verum licet putredinoſa affectio exiccantia expoſtulaſſet: tamen quia vt virium indigentia magis vigebat, & neceſſitas admiſcendi hæc cibaria cum fœdatis humoribus, quo minus putreſcerent, & ſua natura vitium & calorem compeſcerent, vſi fuimus his quæ modice acida erant cum cibariis ipſis: velut fuit ſuccus *arantiorum*, *limonum*, *agrimonia & acetoſa*, vt tuſculis admixta facile ſe ſe in viciatos humores inſinuarent: nam vbi humores putredine periclitantur, talia & ſæpius adhibita porrigenda. Præſtitimus etiam ex oleribus *lactucam*, *ſcariolam*, *acetoſam*, *cicorium*, & *agrimoniam*, ſæpius per ſe coctas, ac nonnunquam iuribus admixtas, cum modica carne *pullorum*, & *agreſta*, aut *ſucco acetoſa*. Nocte ſolis oleribus vſi fuimus, cum pomis acidis aſſis, quia ſolidiora deglutire non poterat. Potus erat aqua *decocta hordeo & acetoſa*, aut cruda, cum modico ſucco granatorum acrium admixta.

27 Qua vitæ inſtitutione præmiſſa, fuit inter nos non leue dubium, an expediret prima die expurganti medicamento vti, aut ſanguinis detractione: quippe non defuerunt vnicuiq; harum opinionum rationes. Nam cum cacochimia præualuiſſet, videbatur ſtabilitum eſſe, purgatione fore vtendum. Item fluxionibus per venas factis ſubueniendum ſanguine miſſo, & vtroq; auxilio vtendum eſſe, vbi ambo vigent, aut impetu alicubi humores ruunt.

28 In cuius beneficii adminiſtratione expendendum eſt prius, quod ex his, qui hoc morbo corripiuntur, multi ſola plenitudine depoſita, ſanitati reſtituuntur: quia parum illud quod ad fauces defluxerat, leui gargariſmate repellitur, aut reſoluitur, aut per excreationem expurgatur: alii clyſmatis iniectis, aut leui purgatione melius ſe habent, quia ex cruditate ventris, aliquid ad caput irruebat, quo delapſo ad fauces, id malum concitabatur. Qua ratione depoſitis cruditatibus, ſubſidebat affectio. Alii rurſus lenibus diuerſionibus per frictiones, cucurbitas, ligaturas & ſcarificationes, protinus malum ceſſauit, eo quod ex inſolatu, aut frigore cœperat aliquid ad fauces defluere. Nonnulli vero, nec ſanguine miſſo, neq; expurganti adhibito, neq; vllo diuerſionis genere leuamen ſuſceperunt: quinimo per ſingulas horas adeo inualeſcebat malum, quod intra quartum pene ſuffocarentur. Ratio profecto eſt, quia ſimul cum humorum copia, adeo erat eorum natura pernicioſa & peſtilens, quod citiſſime in vlcus & putrilaginem grauiſſimam deduceret partem, & humorem. Quapropter ſciſcitandum eſt, *purgatione primo, an ſanguinis miſſione* vtendum ſit. Et ob id in noſtro caſu & ſimilibus, peculiari conſideratione eſt progrediendum, ac diligenter conſiderandum, quod humor impetu ruens ad fauces, quantumuis vitioſus & incorrigibilis exiſtat, *vt antea in pueris diximus*, potius ſanguinis detractionem expoſtulat, ob impetum, & periculum ex præſtantia partis, quam ob innatam corruptionem & vitium, expurgans medicamentum. Qua ratione optime conſultum fuit, in hoc viro longe maius feciſſe negotium, & minari periculum, impetum ruentis ſucci, quam malitiam ipſius, & ob id in eo, & ſimilibus celerius, & eadem hora oportet ſanguinem mittere ex brachio, & ſuperiori venâ: quo facto, impetum frænauimus, & copiam fluxuram depoſuimus, & cacochimiæ expurgandæ pharmaco locum dedimus. Quippe expurgantia medicamenta, licet reuellant & euacuent, non ita celeriter, & tuto, vt ſanguinis miſſio. Quapropter ſemper magnifeci in huiuſmodi curatione, initium ſumere à ſanguinis detractione, niſi adſit, aut praua admodum victus conſuetudo, aut affectus, qui mox à principio non plurimum vrgeat. Placuit enim magis in vltima parte principii, ſi cacochimiæ ſimul fuerit maxima vrgentia, aut in augmento, ac non raro in ſtatu, vt in turgentib. opus eſt, expurganti vti.

tiſmus ſpurius, niſi cum abundat, vel mordet in quauis particula ex prædictis in capite aliquid, exiſtentibus reliquis temporibus citra dolorem: quinimo videbatur hic noſter laborans integerrima frui ſanitate, niſi cum aliquid externum capiti accedebat, quo facile, ob contractam imbecillitatem indebat (vt de inſolatu & frigore dictum eſt) de capite conquerebatur. Quo tempore protinus accedebat implacabilis triſtitia, non ſolum ea hoc miſerabili viuendi modo, ſed etiam ex melancholia hypochondriaca, quæ non parum omnia hæc mala adaugebat. Hæc profecto omnia dixi, vt Medicus cognoſcat, qualis conditionis ſint rheumatici affectus; ſiquidem adeo diuerſam curandi rationem expoſtulant; quod ſi vni adhibeas quod alteri debetur (quamuis adeo ſimiles exiſtant) nil mirum, quod non ſolum nil proſit, ſed plerunque lædas.

Ad curationem rheumaticæ huius affectionis accedentes, eo ventum fuit inter Medicos, quod ſicut rheumaticus affectus legitimus, roborantibus cum modicis euacuationibus tractari deſiderat, ſic profecto ſpurius maiora & frequentiora euacuantia, cæterum minus roborantia expoſtulat, licet membro ab imbecillitate affecto ſemper roborantibus ſubueniendum ſit, vt in curatione hypochondriacæ abunde dictum eſt: quæ omnia huc transferre oportet, vt hac in parte ſolum de curatione rheumatiſmi huius ſermo habeatur. In cuius curatione diſquirendum eſt diligenti examine (ſiquidem ſeſe offert curandus venter primo languidus, meſeræũ obſtructum & calidum, caput mille modis male affectum) *à quanam ex prædictis affectionibus incipiendum ſit* (vt in curatione hypochondriacæ docere cœpimus) quippe præter id, incumbit ſcire, *quid tum quo curari debeat, aut quid ſine quo curari non poſſit: aut quid primo, altero non neglecto*; vel *quid horum cauſa & principii rationem habeat*, vt ab eo initium fiat curationis. In qua re conſuluimus, ſiquidem à ventriculo omnis orta eſt tempeſtas, ab eo initium ſumendum fore. Verum ante omnia expendenda eſt differentia curationis, quæ debetur acceſſionibus & doloribus qui per interualla repetunt, ac ea quæ debetur morboſo apparatui: qua diuiſione conſtabit clarior curandi ratio. Sic profecto in doloris ſæuitia & acceſſione primo conſiderandum eſt, in quam ex prædictis tribus affectionibus (capitis ne, ventriculi, aut meſæræi) regerenda ſit acceſſio: ſic profecto ſi hemicranea vertigo, aut dolor vigent ex flatu, aut caliginoſo vapore caput aſcendente (quod cognoſces, quia dolor plerunque principium trahit à vertigine, tenſione ventris & capitis, cum oculorum dolore) ac mox ſeſe dolore retrahente ad capitis conſuetam partem: quo euidentiſſimum ſit, internas capitis partes à ventre & meſæreo ſuſcepiſſe vapores, ea quib. concretis, aut craſſioribus factis, aliquid etiam exterius confluit, dolores concitans externos, licet ab internis principium ſortiatur: vt in hoc viro frequentiſſime accidere, relatum nobis fuit. Quo tempore à vomitibus & clyſmatis incipiendum fore inſtituimus, quibus maxime leuabatur. Quod ſi adhuc malum perſtaſſet, protinus expurganti vtebar pharmaco, *vt manna ſyrupo regio* cum decocto *pagins* & ſimilibus: & ventri prouidebam inunctione facta ex oleo *abſynthite, naphæ & menthæ* additis guttulis olei *de aaiſs, balſami, aut de Canime ex Indiis aſportati*, vel poſito deſuper *pane toſto irrorato vino albo*, cum puluiſculis ex *cinnamomo, gariophyllis & aromatico roſaceo*. Profuitque ſemper in hac cauſa, parti dolenti adhibere fomenta ex *chamamelo, roſis, maiorana & ſtæchade*: vel ex ſola aqua calida, aut vino. Item plurimum iuuabatur pomo aſſo, ſparſis pulueribus *chamameli, roſarum maiorana, cum aqua napha*.

Verum ſi citra internam capitis læſionem, mox à principio externas partes dolere conſpiciamus, certiſſimum erit indicium, venas capitis male affectas eſſe: quo tempore inſtituimus, ſanguinem (modice tamen) mittere, ac id bis, ſi dolo petierit, aut febris aliquo modo apparuerit: & mox exhibitis ſerapiis, purgari corpus iuſſimus decocto *rhabarbari* aut *pagins & ſeminis ibartami*, vel *ſerapio ſenato ex infuſionibus roſarum & violarum*. Quibus factis, ad cucurbitarum vſum accedebam, & ad fomenta, quæ ſimiles vires obtinerent: ac inſuper ad cataplaſmata, quæ ea puluerib. reſoluentibus & decocto *chamameli fœnugræci polii, & maiorana* confecta fuiſſent. Item fronti aliquid prohibens defluxionem adhibuimus, velut eſt, quod paratur ea *albumine oui*, aut *mucilagine pſylii, & pulueribus roſarum, thuris, terra ſigillata, cum puluere floris ſtæchados, vel maiorana*. Præterea emplaſtrum confecimus paruiſſimum ad vnguis magnitudinem, & temporib. adhibuimus, ex caranna, thecamata, cum cera aut ladano, & prædictis pulueribus, quo maxime leuabatur, quia vbi corpus euacuatum eſt, potenter reſoluit, & ſecuriſſime dolorem mitigat: ac ſi mens fuerit ſimul fluxionem compeſcere, prædictis addebam *roſarum & myrtillorum puluerem*; & ſi conſtaret, materiam frigidam eſſe, ex puluere *roris marini & gariophyllorum* parum admiſcebam.

Cæterum cum acceſſio ea commotione excrementorum quæ detenta fuerant, ab aliqua cauſa externa, vel interna irritante concitaretur; tunc proculdubio à purgatione ſuccorum quam citiſſime initium ſumpſimus: poſtea vſu frequenti pilularum *Arabicis, cochiis, ſine quibus*, & ſimilibus, *in* parua quantitate, quæ ℈.ii. non excederet, quarto aut quinto quoque die rem in meliorem ſtatum mutauimus. Sic enim frictionibus brachiorum, & totius corporis lenius ſe habebat: nam certiſſimum haberi debet, vbi copia congeritur excrementorum, & aliqua occaſione aut cauſa dimouetur, ſi quantitas conſuetam copiam excedat, non ſolum in partem conſuetam irruere, ſed in conſuetas abituram. Profuerunt etiam, cum ſic premebatur laborans, cucurbitulæ cum ſcarificatione humeris & brachiis affixæ: & cum diutius dolor perſiſteret, & premeretur etiam melancholicis accidentibus, præſentaneum ſuſceptabat beneficium ea hirudinibus ſanguinem ſugentibus ab hæmorrhoydibus.

Rheumaticæ affectionis prophylacticum.

Ad prophylacticam igitur huius rheumaticę affectionis curationem accedendo, pręmittendum eſt, nuſquam huiuſmodi ſpurium rheumatiſmum prouenire alicubi, niſi imbecillitate alicuius membri pręcipui, quamuis reliquum corpus inculpata frueretur ſanitate. In qua re conſiderandũ ſecundo

eſt, adeo

eſt, adeo eſſe aliquando corpus vniuerſum robuſtum & validum quod ob id integra videatur frui ſanitate, quia omnia excrementa, ſeu vitia, quæ ſortitur, in aliquod membrum tranſmittit, ex quo neceſſum eſt, illud male ſe habere, & reliquum corpus nihil horum pati, niſi vna ſolum parte. Præterea conſideranda tertio etiam eſt differentia inter ſpurium & legitimum rheumatiſmum (præter eas quas antea dixeram) quia in hac maiori ex parte iecur & aliquando cor male ſe habent: in ſpuriis vero quæuis alia corporis pars indiſtincte. Ratio huius differentiæ eſt, quia cum ad legitimum neceſſaria ſit totius corporis impotentia, & ea nulla alia parte citius & efficacius languor corpori ſuccreſcat, quam ex vitio cordis, ob ſpirituum defectum, aut iecoris, ob ineptitudinem alimenti, ob id horum quouis vel diminute vel ... itate agente, ſummam ſequi impotentiam, neceſſum eſt. Sic profecto in morbo Gallico legitimum plerunque comperimus rheumatiſmum, quia alimentum praue nutrit corpus, & in diuturnis febribus, ac morbis, qui ſpiritus conterunt, aut cor infirmant, protinus ſequuntur rheumatici affectus, quia corpus ob id imbecille factum eſt. At in noſtro laborante, ſicut in pleriſque, duo apparent membra affecta, quibus illi rheumatiſmus ſuboritur, caput nimirum, ac ventriculus cum meſeraicis venis. In qua re, ante omnem curationem ediſcere oportet, verum horum ſit in eo mali primum principium, quod alteri communicat ſuum malum: an vero ſint ambo. Cuius doctrinæ gratia ſciendum eſt, nonnunquam ventriculum capiti omne malum præſtare: aliquando vero præſtare caput ventri, & poſtea reciproca actione in caput, acceptum vitium ventrem regere. Quod profecto ante curationis initium noviſſe oportebit, iuxta Gal. conſilium, qui non ſolum cauſam noviſſe ſat eſſe ſcribit, niſi ad cauſæ principium deuenias. Namque ſi veniet, quod calore innato aut aſcititio careret, vel quod plurimis vtatur cibariis, male aut diminute coxerit, proculdubio nequibit vapores inde ortos reſoluere; & ob id caput, niſi robuſtum admodum fuerit, facile eos ſuſcipiet, atque ab eis patietur mille modis affectionum, vt dictum eſt, quod etiam de meſeraicis venis intelliges, & longe magis cum in eis calidi ſucci facilius in caput euaporent. Etiam aliquando in ventrem ſalſam, tenuem vel crudam pituitam inſtillabit qua longe magis coctiones læduntur, & vomitiones ac nauſeas & ſingultus atque alui fluxus patietur. Et pari ratione, cum caput, vel à toto corpore ſuſcepit quod nequit conficere: vel ex proprio alimento plura generat excrementa, vel ea per innata & conſueta emolctoria non ſufficienter purgat, proculdubio rheumaticos affectus concitabit, & plerunque in ventrem inſtillabit, & ipſum perdet, atque conficiet; ac inſuper articulares morbos, difficiles reſpirationes, & alia plereq; mala concitat. Nec eſt minoris momenti hac in parte diſſerere potentiſſimas etiam harum fluxionum occaſiones, vt inſolatus, impetuoſos aeris & frigoris occurſus, vel vigilias ac pernoctationes, ſub dio, aut recto ad ignem. item, quod maioris ſolet eſſe damni, capillorum in fœminis, & in viris barbæ prolixa & continua tinctura eis rebus, quæ vt valent capillorum colores mutare, ita potentes ſunt capitis, faciei, ceruicis & maxillarum ſalubritatem euertere: quod perpetuis rheumatiſmis miſere afficiantur, ac nonnunquam in maiora pericula deducant fœminarum pleraſq; & virorum non paucos. Dimittam alias cauſas & occaſiones, vt ad eas, quæ in hoc viro poteſtatem habent hæc mala concitandi, deueniamus.

93 Quibus conſtitutis, inter Medicos conſulentes ſtatutum fuit, vtrunq; membrum iam mutua & reciproca reactione & vitio inuicem affici: & ob id conſuluimus, duob. modis non ſolum prophylacticam curationem, ſed & veram eſſe exequendam: vno, conſumpta excrementorum materia, qua hæc membra mutuo ſe afficiunt, cum eorum prouentus minor eſt, quam natura innocue ferre poſſit, prius quam in acceſſionem degeneret: altero quidem, quo inhibeatur eorum prouentus & generatio, quantum permiſerit rei ſtatus. Quorum operum primum omni euacuationis genere perficitur; reliquum propria & perfecta membrorum roboratione & præparatione.

Sic profecto inſtituta vitæ & victus debita ratione alimentis boni ſucci paucis per interualla, quib. facile poſſint & perfectius à natiuo calore ſuperari, & imperato ſomno moderato, non diurno, exercitio maiori ſolito, & ante cibum, iuſſimus in prima menſa, habita ventriculi calore orbati ratione, ſumere panis biſcocti modicum cum vino generoſo madidum: aliquando *vini Hippocratici* nonnihil eodem pane imbutum conceſſimus, Item mixturæ aromat. ana cochlearia duo: aut *paſſulas Corinthias*, eodem vino madidas: ac ſi flatus præualere cõſtiterit, præbere iuſſimus *aquæ feruentiſſimæ hauſtum*. Quæ omnib. per interualla repetitis, mirum in modum iuuabatur: atq; coctiones alimentorum perfectius exequebatur, & ſine ructibus & ventris inflatione. Cæterum capitis languidi ratione in vltima menſa (nam ſic conſultum fuit, vtriq; membro affecto ſubueniendum fore) præſtitimus tabellas ex puluere *coriandri præparati, florum ſtœchados maioranæ aniſi fœniculi & roſarum*. Item diagetam ex iiſdem pulverib. factam, & aliquando conſeruam *cotoneorum cum puluere aniſi*, aut *corticum citri confectam*, & alia huius conditionis, quæ vim haberent caput roborandi, ac flatus qui ab alimentis in coctione eleuantur, compeſcendi. Potum etiam inſtituimus ex aquis per vaſa diuerſis: nam aliquando ex decocto *cinnamomi* vel *aniſi*, vel *ſaſafraſæ Indicæ*. Item nonnunquam ex decocto radicis *Chinæ* aut *ſparta parella*, cum *corticibus citri*, vel *paſſulis Corinthiis*.

94 Hac igitur vitæ forte inſtituta, primum præcautionis principium auſpicari fuimus ab omni euacuationis aut reſolutionis excrementorum genere. In quo operæ hanc legem ſeruari iuſſimus, quod euacuationes fiant ad penſum naturæ eius quod aggregatur, & iuxta modum quem natura ſeruat in aggregatione talis excrementi. Item, quod vtiliſſimum eſt, ſeruata naturæ inſtituta in conſuetudine expellendi huiuſmodi excrementa. Sic pituitoſa & craſſa, vt tardius & lentius aggregantur & excernuntur, ita quoque tardius purganda, ſed diligentius attenuanda, quo facilius leuiſſimo medicamento aut in parua quantitate exhibito cedant. Salſuginoſa ſemper miteſcenda &

frequen-

40 Verum quia in eiuſmodi rheumaticis affectionibus, ſiue in hanc, ſiue in illam partem procidant, ſemper aliquid in aliquo membro habituale, & fixum reperitur, adeo, vt ne his quidem omnibus factis, ſatis ſit ad integram ſanitatem recuperandam, quinimo neceſſum eſt, quod præſtemus aliquod præſidium, quod ad penſum propagationis excrementorum, quæ congeruntur vitio membri connaturaliſita & vires habeat euacuandi ſenſim & paulatim. In qua quidem conſideratione, cum certum ſit, frequentibus purgationib. plurimum vires labi, & ſi eis non vtaris, excrementa ſummopere creſcere. *Fontanellæ quando proſint.* ob id fontanellam adinuenit ars, ex natura ſumpta ratione, qua quod quotidie gignitur, quotidie quoque expurgetur. In cuius adminiſtratione, vt antea cœperam dicere, ſtatuendum eſt, neque in legitimo rheumatiſmo ſemper ex vſu eſſe: neq. vbi membrum mandans ſumme eſt languidum; illud quidem, quia vitium potius ſit ex impotentia totius qua recipit quidquid illi tranſmittitur, quam ex vbertate excrementi tranſmiſſi. Quo fit, vt ſæpe viſum ſit in huiuſmodi rheumatiſmis, parum aut nihil prodeſſe fontanellam, vt nuper diximus; in noſtro vero caſu, cum ad ſummam impotentiam capiti deuenerit, vt plus ſit quod vitiat ex impotentia, quam ex eius copioſæ quantitate, tunc profecto nulla ratione ex vſu foret fontanella: cæterum cum compertum nobis fuerit, vberrimam eſſe defluxionis copiam, quia caput plurimum ſuſcipiebat, & parum conterebat in ſui refectione, & longe minus erat quod excernebat, quam quod praua acetuatione ad moliendas fluxiones adſeruabat, ob id conſultum fuit, fontanellas in vtroque brachio aperire, quibus deinceps vir hic egregius ſalubrius degebat, & vitam habuit placidam, ſine moleſtia aut rheumatiſmo, vt antea quauis leuiſſima occaſione afficiebatur. Sic profecto primam partem prophylacticæ curationis exequuti ſumus magno cum laborantis beneficio.

41 Ad alteram vero partem accedendo, quæ ſita eſt in prouidentia vlterioris propagationis excrementorum, ſtatuendum eſt, eam ſuas vires ſortiri in duobus ſolum: quorum alterum eſt proba vitæ & victus inſtitutio, qua nihil ſuperabundet læſurum: reliqua vero in roborationem membrorum, quæ ob imbecillitatem contractam, adhuc ex optimo & pauco alimento vitioſa gignunt recrementa, ita vt ſemper ſubſit ad rheumaticos affectus ſufficiens copia materiæ. Quo profecto factum eſt, vt is qui morbo Gallico ſemel correptus fuerit, raro viuat ſine querela & rheumatiſmo: adeo fœdatur quodvis alimentum Gallico iecoris charactere. Sed de his alibi dictum eſt. Noſter vero laborans ex cauſis & occaſionibus nuper dictis, adeo ventris & capitis languore laborabat, vt præter omnia auxilia, quæ diximus, etiam opus fuerit ad roborationem vtriuſque membri accedere.

42 In hac vero conſideratione prius in memoriam reuocare oportet, quid vere ſit imbecillitas, & in quo vis & poteſtas partium ſita ſit, nam in hoc ſita eſt præcipua morborum curatio. Cuius rei gratia ſcire oportet, nil aliud eſſe imbecillitatem, quam id quod potentiam à ſuo ſcopo aberrare facit: quod noſces, quia particula imbecilla, aut totum corpus, à quauis cauſa facillime alteratur, ita vt calore inſito, quo omnibus reſiſtit, orbata videatur. *Imbecillitas quid.* Cæterum licet hoc verum ſit, alia tamen eſt imbecillitas, quæ aliis ſignis innoteſcit, nimirum, cum corpus nec pars ſe poſſunt, vt antea, mouere, aut prompta conſuetis actionibus eſſe, ac ſpontanea laſſitudine premuntur; præludium profecto futuri morbi: illam quidem Medici appellant *eſſentialem impotentiam* hanc vero *collatione ad materiam*, ſeu *per aggrauationem*: illa quidem cum natura languet defectu humidi calidi, & ſpiritus, quæ minimis etiam ſuccumbit, neque cuiquam iniuriæ aut motui valet reſiſtere; hæc vero quæ per collationem dicitur: reſiſtit quidem & euacuationem ſuperflui potens eſt moliri ac perficere, aterum per vices & intervalla. *Imbecillitas duplex.* Inſuper conſiderandum eſt, quod ſicut in facultatis robore duo requiruntur, nimirum, vt intus operari queat, & ſe ſe ab externis impreſſionib. tueatur: ita profecto in impotentia radicali duplex exiſtit cauſa: vna, quia cum ſit in ratione principii læſa, neque officium probe facit, & eius oſtenſione cætera læduntur; altera, quod tueri ſe nequeat ab incommodis violenter incidentibus.

43 Quibus ſic conſtitutis, in noſtro laborante, & in legitimo rheumatiſmo ſemper hæc eſſentialis impotentia reperitur; cæterum in legitimo præeſt in toto corpore. in illegitimis vero in aliquo vno aut pluribus ex membris, præcipuis maxime, & ob id huius impotentiæ naturam & cauſas venari ſtuduimus, quo facilius huic laboranti ſubuenire potuiſſemus.

44 Conſtat quidem ex communi omnium autorum ſententia, ſuccreſcere huiuſmodi impotentias ex intemperantia facta. Cæterum qui rem maturius voluerit addiſcere, has impotentias ſciat poſſe prouenire vox è quatuor cauſis, quibus innati temperamenti partes alterari poſſunt. *Impotentiæ vnde fiant.* Quippe vna eſt defectus innati & radicalis caloris & humidi: *altera* ſuccreſcit per additionem alicuius qualitatis, ex quatuor in quib. conſiſtere fertur temperamentum; in eo tamen exceſſu, quod morbum faciat, ſiquidem morbus eſt qui immediate lædit actiones, quarum læſio eſt inſeparabile ſignum impotentiæ. *Tertia* ex deprauata conditione alicuius qualitatis, quæ licet ex primis non ſit, tamen non minus vires labefactare poteſt. *Quarta*, cum ſpiritus vitalis obtunditur, diſſipatur, diſtrahitur, aut praue corrumpitur: quippe his omnib. vtitur natura, cum iuxta ſui leges ſe habet, ad moliendas actiones, exſequendas & efficiendas. Primo quidem ſita eſt radicaliter omnis potentiæ efficacia & actio in calido innato, & humido radicali, quo quidem deficiente, radicaliter quoque deficiunt actiones, vitio huius principii. *Item* vtitur temperamento membri ad peculiarem actionem cuiuſque, citra quod, vitioſe aut diminute operabitur facultas, licet radicaliter inſit. *Præterea* ſpiritu vitali, naturali, aut animali indiget, iuxta ſpeciem operationis cuiuſque harum facultatum. *Vltimo* tamen læduntur omnes partes, & earum actiones, ex vitioſa aliqua qualitate, vt in venenoſis conſpicimus, ac peſtilentibus affectionibus: quippe in his omnibus, natura partis adeo labaſcit, & infirmatur, vt neque intus neque extra, agere aut reſiſtere poſſit: quia hæ prauæ qualitates vehementer opponuntur innato calido, & temperamento partis, ac ipſis ſubſtantiis omnibus.

His vero ſic explicatis, ſtatutum fuit inter nos, noſtrum laborantem, defectu humidi & caloris 45
radicalis in ventriculo & capite, hoc rheumatiſmo laboraſſe: quo neq; alimentum probe conficiebat, neq; excrementa pellere naturali modo poterat, nec rurſus ea conficere, ſed fluere permittebat (*vt antea dictum eſt*) & etiam quæuis harum partiũ faciliter ſuſceptabat, vel totius corporis, vel alterius membri vitiata excrementa. Quapropter omnis roborandi ratio ſita eſt in adhibitione eorum, quæ defectum radicalis humidi reparent, & caloris natiui vires & modum adaugeant. Quæ ſane auxilia ſita ſunt in triplici re, nimirum in reparatione deperditæ ſubſtantiæ, per renutritionem, & in caloris languentis augmento: item in vſu rerum temperatarum, quibus exceſſus aut defectus cuiuſuis temperaturæ, facilius & ſecurius reparatur, quam per contraria aut ſimilia: ſiquidem certa menſura cuiuſque difficulter haberi poteſt. Quapropter in noſtro laborante præberi iuſſimus (quo omnes indicationes complerentur) *carnium expreſſiones*, *iura perdicum & pullorum*, quos antea ſaginare oportuit carnibus *teſtudinis, cochlearum, ranarum & carnis perdicum*: ex quibus diuerſa parauimus obſonia. Alterum fuit *ius aut ſuccus extractus per expreſſionem*: & reliquum, *ſtillatitia aqua*, cuius modicum iuſſimus omnibus cibariis admiſcere. Cuius rei gratia, interim dum aqua ſtillatur, iniecimus in ligatora modicum *cinnamomi, aniſi* aut *pulueris garyophyllorum*, vel *corticum citri*, quo calor etiam reuiuiſceret. Inſuper iura & condimenta ex teſtibus *gallorum, criſtis & extremitatibus*, & *glandulis capreolorum* conficere curauimus. Præterea præbuimus *oua ſorbilia*, & *pullorum perdicum carnes*, *amylum* etiam & reliqua quæ eandem ſimilem habent naturam. Potum inſtituimus ex *aqua cinnamomi, aniſi* aut *ſaſafraſa*, nonnunquam ex *lentiſco*; & potius parſimoniam conſuluimus.

Renutritio deperditæ ſubſtantiæ per quæ fiat.

In quarum rerum adminiſtratione hanc legem ſeruare oportet, quod renutritio ſubſtantiæ deperditæ fiat per ea alimenta, quæ ſimillima ſint præexiſtenti ſubſtantiæ, quantum fieri poſſit: namque tenuia, aut facile diſſipantur, aut parum reficiunt: craſſa vero tarde concoquuntur, aut difficilius conuertuntur in præexiſtentem ſubſtantiam propter diſſimilitudinem. Quo fit, vt quantumuis dictum ſit autoribus, renutritionem fieri citiſſime per ea, quæ tenuia ſunt, & plurimum nutriant: in diuturnis tamen impotentiis ſecurius & citius ſimilia commutantur, quam diſſimilia. Quibus autem id fiat, opus non eſt docere, cum id petendum ſit ex cuiuſque natura, & modo ſubſtantiæ; ſiquidem non poteſt omnibus vna ratio ſubſtantiæ alituræ conſignari: cum modus naturæ longe varius exiſtat, vt Hipp. ſtatuit, dicens: *Differt corpus à corpore, & natura à natura*: & ſic ex prædictis eas leges, quibus hanc legem ſeruare poſſis. 46

Calorem natiuum quæ adaugeant.

Caloris autem augmentum eandem legem expoſtolat: nam calefacientia quæ adhiberi debent, 47
ſimillima eſſe oportet calori præexiſtenti. In qua re ſtatuendum eſt, non eſſe intelligendum, calori vt ſic & nunc eſt (nam defectu laborat, & ſimilibus non augebitur) ſed calori vt ante deperditionem erat. Quo fit, vt mensurata caloris nunc exiſtentis natura, parum intenſiorem addere oporteat, quantum artificioſa coniectura conſtiterit, calorem ante eius deperditionem præfuiſſe. Quam profecto doctrinam non poſſumus ſpecialius explicare, ſed eam remittere iudicio præſentis Medici, ſi quidem ſingularium nulla poteſt haberi ſcientia. Cum hoc tamen, noſtro laboranti præbuimus multa, quæ hunc vſum præſtarunt, vt fuit *vinum Hippocras* in prima menſa, *aromatizatum ſolo cinnamomo, & garyophyllis*: fuit etiam admiſtio pulueris cum cibariis, qui fit ex *diamargaritone, cinnamomo, garyophyllis*, & *radice angelicæ*.

Aqua vitæ confectio & laus.

Sed inter omnia, quod maiores vires præbuit, fuit ſemel in hebdomada ſumere vnciam ſemiſſem *aquæ vitæ confectæ aqua roſacea & ſaccharo*, vt in præſidiis ventriculo adſcriptis compoſitam reperies *tomo primo, in vltima eius parte.*

Temperies quibus tuenda.

Temperiē vero, ſi amiſſa eſt, tueri in huiuſmodi impotentiis, teneris, nō per ſimilia præſenti in- 48
temperantiæ, aut per contraria, ſed ſolum per ea auxilia, quæ temperatæ & mediæ ſint naturæ: hæc proficua ſunt, & exceſſum compeſcere poſſunt lente, paulatim & ſecure: vt in huiuſmodi intemperantiis inueteratis, rei natura & vires languidæ permittunt, & iure expoſtulant; nam aliter ſi feceris vel intemperiem adaugebis, vel vires imminues: quibus tamen id poſſis exequi, natura & conditio intemperamenti & imbecillitatis monſtrabit. Hoc tamen vno in hac re animaduerſo, quod vitioſa, venefica, aut praue conditionis intemperantia (qualem diximus adeſſe in morbo Gallico, peſtilenti & venenoſo) ſolum ſubſidium ſuſceptat ab alexipharmacis, quæ cuiq; iuxta ſui naturam & conditionem ex vſu exiſtit: non quidem contrariis, aut quibuſuis aliis. Sic profecto noſtrum laborantem ea prudentia, & dexteritate reſtituimus, vt fere ad integram ſanitatem deuenitet, Deo fauente.

De faucium & gutturis anginoſis & lethalibus vlceribus.

CONSVLTATIO XIV

INTER affectiones grauiſſimas (quas ſolum curare hac in parte inſtitui) quæ in decurſu 1
mearũ ætatum, ſeſe mihi obtulerunt, vna fuit (forſan cunctis grauior) quæ his temporib. nouiſſime viſa eſt per plures prouincias & ciuitates graſſari, non plurimum neq; frequenter antea viſa, aut ſaltem non ſatis hoc vſque animaduerſa: (licet antiquitus ab Hippoc. Galen. & Celſo non prætermiſſa) ſita quidem in anginoſis, & lethalibus faucium & gutturis tumoribus carbunculoſis & vlceroſis. Quam quidem, ob certum & breue admodum periculum, vulgus Medicorum Hiſpano ſermo *Garrotillo* nuncupant, diuerſa quidem quam plurimum, periculo, breuitate & complicatione putredinoſi & vſtiui atque vlceroſi tumoris, à communi angina;

Garrotillo.

licet loco & ſymptomate ſuffocationes ſummopere conueniant. Cuius *primo* hiſtoriam grauiſſimis periculis & difficultatibus plenam recenſebo: *ſecundo* huius mali naturam, cauſas & ſigna: & *vltimo* curationem, tam in pueris, quibus frequentius accidit, quam in adultioribus, curabo, qua potuero certitudine docere: quia vtriuſque ætatis præſens hiſtoria mentionem facit mirabili quodam ſucceſſu.

2 Ad curandum filium ſuum primogenitum me vocauit nobiliſſimus vir Rodericus Xuarez à Toleto: cui, cum biennis eſſet, cœpit catharroſa defluxio eo impetu & celeritate ac malitia ſuccreſcere; vt pene primo die ſuffocationem minaretur. Erat quidem puerulus ſanguineus cum abundantia aduſti ſucci, quia puſtulis maculis frequenter in facie inſignitus erat. Qui etiam ineunte hyeme cœpit febricitari cum acri fluxione ad nares, præcedente capitis grauitate, ita vt vix poſſet oculos eleuare. Eadem die difficulter deglutire lac, & reſpirare cœpit, nec probe vocem emittere poterat, ita vt coegerit Medicos fauces & guttur inſpicere. Quæ partes rubore ſaturato apparuerunt inſignitæ, nec defecit glandulolus tumor in parte gutturis dextra & externa: quæ digitis leuiter adhuc compreſſa, maximum in puero commouebat ploratum: ita vt conijcerem, magno ſimul affici dolore. Statim ante quartum diem fœtor erupit incredibilis, & aperto ore apparuerunt puſtulæ varii coloris, maxime ad nigrum vergentes mucoribus fœtidis circundatæ, cum putrilagine, & mollitie earum partium.

3 Viſo quidam præſenti ac ſæuiſſimo affectu, primo diligenter inter nos inueſtigauimus mali huius *eſſentiam & naturam, atque differentiam à ſibi ſimilibus*; item *quas ſortiebatur cauſas, quæ ipſum ea malignitate & periculo inſignierint*: tandem *quibus ſignis noſſe à principio liceret*: & vltimo, *qua diligentia, præceptis, & præſidiis ipſum curare potuiſſemus.* Verum licet in omnibus aliis Conſultationibus, diuerſo ordine rem explicuerim, in hac vero prius in communi (tanquam in affectu qui ſecum nouitatem adducit non paruam) rem aperiam, naturam, cauſas & ſigna inueſtigabo, ac poſtea qualiter cum hoc puero & parte eius, qui conſimili affectu fuit ſæuiſſime affectus, actum ſit, & eius curationem inſtituimus conſulentes: nam vterq; affectus grauiſſimus fuit, vt mille conſiderationibus opus fuerit, ad eius legalem & adæquatam curationem.

4 Vt conſtet differentia inter reliquas gutturis & faucium inflammationes, & earum partium vlcera, & inter hunc affectum, quem vulgus *Garrotillo* appellat, ſtatuendum eſt, eius eſſentiam non conſiſtere in ſola illarum partium inflammatione, vt de angina fertur: neq; ſtat in ſola exulceratione, ac ſoluta vnitate, vt in morbo Gallico affectiano raro conſpicimus: quibus partes affectæ in gutture, & faucibus profunde exulcerantur; nihilominus tamen, neque difficulter reſpirant, aut difficulter alimenta deglutiunt. Neque adhuc in his ſimul iunctis & complicatis, ſolum ſita exiſtit, ſed etiam ſecum habet adiunctum humoris ad partem fluentis id vitium, ea conditione malefica affectum, quod vt contagioſus, peſtis more, in citiſſimam mortem pueros & adultos deducat. Quippe tota huius mali natura & eſſentia in complicatione horum omnium ſita exiſtit: nam aliquando ab inflammatione incipiens, ocyſſime exulceratur: nonnunquam ab vlcere ea corroſiuo humore facto, in tumorem mox commigrat. In qua re ſciendum eſt, neque inflammationem eſſe vulgatis naturæ, vt in quauis anginæ ſpecie experimur, quæ vt plurimum in ſuppurationem terminatur, ſi prius reſolui non poſſit: ſed etiam tertium quid habet adiunctum, nimirum humorem ibidem contentum eius eſſe feritatis & malignæ conditionis, quod ocyſſime in putrilaginoſum, corroſiuum ac pernicioſum vlcus commigret, & partem protinus vſq; ad oſſa perdat, more carbonũ peſtilentium. Item vlcus ſi ibidem accidat, non eſt vt Gallica vlcera, & alia quæ vulgariter conſpiciuntur, licet à defluxionibus mordacibus fiant, ſed inſuper quid inflammatorium illis accedit, ita vt vlcerata pars etiam in tumorem attollatur: non quidem quod abſceſſus vere fiat, ſed quod humor ille pernicioſus in poris partium, gutturis & faucium immerſus, eas in tumorem eleuat, & figuram vitiat: & præter id, carnẽ prius fœda corruptione & vſtione perdit; & prorſus ad putrilaginem contagioſam deducit. Ex quib. prodit quam citiſſima ſuffocatio, etiam ſi affectus non ſit in muſculis internis, vt in grauiſſima angina; quia habet adiunctam ſolutam vnitatem, quo minus moueri poſſit ad eius attractionem, & emiſſionem, ac ſimul fœdiſſimam putredinem, qua tota partis ſubſtantia depopolata viſitur quam breuiſſimo tempore, præter febris maligniſſimæ acceſſum, quæ mortem accelerare per ſe nata exiſtit. Quibus diligenter conſideratis, facile erit, morbi naturam noſſe, & à ſimilibus diſtinguere, & accidentium, quæ ſæuiſſima ſunt, cauſas & mortis celeritatem prænoſſe. neque opus eſt in hac parte quærere, an Hipp. vel Gal. aut aliquis alius ex veteribus huius meminerit morbi: nam ſatis eſt veluti delineaſſe eius naturam, *vt Hipp. 4. acut. tex. 30. & lib. de flatib. & de locis in homine.* Sed Aretæus ſpecialius *lib. 1. cap. 9.* hæc refert verba: *Vlcera in tonſillis fiunt aliqua, mitia, familiaria, non lædentia; alia aliena, peſtifera necantia: peſtifera lata, caua, pinguia, quodã concreto albo humore aut nigro ſordentia*: & paulo inferius inquit: *Cruſta vero circumueniat rubor excellens & inflammatio, & venarum dolor, quemadmodum in carbunculo, in collo etiam phlegmone erumpit, & ſi in pectus per arteriam id malum inuadat, eo die ſtrangulat.* Quibus profecto verbis fere integram naturam huius ſæuiſſimi affectus depinxiſſe viſus eſt. Et ſubdit: *Dolor acer & calidus, qualis in carbunculo, ſpiritus vitiatos exhalantes, maxime patredinis odorem, eumque vehementer in pectus ſpirando adducunter, immundi adeo fiunt, vt neque ſuimi ipſorum odorem ferre queant: pallida hu, ſeu liuida facies, febris acuta, ſitis, vt igne accenſi videantur.* Eiuſdem ſententiæ fuit Aetius *tetra 2. ſerm. 4 cap. 46.* de cruſtis & peſtilentibus tonſillarum vlceribus, ſic ſcribens: *Cruſtoſa, & peſtilentium tonſillarum vlcera, vt plurimum, nullo præcedente tonſillarum fluxu incipiunt; aliquando enim à conſuetis fieri inflammationibus, maxime efferatis, proficiſcuntur. Fiunt autem frequentiſſime pueris, atque etiam ætate iam perfectis, maxime in qui vitioſis humoribus abundant, præſertim in peſtilentibus conſtitutionibus.* Et poſtea ſubdit: *Sunt autem partim albæ maculæ ſimilia, partim cinereo colore, aut ſimilia cruſtis, quæ ferro inuruntur;*

Garrotillo qualis morbus, eiuſque natura, & quid ab angina differat.

accidit autem ægris ſiccitas in deglutiendo, & ſuffocatio, &c. Ea quibus conſtat, hunc morbum anginoſam eſſe affectionem, cæterum multis modis diuerſam à vera & exquiſita angina (licet cum ea in ſuffocatione conueniat) quia hæc non raro carbunculoſa exiſtit & vlceroſa. Diſſidet etiam ab omni fere alia vlcerũ ſorte, ob impenſam malignitatem ſibi adiunctam, maxime ob maligniſſimam febrem; quam plerunq; ſibi adiunctam habet, præterquam quod hic pernicioſus affectus omnia ſimul vitia habet ad uncta, & contagioſus eſt.

Cauſæ.

Cauſas huius pernicioſiſſimi morbi, qui ſtuduerit ad vnguem comprehendere, ſciat, id eſſe perdifficile, cum certum ſit, earum eſſe quam plurimas, quarum naturam, modum, conditionem, & originem non poſſumus capere. Quis enim pulcherrimi & formoſi pueri, vel hominis aut fœminæ huius aut illius ætatis, cum ſani videantur, conlicere poterit, latere, & abſconditos eſſe adeo pernicioſos ſuccos, quod ſubito, aut quam breuiſſimo tempore, vbicunque tetint, exulcerent, corrumpant, putrefaciant, & vſq; ad gangrænam deducant partem. Nec minus mirandum erit, leuiſſimam faucium tumorem magnam mouit putrilaginem, & inuincibilem corruptionem: cum longe maiora vlcera, & turgentes, eleuati & magni tumores id non ita facile patiantur: quinimo breuiſſimo tempore, & leuiſſimis, atque communiſſimis præſidiis ad ſanitatem perducantur. At in hoc pernicioſo affectu, nec maxima proſunt, & ſi maiora adhibeas, non raro malum adeo exacerbatur, quod citiſſima morte laborans, quiuis is ſit, præueniatur. Quo profecto cenſeo, humores, qui ſiue à capite decidant, ſiue à toto in fauces, aut in caput eant, & poſtea ad fauces dilabantur, adeo eſſe inuincibilis naturæ, & pernicioſæ conditionis, quod ratione indomitæ eſſentiæ natura partis nullam coctionem, nullamque gratiam illis præſtare poſſit; & cum non ſuperentur, ocyſſime partem deuincant, ſuperent & prorſus perdant, ac celerrime in inſuperabilem, & contagioſam corruptionem degenerent. Mihi tamen dubium non eſt, hos poſſe eſſe bilioſos, pituitoſos, melancholicos, aut ſanguinem nimis vſtum; cæterum exiſtimo adeo ſortiti contrariam toto genere conditionem, & noſtræ naturæ aduerſam, quod dum in quouis loco recipiantur, quam facillime pars illa cedat, & ab eis ſuperetur, atq; corrumpatur, more peſtilentis conditionis. Quippe certiſſimum eſt, huiuſmodi deprauatam naturam non conſiſtere in qualitatibus primis aut ſecundis ſolum, ſed adhuc cum eis adeſſe eam formam, quæ nulla naturæ actione nata ſit, in partis quæ tales humores recipit, compagem, & ſimilitudinem mutare: quinimo ipſa pars protinus ab ipſis patitur tali paſſionis ſorte, qualis fuerit humoris conditio, aduſta, acris, mordax, & corroſiua: eu quidem magis, quo vel humores fuerint penetrantes, ac ſeſe facilius inſeruerint in intima partis, aut glutinoſa, & contagioſa, quod fixius adhæreat: medium quidem ad validam actionem ſummopere neceſſarium. Quibus omnibus carnium gutturis, & faucium mollities efficitur, tenuitas & facilitas ad recipiendum & patiendum prædicta mala, non ſolum ex validiſſimis agentibus, verum à minoribus. 5

Humoris fors qualitas inueſtiganda.

Sic profecto in natura cauſarum primo inueſtigabis *ſortem humoris*, In quo ſubiicitur hæc deleteria & maligna conditio. Secundo, *qualem habet lædendi poteſtatem.* Primum venaberis ex his quæ humorem peccantem monſtrant: nam bilem ex colore, ex amarore & ſiti, ac celeritate motus morbi; ſanguinem ex rubore, tenſione tumoris, & ex aliis quę ipſum atteſtantur: aduſtum ſanguinem, bilem aut melancholiam, ex puſtularum quæ ſuperueniunt colore, aut ex modo putredinis ipſius vlceris. Dimitto hac in parte, vrinarum, pulſus, aliment & vitæ anteactæ ſigna, quibus cauſa abundans monſtratur: nã ſępe deprauata adeo humoris conditio naturam ipſius mutat, vt alterius ſortis videatur, pręter quam quod ad veram huius mali prouidentiam, non tam nos ducit humoris natura propria, quam delerteria conditio acquiſita; ſi quidem citius compeſcitur alexipharmacis, quam aliis, quæ qualitatibus contrariis iis quæ propriæ ſunt cuiuſque humoris polleant. Et ob id conſuluimus conſiderare ſecundo in his cauſis lædendi modum: nam ex his humoribus, quidam ſerpendo lædunt, quidam abradendo, ſicut & alii exulcerando, & plerq; puſtulas eleuando & intumeſcendo carnem ipſam, alii quidẽ putreſcendo, mucidam & putrilaginoſam reddendo. Quæ omnia diligenter ediſcere teneris, vt poſſis iuſte & legaliter præſidia cuiq; iuxta innatum lædendi modum præſtare. 6

Signa.

Signis etiam in hoc malo mille rationibus opus habemus: nam licet pleraq; ſint cunctis anginæ ſortibus communia; tamen in hoc malo vnicuique eorum adiungitur quid nouum, malignius & periculoſius; quo facile cuiuis mediocriter erudito appatet, hanc ſtrangulationis ſortem à communi angina differre. Quippe vehementiſſima ſuffocatio, tumore & vlcere conſpicuis aperto ore, diuerſa eſt ab anginæ conditione apparente tumore. Item nihil conſpicuum videre & fœdiſſimum ſpirare, longe diuerſum eſt à vehemente angina, cum tumor non apparet. Præterea difficultas reſpirandi, & non raro deglutiendi, cum pectoris & dorſi dolore ac veluti compreſſione ſuffocante, ſimul cum peſtilenti odore, & vehementi harum omnium partiũ ardore, & rubore totius oris & colli, cum vocis & loquelæ vitio, ac linguæ extractione, & ſiti incõpeſcibili, pernicioſiſſimæ & peſtilentis conditionis ſupra anginam euidentiſſima exiſtunt ſigna, addita quidem ſupra anginæ conditionem, aut ſimilia his, quæ in grauiſſima angina depinxerat Hipp. 4. *acut.* 33. & Gal. 4. *de loc. cap.* 3. Quibus etiam accedit ſublimis reſpiratio & alta, ac ſpirituum reuulſio, cum maxima pinarum naſi diſtenſione, *vt etiam retulerat Hipp.* 4. *acut.* 34. Quibus etiam accedit ſaniei per os & nares excretio; variis vlcerum coloribus, & intenſiſſimo fœtore nauſam plerunq; mouente cum ſordida excretione. In aliquibus vero extra, prope ceruicem, & infra mentum glandulę apparent, peſtiferi morbi naturam redolentes, & vniuerſa ceruix, & collum intumeſcunt, & fauces cum rubore ſaturato inſtar laqueo ſuffocatorum. *Præterea* id malum pernicioſæ eſſe conditionis, cognoſces, quia nullis pręſidiis ex iis, quę anginoſis prodeſſe ſolent, cedere viſum eſt: ſed indies magis ac magis hæc accidentia creſcunt, donec breuiſſimo tempore laborantium maiorem 7

partem

partem perimat, idque non raro intra quartum diem. Quippe ſæuiſſima affectio minatur longe maius & celerius periculum, quam id ſit, quod de carbunculis anginæ prædixerat Hipp. 3 *Prorr. 16. & 4. aph. 30.* cum certum ſit, illa omnia mala huic ſuccreſcere, addita peſtilenti & ſordida putrefactione, ac inuincibili malignitate, quæ reddit affectum fere deſperatum. Maxime ſi accedent vlceris conditiones quas depinxerat Hipp. 1. *Prorr.* 18. quibus tu ipſe addere poteris eandem peſtiferam malignitatem: nam illa ſigna fere omnia oſtendunt iacturam caloris & virtutis, hæc autē dictam mali conditionem, vehementiam ac poteſtatem, & victoriam morbificæ cauſæ: ita vt non raro ſuccedant colliquatiui fluxus per nares, aut per os quam fœdiſſimus, ſignum profectò inſtantis mortis. Quibus omnibus addes febrem vel ardentiſſimam vel malignam, licet nō ſemper talis incipiat. ſiquidem poſſibile eſt à febre mite, aut benigna morbum incipere, poſtea vero, vel in malignam, ſeritatē putredinis mutari, vel in ardentiſſimam, ſi cordi acceſſit cauſa, vel cauſæ vapor aliquis ex æſtuans. Nec multū fidere oportet, ſi febris mox non appareat, aut lucceſcat nam ſæpe citius ſuffocat affectio quam febris ſuccendatur: ac nō raro malignitas humoris corrumpit ſpiritus & mortem accelerat, ſine eo quod febris ſuccendatur. Quapropter varietatem hanc diligenter conſiderare oportet & alia quæ in ægris ſingulariter cognoſcimus, veluti fuit ſputum pueri cuiuſdā, qui papillam nutricis ſugendo ore mi ore venefico pleno, inflammationem acceſſiuit, & mortificationem partis vberis cum papilla; cui conſimile malum ſuccenit patri huius pueri, cuius hiſtoriam hac in parte narramus. Quapropter cauendum eſt diligenter, ne ſic affecti deglutiant propriam ſaliuam, quinimo ora puerorum diligentiſſime ſunt abluenda penicillis & linteolis aliquo detergente madidis.

8 Curandi rationem qui exquiſite ediſcere voluerit, expendat, nullum haberi certū ac determinatum præceptum in hoc ſæuiſſimo malo, ex his quæ tumoribus, fluxionibus aut vlceribus debentur. Nam hæc eſt lex & conditio perniciosorum & malignorum morborum (præ cæterum ſi complicati) quod omnia præter quiſita morbo cui adiungitur, mittet, enervat. & non raro eis & ſibi contraria expoſtulet. Hoc tamen vnum habent perpetuum, quod ſemper alexipharmaca expoſtulent, cunctis aliis præſidiis & alimentis admiſta. Quia cum potiſſima ratio breuiſſimæ mortis (præter loci affecti præſtantiam) ſita ſit in malefica conditione, & inuincibili natura. ob id qualitatē, quæ operetur tota ſubſtantia, potiſſimum expoſtulat. Quo ſuppoſito, ſtatuendum eſt in hoc grauiſſimo affectu, quæ prorſus & viciſſim ad ſe conuertunt omne curantis conſilium (ne quis exiſtimet, vno, eodemq; gradu ſemper incedendum eſſe in hac curatione) nam puerorum conditio & facilitas in patiendo maiorem requirit diligentiam; & diuerſam medicamentorum efficaciam, licet eiuſdem ſint officii: adultorum vero validiora expoſtulant. Item vlcera hæc, quæ celerrimam corruptionem minantur, protinus illis ſubueniendum eſſe indicant, licet vt vlcus eſt, aliter ſit agendum. Nonnunquam (non prorſus poſthabito vlcere puſtulatū) ſuffocationis periculum trahit ad ſe omne præſidium: ita vt ante corruptionem, vel ſuppurationē, liceat tumorem aperire. Inſuper magnitudo tumoris, qui ad extima ſeſe extendit, auxilia extra & intra apponi iubet. Præterea venenoſa & deleteria conditio, alexipharmaca requirit, quæ ſi non profitit, ad cauſtica, & vſq; ad ignem ſore deueniendum indicat. Quapropter, vt his omnibus prouideamus, exemplo pueri propoſiti in genere, & iuxta naturam & modum affectus ipſius, generalia & illi debita peculiariter auxilia referam & mox ad patris eodem malo affectæ per contagium à puero ſuſceptum, curationem deueniemus: vbi omnia quæ in hoc malo in adultis & pueris neceſſaria exiſtunt, reperiat diligens lector.

9 Viſa igitur ſæuitia mali huius pueri, cœperunt Medici diligenter omnia neceſſaria præparare, initio ſumpto à victus inſtitutione. Circa quam conſentum fuit inter nos, ſufficere lactentibus lac, & his qui iam guſtauerint ſolidiorem victum, ſatre condito iure aliquo, aut ſolum concedere ius pulli aut pullæ, admixtis alexipharmacis, quæ perniciosam conditionē retundant, ac frænent, & ſimul alimentum præſtent. Huius naturæ eſt ſtillatitia aqua ex pullis ſaginatis confectione *Alchermes, electario de hyacinto, radice ſchorzonera, & foliorum plantaginis ſcordii*, ſi hac lege extraxeris. Excipe *pullarum num. 2.* munda ab omni excremento; & eorum ventres reple *foliorum plantaginis, ſcordii ana p. i. radicum ſchorzonera ſiccam i. & ſ. confectionis Alchermes & electarii de hyacinto dilutis in vncia ij. aquæ roſarum & ſchorzonera, ana ℥. ij.* irrorentur omnia vino albo, & coquantur in lib. iiij. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & omnia ſimul inſtillentur duplici vaſe cum iure prædicto. Cuius inſtillationis admiſcebis aliquid potui, & præſtabis bis, terue in die, & hac lege infantem alere curabis. In quo opere etiam conſiderare oportet, neq; exquiſito victus modo vtendum eſſe, ne vires amplius labantur, neq; ad craſſitiem plurimum inclinare, ne mali cauſam adaugeas, ſed medio modo te geras: quia corruptio peſtilens non ſolum expoſcit victum, vt alimentum, ad virium cuſtodiam, ſed vt medicamentum, ad vitium humorum compeſcendum, vt Gal. conſuluit, vbi humorum eſt corruptio vel defectus.

10 Victu hac lege inſtituto, diſputare cœpimus de ſanguine extrahendo: ſi quidem non defuerunt Medici, qui id renuerent: cæterum vnanimi conſulentium conſenſu, primo die ſanguinem miſimus, cruribus ſcarificatis, & mox octaua noctis hora brachiis, aut ſi vltra duos annos fuerit natus, ex venis brachij: quas non temere ſcindes, quia longe magis imbecillitantur pueri, quam cute ſcarificata: nam in hoc malo plurimum vereri oportet, vires plurimum deiicere, tanquam in peſtiferis affectionibus & in his, in quibus ad validam reſpirationem eis opus habemus. in quo opere ſtatuendū eſt, ſi plurimum ad affectam partem fluxit, protinus ad brachia & cephalicas venas peruenire, quia viget magis quod in parte continetur, q̄ id quam fluxurum eſt, ſin aliter, in pueris qui ſanguine abundant, ex cruribus, & mox eadem die (vt dictum eſt) ex brachiis. Circa quod præſidium in pueris exequendum, conſulo, nè differatur, quia eius occaſio ſolum eſt, antequam fluxio in partibus contenta, ad putredinem commigret.

Curandi ratio.

Victus ratio.

Aqua ſtillatitia alexipharmaca.

Sanguinis detractio.

migret. Nam tunc temporis, ſi ſanguinem fuderis, ſummopere lædes (quæ cauſa fuit, quod multi Medicorum, viſo hoc damno, renuerint ſanguinem mittere) quia vires maxime diſſipantur, & nihil eius ſucci qui computruit, extrahes, neque reuulſione, neque deriuatione, neque vacuatione; quia putridum & in parte impactum, ſolis topicis aufertur. Cum hoc tamen vtiliſſimum præſidium fuit, viribus non renuentibus, partem proximius euacuare, & ſub mento ſanguiſugas affigere, ſcalpello factis duabus ſcarificationibus, aut iuxta ceruicem cucurbitas ſcarificare, quando in pueris venas ſub lingua ſcindere non datur, ob ineptitudinem ætatis. Euidentiſſimum quidẽ eſt, hoc præſidium ſanguinis ſolum dum confluit, prodeſſe reuulſionis gratia, aut totius corporis euacuatione, namq; vbi ſemel ſummum illud vitium contraxerit humor, velut topicum præſidium, ex vſu eſſe poteſt, vt mox dicemus.

An purgandi ratio.

Dubitatum etiam fuit inter nos, eſſet ne opus aliquo modo in hoc affectu, non ſolum in hoc puero, verum & in reliquis conſimili modo læſis, purgare; aut ſi eo auxilio opus fuit, *an liceat prius purgare, quam ſanguinem mittere.* Ratio dubitationis fuit vitium cauſæ, in impeſta cacochimia ſitum, cui magis ex vſu eſt purgatio, quam ſanguinis detractio; quam rationem fulciunt, quia hoc ſolo præſidio aliquando viſum fuit, pueris ad integram ſanitatem recuperandam ſufficere, ſicut aliis ſanguine detracto, vires plurimum fuiſſe deiectas. In qua hæſitatione cenſeo, raro poſſe eſſe vtile, ſaltem in pueris, initium curationis ſumi à purgatione, quantumuis vitium in cacochimia ſitum exiſtat: quia cum pueri nequeant tuto ſumere ſeligens medicamentum, & leniens ſit inutile, & cum tota ratio periculi ſita ſit in fluxione per venas capitis, & licet conſenſus pendeat à toto corpore, & inſuper præſtantia partis, ab ipſa deponi noxium ſuccum indicet, idque non ſolum eadem die, vt ſolet in purgationibus contingere, ſed eadem hora, videtur, cacochimiam, quæ ſanguini eſt admixta, citius & ſecurius ceſſuram ſanguinis detractioni, quam expurgationi, licet poſt ſanguinis detractionem, aut ſcarificationem, ex vſu ſit aliquantulum purgare, vel *manna* iure pulli diſſoluto, vel ſerapio ex ſucco *roſarum Perſicarum, aqua ſchorcionera & ſacchαro* facto, aut *ſerapio regio*, quantitate vnius vnciæ. Cum hoc tamen, ſanguinis remedium facilius redundantem ſuccum, ſi vitioſus, & calidus ſit, attemperat, & eo etiam, ſi quid impetu ruit in affectam partem, ſine turbatione & agitatione eius quod intus remanet, reuellitur, aut deriuatur id quod iam iam prope partem affectam mox caſurum inſtat. Quæ opera neq; ita facile, neque ſecure purgatione efficias; ſecus tamen res ſe habet in curatione adultorum, vt mox leges.

De topicis auxiliis.

12 De vſu topicorum referam quæ ſentio, ſi prius dixero, quare ex pueris plurimi ex hoc malo moriantur: quippe ipſos topicis auxiliis curare, ſumme eſt difficile; tum quia neque tolerant neceſſarias euacuationes, neq; topica auxilia admittunt, ob inſipientiam & puerilem conditionem; ac ſi quando ea adhiberi poſſunt, adeo eſt eorum ſubſtantia facilis, quod citius diſſipetur, quam frænari poſſit mali ſæuitia: quinimo citius ſine ipſis ſanantur; ſi quidem neque oris collutiones, aut gargariſmata admittunt; & ſi tentaueris violentia aliqua aliquid horum efficere, ſi exiccantibus, & maioris momenti præſidiis id feceris, proculdubio ipſis denotaris magis læduntur. Quapropter eis non licet vti, niſi in deſperatis; & ob id mitioribus & ſecuris ſemper vſus fui. Sic enim ſanguine miſſo, mox ad topica auxilia properauimus in noſtro laborante, initio ſumpto ab his quæ fluxionem prohibent: nam à primo die adhibuimus (quia vlcus nondum inceperat) quæ vim habent attemperandi, repellendi, quo minus pars affecta reciperet, & magis repellatur, quod influxit. Talia autem ſunt, *decoctum hordei cum aceto roſaceo, aut ſyrupo roſaceo:* item *ſucci granatorum acidorum cum aqua plantaginis, decoctum capitum roſarum, cum corticibus granatorum:* etiam *ſyrupo de roſis ſiccis, cum modico ſyrupo de moris, & aqua hordei, myrrhis & ſeminis eius.* Hoc vnum obſeruatiſſimum habeo, nimirum omnes oris & gutturis collutiones efficere ſupra decoctum eius celeberrimi medicamenti, quod Medici Hiſpani *Contrayerua* nuncupant; maxime ſi mucoſa & viſcida pituita abundauerit. Prodeſt & *aqua cum aceto roſaceo*, ſi ardor fuit magnus: verum ſi adhuc ardor intenſior fuerit cum ſiccitate, vteris *lacte quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris & acetoſa, cum aqua plantaginis, aut lacte capra*, tranſacto principio, vel ex *amygdalis dulcibus cum eadem aqua*, maxime ſi vlcus nondum inceperit, aut fuerit aliquod putredinis veſtigium; nam eo tempore fugiendum eſt à lacticiniis. Quibus omnibus os pueri colluere iuſſimus: ac ſi mordax & erodens humor fuerit, admiſcebis quæ leniant & attemperent, vt *mucilagines pſyllii, & ſeminis citoniorum, lac ſeminis melonum & cucurbitarum.* In hac vero curatione, quantumuis in principio repellentibus & adſtringentibus vtendum ſit, non tamen ſemper ex vſu exiſtunt: nam ſi venefica & corroſiua ſit materia, tunc quidem minus oportet adſtringere, magis attemperare & exiccare, ac putredinem inhibere, atq; alexipharmacis corrigere deterrimam fluentis ſucci conditionem. Quippe certum eſt, ſi vitioſum humorem compeſceris, maiorem fieri corruptionem & putredinem, ac citius partes erodi & putrefieri: quo caſu ſtillatitia aqua ex *hordeo & plantagine*, & *radice China ſcordio, atq; coriandro præparato*, & aliis huius naturæ, tem ages, admixto modico *aceto roſaceo.*

Cauſtica.

13 Verum cum hæc omnia ſic adhibita nihil profuiſſent, quia vlcera & putrefactio interius & intenſius ſerpebãt, & inualeſcebant magis, neceſſum fuit ad valentiora exiccantia peruenire, quantum permiſit incapacitas puerorum. Quo tempore vſi fuimus collutione ex *aqua aluminoſa*, & cum inſufficiens quoq; fuiſſet, addidimus colaturam *vnguenti Ægyptiaci*, & vltimo parum *Arſenici*, quo minus mucidum apparuit vlcus. Cæterum ne quis intrepide his validis medicamentis in pueris vti audeat, expẽdat, Arſenicum, niſi diligenter præparetur, citius pueros ſuffocare: ob id oportet in ligatura parũ eius apponere cum *aqua maluarum & roſarum*, non tamen comminutum, ſed integrum, & prædicta aqua

partem

partem colluere hyſſopo penicillo intincto, quo partem colluimus, & minus aut nihil pueri deglutiunt: quod ſummopere cauendum eſt: vel poteris in ligatura apponere partim *vnguenti Ægyptiaci* cum *aqua hordei & aceto roſaceo*, & partem ſic abluere penicillis in eo intinctis. Ego quidem arbitror, plures pueros interfeciſſe vſum horum medicamentorum, quæ cauſtica ſunt, quam affectionem ipſam. Quapropter id opus caute aggredi neceſſum eſt ſenſim, paulatim, & admixtis his, quæ lenia & manſuetoria ſunt: ſi quidam pueri neq; os ſufficienter aperire poſſunt, neq; poſſumus impedire, quin aliquid horum deuorent, non ſine magno eorum periculo. Et ob id ſemper vſus ſum collutionib. alexipharmacis, vt ſi quid deuoreretur, prodeſſe etiam poſſit; qualis natura eſt apozema, aut iulep ex aqua cordialibus, cum confectione *Alchermes*, aut *de hyacinto*, aut pulueribus *lapidis bezaar, ſmaragdi*, cum ſyrupo *acetoſa*, aut de *ſucco limonum & borraginis*.

14 Verum cum his factis mitius apparuiſſet malum, cœpimus exterius exiccantia eo tempore adhibere, quale eſt emplaſtrum ex *farinis & oxymelite*: quo poſito, cœpit puer facilius ſpuere mucoſa, fœtida, & glutinoſa multa, ita vt coegerit aſſiſtentes & patrem, digitis extrahere humorem illum, & frequenter os colluere: & tandem copioſo humore excreto, puer lente & paulatim melius ſe habuit, & facilius reſpirauit, & libere deglutiebat.

15 Sed mirabile dictu, erat quidem dicta humoris conditio adeo perniciosa, efficax, & contagioſa, quod digitum patris indicem, quo extrahebat eum ſuccum ab ore filii, mordicaret, & in ruborem moueret cum dolore: tandem mox pater conquerebatur de difficultate reſpirandi & degluciendi cum dolore & tumore faucium, ac ſaturato colore, & glandulis extra apparentibus iuxta mentum. Ex quibus ſecundo die halitum praue olentem expirabat; ita vt iure optimo poſſis colligere, contagio filii patrem fuiſſe affectum. Namq; ſecundo die cœperunt partes illę exulcerari, & mox fœda & corruptiua putredine ſummopere fœdari.

16 Quibus præmiſſis, & principio contagionis conſideratis, inſtituimus eam victus rationem, quæ vires plurimum & frequenter reficeret, & minus ob copiam aut craſſitiem grauaret, atque cum hoc alexipharmaci vires ſortiretur. Verum licet putredinoſa affectio exiccantia expoſtulaſſet: tamen quia vt virium indigentia magis vigebat, & neceſſitas admiſcendi hæc cibaria cum fœdatis humoribus, quo minus putreſcerent, & ſua natura vitium & calorem compeſcerent, vſi fuimus his quæ modice acida erant cum cibariis ipſis: velut fuit ſuccus *arantiorum, limonum, agrimonia & acetoſa*, vt iuſculis admixta facile ſe ſe in vitiatos humores inſinuarent: nam vbi humores putredine periclitantur, talia & ſæpius adhibita porrigenda. Præſtitimus etiam ea oleribus *lactucam, ſcariolam, acetoſam, cicorium*, & *agrimoniam*, ſæpius per ſe coctas, ac nonnunquam iuribus admixtas, cum modica carne *pullorum*, & *agreſta*, aut *ſucco acetoſa*. Noctu ſolis oleribus vſi fuimus, cum pomis acidis aſſis, quia ſolidiora deglutire non poterat. Potus erat aqua *decocta hordei & acetoſa*, aut cruda, cum modico ſucco granatorum acrium admixta.

17 Qua vitæ inſtitutione præmiſſa, fuit inter nos non leue dubium, an expediret prima die expurganti medicamento vti, aut ſanguinis detractione: quippe non defuerunt vnicuiq; harum opinionum rationes. Nam cum cacochimia præualuiſſet, videbatur ſtabilitum eſſe, purgatione fore vtendum. Item fluxionibus per venas factis ſubueniendum ſanguine miſſo, & vtroq; auxilio vtendum eſſe, vbi ambo vigent, aut impetu alicubi humores ruunt.

18 In cuius beneficii adminiſtratione expendendum eſt prius, quod ex his, qui hoc morbo corripiuntur, multi ſola plenitudine depoſita, ſanitati reſtituuntur: quia partim illud quod ad fauces defluxerat, leui gargariſmate repellitur, aut reſoluitur, aut per excretionem expurgatur: alii clyſmatis iniectis, aut leui purgatione melius ſe habent, quia ex cruditate ventris, aliquid ad caput irruebat, quo delapſo ad fauces, id malum concitabatur. Qua ratione depoſitis cruditatibus, ſubſidebat affectio. Alii rurſus lenibus diuerſionibus per frictiones, cucurbitas, ligaturas & ſcarificationes, protinus malum ceſſarit, eo quod ex inſolatu, aut frigore cœperat aliquid ad fauces defluere. Nonnulli vero, nec ſanguine miſſo, neq; expurganti adhibito, neq; vllo diuerſionis genere leuamen ſuſceperunt: quinimo per ſingulas horas adeo inualeſcebat malum, quod intra quartum pene ſuffocarentur. Ratio profecto eſt, quia ſimul cum humorum copia, adeo erat eorum natura pernicioſa & peſtilens, quod citiſſime in vlcus & putrilaginem grauiſſimam deduceret partem, & humorem. Quapropter ſciſcitandum eſt, *purgatione primo, an ſanguinis miſſione* vtendum ſit. Et ob id in noſtro caſu & ſimilibus, peculiari conſideratione eſt progrediendum, ac diligenter conſiderandum, quod humor impetu ruens ad fauces, quantumuis vitioſus & incorrigibilis exiſtat, *vt antea in pueris diximus*, potius ſanguinis detractionem expoſtulat, ob impetum, & periculum ex præſtantia partis, quam ob innatam corruptionem & vitium, expurgans medicamentum. Qua ratione optime conſultum fuit, in hoc viro longe maius faceſſere negotium, & minari periculum, impetum ruentis ſucci, quam malitiam ipſius, & ob id in eo, & ſimilibus celerius, & eadem hora oportet ſanguinem mittere ex brachio, & ſuperiori venâ: quo facto, impetum frænauimus, & copiam fluxuram depoſuimus, & cacochimiæ expurgandæ pharmaco locum dedimus. Quippe expurgantia medicamenta, licet reuellant & euacuent, non ita celeriter, & tuto, vt ſanguinis miſſio. Quapropter ſemper magnifeci in huiuſmodi curatione, initium ſumere à ſanguinis detractione, niſi adſit, aut praua admodum victus conſuetudo, aut affectus, qui non à principio non plurimum vrgeat. Placuit enim magis in vltima parte principii, ſi cacochimiæ ſimul fuerit maxima vrgentia, aut in augmento, ac non raro in ſtatu, vt in turgentib. opus eſt, expurganti vti.

 phar-

Verum quia periculum eſt, ne humor exulcerans corrumpatur, his factis, aut aliquibus, ad emplaſtra, quæ corruptionem inhibent, deueniendum eſt, (non quidem ad ſuppurantia,) quale eſt, quod vulgo *contraſtiuum* dicitur, exſiccans & putredinem inhibens: aut id quod ex nido hirundinum paratur, ſimul cum hirundine combuſta. Nec laudo quæ maiores habent attrahendi vires, vbi timor eſt imenſæ corruptionis: ſatius enim erit reſpiratoria adhibere, quam cauſtica, niſi vlceris virulentia id poſtulauerit. His omnibus factis, quod maius nobis ſucceſſit negotium, in hoc & ſimilibus laborantibus, eſt vlcus: nam & particula vbi præeſt, & vlceris conditio, & ſcilitas carnis illarum partium in patiendo, quam eiuſdem grauiſſima accerſunt mala. Quippe aliqua particula ex his eſt, quæ non ſolum vlcus reddunt humidum tenue & ſaniosum ac virulento excremento, ſed & peſtiferum, ac ſumme perniciosum. Quod ſane mox craſſiſſimo & viſcidiſſimo mucore inundat, & ſordidie maxima pollet, cum variis & peſſimis coloribus, & grauiſſimo fœtore, quæ omnia contagioſum & malignias reddunt vſque ad putreſcentiam carnis & oſſis. Deniq; omnibus fere modis difficillimæ curationis exiſtit & commune, cum alimentum ad vlcus veniens etiam ſua natura vitioſum exiſtit. In qua ſane affectus forte, non ſolum oportet conſiderare, quæ in vlceribus curandis docuit Hipp. *lib. 2 prædict.* & Gal. 3. *Meth. c. 4. & 6 loca cap. vltimo*, verum adhuc his omnibus conſideratis, & recte adminiſtratis, nullum, aut quam minimum, ſolemus conſequi ſubſidium, quia experimento confirmatum habemus, hæc vlcera longe maligniora cheronus vlceribus, & reliquis, quæ antiquitas vt difficilia cognouerat: quia partis præſtantia, & celeritas ſuffocationis non ſuppeditant ſufficiens tempus ad eorum curationem. Et ob id mox à principio diligenter venari oportet vlceris ſtatum, ſordidum ne ſolum ſit, an cum hoc, putrilaginoſum, fœtidum, & corroſiuum: nam iuxta vnumquodque horum, auxilii naturam & conditionem inſtituemus. Sordidum igitur vlcus, tale tribus modis redditur vel tenui & ichoroſa humiditate: vel craſſa, mucoſa, & putrilaginoſa pituita, viſcida & maligna: vel vltimo ex carne corruptiſſa, putrefacta & ſtiomenoſa. Quo fit, vt vlceris curatio iuxta primam cauſam ea expoſtulet medicamenta, quæ non ſolum vires habeant abluendi, ſed & adſtringendi, & abſtergendi, ac reprimendi malignam conditionem. Nam ſi illis ſolum, vt in aliis vlceribus, vti volueris, mox reperies, in maligniorem conditionem vlcus mutari, & prorſus fieri immedicabile. Quapropter mox à principio adhibere oportet gargariſmata, aut lotiones ex decocto *roſarum plantaginis, hordei, ſolatri, myrrhe, capitum roſarum, & ſacharo*: & rurſus eadem die addes purum *aqua aluminoſa, vel aluminis rubri*. Præſtat etiam, dum ini empetes & rubor vigent, vlcus colluere *aqua aluminoſa*, addito modico *aceto & ſaccharo*, aut *ſyrupo granatorum*. Nec minores vires habet *hordei fabarum, & lentium orobi & lupinorum decoctum cum aceto roſaceo*. Prodeſt & *ſerum lactis ferro factum ſemine portulaca, & folia plantaginis, cum modico aceto roſaceo, & oxymellite*. Neque erit abs re, his collutionibus addere *ſuccum plantaginis*, & puluerem *aluminis ſciſſilis, & coralli, vel marmoris preparati*. Præſtat & ſuccus *portulaca*, clarificatus cum *aqua roſarum, & modico oxymellite*. Quod ſi primo die, & ad ſummum ſecundo, conſtiterit, ſordidius reddi vlcus, & craſſa, mucoſaq; ſorditie fœdari, immorandum in his auxiliis non eſt, ſed ad fortiora tranſeundum, antequam malum in carnis corruptionem commigret: nam ob id ſæuiſſimum hoc malum non migrauit in mortem huius laborantis, licet vſq; ad vltimam ſorditiem perueniſſe videretur: quia protinus addidimus prædictis collutionib. valentiora abſtergentia, & longe efficaciora exiccantia cum modico *myrrha & mellis*: item parum *ſulphuris & auri, & aluminis crudi, cum ſyrupo & roſacea aceto*, quo ſimul per ea temperaretur, quibus parum *oxymellitis* ſemper addere vtiliſſimum fuit. Et quia adhuc vlcus ſerpendo creſcebat, vſi fuimus ſucco *malicorii & roſarum cum pauca aqua aluminoſa & plantaginis*, addito puluere *ſulphuris*, aut, ſi malum plurimum ſerpat, *atramenti ſutorii*. Polluimus vti *ſucco plantaginis & portulacæ cum puluere aluminis*. Verum ſi hæc non proſunt, ad fortiora venire oportet, quale eſt *mel roſaceum cum puluere ſulphuris, gentiana, coralli, viride vel hæmatitis, ſpodii, ac viridi æris*. Cæterum quia ſic cœpit cruſtolum apparere, curationem conuertimus ad auferendam paulatim cruſtam, vtiſi collutione ex lacte *aſinino* aut *fero* ſemota autem cruſta, *amylo*, cum *lacte caprino aut amygdalarum dulcium; vel farina fabarum, hordei, vel volatili*, quo alimenta citra dolorem deglutire potuiſſet. Quem quoq; vſum præſtitit *emulſio quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum ſemine papaueris, & modico puluere terra ſigillata aut boli Armeni*. Curauimus etiam, ne iacientis vlcus redderetur ſordidius, abluere *aqua plantaginis, aluminoſa aut hordei cum ſaccharo*.

24 Verum quia ſub cruſta apparuit quarta die carnis mollitudo, & putrilaginoſa ſordities, diligenter curauimus tertia die cum memoratis decoctum *lentium & lupinorum* addere cum *vnguento Ægyptiaco*: & quia ablutio cito præteribat, illinire partem cum eodem vnguento & modico melle: & mox, quia nihil proficiebat, partem penicillo madido in aqua viridi contigimus. Eſt quidem aqua hæc mirabilis efficaciæ quia componitur ex quatuor *granis arſenici, & modico viridi æris liquatis in aqua roſacea*: hæc quidem modice exiccauit partem, cæterum non ſufficienter. Quapropter coacti fuimus ad validiora eſcharotica peruenire; nam prædictis collutionibus addidimus modicum *calcitidis*, aut *ſori*, aut *myſi*, quia nobis compertum fuit, partem liuido, & mox nigro colore inſigniri: ſigna quidem maximæ mortificationis, & ea ratione glandulas vtrinque ſcalpello ſcarificauimus, & abluimus aliqua ex prædictis lotionibus exiccantibus, & mox penicillum madidum *aqua roſacea*, & inſperſum aliqua ex prædictis medicamentis; ac parti ſcarificatæ appoſuimus, donec cruſta fieret. Cui profecto cruſtæ fidandum non eſt, niſi prius pars profundius ſcarificata fuerit, quia aliter mollitudo & corruptio profundius permeat. Verum quia partes gutturis ſunt facillime alterabiles, nonlicet his vti medicamentis citra magnam præparationem per vſtionem & ſequentes lotiones factam. Quibus præmiſſis, ea medicamenta liquauimus *aqua roſacea, plantaginis, aut hordei*, donec vlcus exiccatum, & deter-

Aqua viridis compoſitio, mirabilis efficaciæ.

[illegible]

& deterſum appareat, cauentes ne vltra pergat deterſio, nam ſæpe maioris attractionis cauſa exiſtit, ob impenſam mordicationem, quam antea, cum vlcus ſordidum exiſtebat, laborans non perſentiebat: nam ea de cauſa iterum vlcus ſordidum efficitur, vt conſtat ex Gal. 4. *ſecundum gen. cap. 2.* namque ratio termini neceſſarii effectus horum medicamentorum ſita eſt in principio noui doloris, quem antea non ſentiebat laborans: quo tempore ſiſtendum eſt ab eorum vſu.

Cauteria. Quibus omnibus adhuc factis quinta die nō ceſſaſſe malum videbatur. Quo tempore *aureo cauterio* partem mollem vſſimus: nam *aquam argentariorum* non placuit adhibere, neq; *oleum vitrioli*, quod ſæpe partes ſanas adeat & depaſcatur, atque conuulſiones muneat; eo maxime ſi ad aſperam arteriam, œſophagum, aut ventriculum, aliquid eius, aut aliorum medicamentorum, quæ vires habent vſtiuas (*vt docuit Gal. 13. Meth. c. 10*) dilabatur. Sed in cauterii vſu cauendum eſt, ne partes ſanæ ſimul vrantur, intro iuto cauterio *bolo Armeno*, aut *linteo panno madido aqua*, vel intromiſſo in fiſtulam aliquam. Item profundius pergere an his partibus non licet, neq; diu ferro candenti immorari, neq; cauterium eſſe plurimum ignitum. Oleo autem feruenti partem inurere non probo: nam maxime oportet cauere in his omnibus operibus iſthmum, *vt conſuluit Aretæus lib. 1 de cura acu. c. 9.* Quibus factis præſidiis, exhibito externus emplaſtro *contraſtiomenon*, cœpit pars euidentius exiccari, putredo prohiberi, & corruptum humorem & carnem paulatim excernere, ita vt boni coloris deinceps appareret vlcus, & ſenſim remitti viderentur omnia accidentia, donec, Deo fauente, in integram ſanitatem reſtitutus fuit collutionibus modice abſtergentibus & incarnantibus, vt in opere Chirurgo latius ſcripſimus. 24

Non laudo in curatione huius acutiſſimi affectus, ad veſicatoria confugere, quo fluxio diuertatur, neq; ad capitis vſtiones: nam hæc diuturnioribus affectionibus ſunt proficua, non acutis, quia eis maxime nocebit. Alia etiam non pauca prætermitto, quæ huic affectioni non poſſunt prodeſſe, licet diuturnioribus proſint, & robuſtioribus corporibus. 25

De ſudore diaphoretico, & ſyncoptico.

CONSVLTATIO XXV.

ILLVSTRISSIMVS vir Cæſar Gabotus, natione Italus, cum eſſet triginta annorum, temperatura præditus bilioſa, habitu gracili, & ſenſus acutie in ore ventriculi, & ob id facile incidens in animi deliquia, atq; ob ingentes ventriculi cruditates, quia languidiſſimum ſortiebatur, quantum iecur calidum & bilioſum; cœpit eo tempore ab immodico exercitio, curis & animi paſſionib. febricitare, cum viribus ſtetiſſet debilibus ex immodica Venere & cibariorum ac exercitii indextero, intempeſtiuo & inordinato vſu. Huic Medici decreuerunt ſubuenire ſanguine miſſo, falſò credentes ætati iuuenili & facatis in pulſu viribus, quia gracilis erat habitus. Quo facto, inſtituerunt purganti vti pharmaco: quorum auxiliorum primo ſuccos venarum ſanguinis beneficio deſtituerunt, ſecundo pituita (quia ſeligente ipſam vſi ſunt pharmaco, cum debuiſſent primæ regionis cruditates prius deponere) quo bilis, eaque mordax atque acris & effrænis remanſit, & abiit ad carneas partes cum pauciſſimo ſanguine, è quibus corporis moles non ſolum nullum reparationis ſuſceptabat beneficium, verum & mox eructare die ac nocte (etſi leuiter) cœpit inceſſanter, nullo ſuſcepto in febre leuamine, quantumuis remiſſa primo acceſſu appareret. Præterea cum è lecto ſurgebat, protinus in animi deliquium incidebat, & aliquando ex ira & corporis motu, quod fere ad ſyncopim accedebat, creſcente ſudore circa collum & ceruicem nonnunquam frigido. Quibus viſis Medici indicarunt morbum in hecticam aut in citatiorem mortem abiturum, quia ſudorib. diaphoretico & ſyncoptico ſummopere vexabatur, & in tabitudinem ex atrophia & ſummam omnium virium imbecellitatem indies magis decidebat. Quo in ſtatu cum reliquis Medicis in conſiliū vocatus, propoſui multa fore prius quam auxiliares manus adhiberemus, præmittenda tanquam ſummopere proficua, & huic grauiſſimo malo & reliquis ſui cenſus neceſſaria. Paſſim enim huiuſcemodi ſudores, ſeu (vt rectius loquar) ſudationes conſpicimus, quib. mille homines pereunt, quia auxilia nihil profuerunt, forſan ob ignorationem cauſarum & modi, quib. corpus perdere aſſueſcunt, incipientes ſub ſpecie & imagine critici & laudabilis ſudoris, ac mox degenerantes in diaphoreticos. Quapropter *primum* quod in hac rē diſſerere conuenit, eſt, diligenter diſtinguere ſudorum omnium differentias, & principia atq; cauſas, quib. cognitis multa in arte Medica proficua comperiemus ad ſtatus corporis dignoſcendos, ad præſagationem & iudiciū de euentu proferendum, & ad curationem legalem inſtituendam. *Secundum* eſt ſudoris in genere inueſtigare naturam: & an omnis ſit naturalis, aut præter naturæ inſtitutum. *Tertium* cuiuſq; differentiarum materiam inquirere, cauſam & locum generationis, atq; expulſionis; & an ſuapte natura vel poteſtate alicuius poteſtatis excernatur tanquam actio vitalis. *Vltimum* vero, quod eſt huius conſilii intentum principale, erit diligentiſſima indagatio & cognitio ſyncoptici & diaphoretici ſudoris & cauſarum, necnon & periculi atque præſidiorum quæ in eis compeſcendis & curandis proficua, ratione & experimento probauimus.

Sudoris verè aliqua ſpecies naturalis. Circa primum, non eſt inter auctores noſtri temporis (quia vetuſtiores nō id ſatis explicuerunt) leuis controuerſia, an ſudoris ſit aliqua ſors & ſpecies, quę dici poſſit *vere naturalis excretio*, cum vnanimi omnium conſenſu, præternaturales plures quotidie conſpiciamus. Nam ſi quis ſeniorum verba de hac re euoluerit, reperiet procul dubio quam plurimos appellare naturales, qui cauſas habent non natu-

naturales & materiam, quanto aut quali peccantem. Vtriuſq; ſudoris fortis meminit Gal. *de ſympt. cauſ. cap. 2.* qua parte diuiſit eos in præter naturam & in alios (quos Medici *naturales* cenſent) qui corporis vitia expurgant & vtiles atq; ſalubres exiſtunt: quales ſunt critici, & qui exercitio, balneis, & calore externo concitantur, quia abundantia vel vitio ſuccorum corpus per eos purgatur: quam ſententiam confirmat *li. de ſect. cap. 9.* vbi ſudores huius naturæ, ex his quæ multitudine præter naturam dicuntur, prodire refert. Quibus videtur conſtare, non prorſus vitio carere huiuſmodi ſudores; neq; adhuc eos qui in optime temperato corpore erumpunt vi exercitii, *vt 2. de ſani. tu. cap. 12. protulerat*, in quo etiam iubet exercitium fieri, donec ſufficiens ſudoris erumpat copia, argumentum exuperantiæ ſuccorum. Quo fit, vt licet hic ſudor ſit animali vtilis & neceſſarius, tum ad tutandā ſalutem, tum etiam vt à morbis liberemur, & ab interno fiat principio, ac etiam ſit à natura intentus pro expulſione attenuati atq; copioſi excrementi in tertiam regionem adeuntis, cum hoc tamen mere naturalis dicendus non eſt; quamuis huic viui credamus naturam poros cutis feciſſe: tum vltra, quia pori naturalius inditi ſunt ad neceſſariam & ineuitabilem fuliginum & halitus inſenſibilis expirationem potius quam ad ſudorem: quibus profecto tempore indigentiæ abutitur natura in prouocatione ſudorum, vt in aliis euacuationibus per alias partes ſolet efficere melioris gratia, qualis naturæ bonitas exiſtit. *Sudoris diuiſio.*

5 Quibus rationibus commoti ex iunioribus aliqui diuiſerunt ſudorem in naturalem, præter naturam, & medium: ſtatuentes eum eſſe vere Naturalem, qui naturæ ſequitur actionem, & vtilis eſt ac neceſſarius. item eum præter naturam qui ſequitur naturæ paſſiuam, non actionem: & inſuper alium eſſe medium, qui licet à coquente & expellente optime operantib. fiat, non tamen ex materiis prodit naturali, ſed partim à naturali, & partim à præternaturali calore alterata, vt in criſibus conſpicimus. *Sudoris alia diuiſio.*

6 Cui dubitationi vt ſatisfaciam, ſolum mihi viſum fuit, ſudores diuidere in eos qui ſecundum naturam fiunt, & in eos qui prorſus præter naturam: excludens omnino ſudores naturales, eo maxime quod nullus talis dici mereatur: & inſuper, quod hi omnes quos ſic nūcupant Medici, iuſtius dici mererentur ſecundum naturam. *Sudoris vera diuiſio.*
7 Ratio profecto eſt, quia vt excrementi alicuius proprie dici poſſit naturalis expulſio, non ſufficit quod fiat à principio intrinſeco, ſeu facultate corporis, neque quod vtilis ſit & ab ipſa intenta: ſed neceſſum eſt vt id opus omnibus numeris naturale dicatur, & excrementi ſeparatio & expulſio mere naturalis exiſtat, quod tale excrementum ſit alicuius ſignatim coctionis: qualis naturæ ſunt fęces ex ventre, & iecoris vrina, bilis & fæx ſeu melancholia, atq; carnis ſordes & inſenſibilis halitus. Cum autem neutrum horum ſit ſudor, ſatis eſt eo quod vtilis exiſtit, & intentus à natura, eſſe ſecundum naturæ ordinem, ipſa agente, ac pellente in gratiam ſui quod nocuum fore perlentit. Certum enim eſt ſudorem non ſeparari ab aliqua prædictarum coctionum, vt excrementum proprium illius, ſed (*vt inferius conſtabit*) à calore agente in aliquam materiam coctione media, quam calor quantum poteſt conatur in vaporem commutare (res quidem diuerſa ab illius coctionis excrementis) qui rurſus vapor in aquam vertitur, quæ quidem tanquam altioni inepta, ſicut merū excrementum à carnis vi foras tranſmittitur ſecundum naturæ leges, quæ nocuum ſemper pellit vtcunque illi accedat, ſiue à propria coctione, ſiue vtcunque illi ſuccreſcat. Quo factum eſt, vt ſudor potius dici poſſit ſecundum naturam, quam mere naturalis, quia certiſſimum eſt, vtcunque erumpat, ſemper aliquid habere morboſum, aut neutrum, ſiue ex parte materiæ, ſiue ex parte facultatis, ſiue ex parte cauſæ mouentis, aut euaporantis humorē, modo ſit in ſtatu naturali corpus, modo in morboſo, aut in neutro: licet in hoc ſudoris genere latitudo non parua reperiatur alterius rei, quæ neutra, aut non naturalis poſſit dici. Licet vtcunq; ſit, eius expulſio ſemper in ſudoribus his dici mereatur ſecundum naturam, quia non ſemper æquali vtilitate prorumpit, neq; confert, aut bene fertur: haud ſecus quam in reliquis euacuationibus, vbi licet natura operetur, non tamen ſemper voti & finis compos euadit, ſed aliquando degenerat in ſudorem præter naturam, aut ad minus in inutilem: eſt tamen ſudor præter naturam, in quo ipſa nihil agit, ſed prorſus patitur, vt inferius latius conſtabit.

7 Placet tamen antequam aggrediar diaphoretici ſudoris naturam & curationem, relegare ſtudioſos circa naturam & conditionem omnium ſudorum, quos ſecundum naturam nuncupamus, ad diſputationem de ſudore, vbi reperientur huic doctrinæ neceſſaria.

8 Ad noſtrum igitur laborantem redeuntes (quia hæc dixiſſe de ſudoribus in genere ſatis eſſe videtur) in memoriam reuocare oportet, dictum ſuperius fuiſſe, ſudores in duplici eſſe differentia, quoſdam nimirum ſecundum naturam, ſalubres, vtiles, & proficuos. tum morbis, ad eorum expulſionem, tum ſaluti, ad eius tutelam: quoſdam vero præter naturam, ſyncopticos & pernicioſos. Quorum profecto quidam diminute aut pernicioſe morbos iudicant; alii vero ſanitatem & corporis ſubſtantiam prorſus contetunt & diſſipant. Illos quidem quos in gratiam & vſum naturæ ipſa ſibi mouet, dictum eſt ſæpiſſime conferre & facile tolerari, quales ſunt qui præmiſſa coctione fiunt in die decretorio præcedente indicatione, & calidi per totum corpus, & ſine moleſtia erumpentes, ex toto morbum terminantes. Ruſus vero reliquos omnes aut vtiles ſolum exiſtere aliquo modo, aut inutiles, & malum aliquod portendentes. *De ſyncopticis & diaphoreticis ſudoribus.*

9 Inter prauos ſudores annumerarunt veteres Medici ſudationes *ephedroſi* dictas, quæ tribus modis damnandæ veniunt (eo quod nuſquam in vſum laborantium, & morbi profligationē ſuccreſcant) tum frequentia, quia frequenter vires ſoluunt inutiliter, tum paucitate, quia materiam totaliter non minuunt & imbecillitatem naturæ, aut renitentiā naturæ arguunt: Tum vltimo, quia partem aliquam principem, pernicioſe affici indicant. Tales enim ſudores plerunque lethales ſunt, maxime ſi præter id quod nihil conferant, etiam ſymptomata grauiſſima accerſant, quia præter id quod decretoria non ſunt, ſiquidem non decernunt, ſyncopim minantur ob reſolutionem pernicioſam ſpirituum, & ſoli- *Sudores prani enumerantur.* *Ephedroſi.*

datum

iam frigiditate ſudoris, & extremarum partium, cum pauco & raro ſpiritu frigeſcente, & ad extinctionem properante vitali facultate, quia caterius ſubſtantia diſſipatur, & totetius putreſcentibus ſubſtantiis membrorum principalium, vt apparet per caliginoſum ſpiritum ore & naribus emiſſum, niſi tamen frigidus prope mortem appareat. Atque hæc de diaphoreticis ſudoribus in genere dixiſſe ſit ſatis, ſunt enim tales præludium, cauſa & ſignum ſyncopis, aut ſyncoptici ſudoris, vt rectum vnicuique prædictorum adæquatum poſſimus præſtare auxilium.

9 Syncopticus vero ſudor, qui longe magis periculoſus exiſtit, & multis rationibus à diaphoretico *Syncopticus ſudor quis,*
diſſidet, tum quia mox à principio, ex ſpiritibus tranſmiſſis, præcipue circa caput & faciem (nam cum *qualis, &*
partes illæ exuberent venis & arteriis recipientibus maiorem ſpirituum copiam, ipſis in ſummum facilius *quid à dia-*
aſcendentibus) cum materia ſudoris erumpentib. ob cutis frigiditatem, quia deſtituta eſt calore nati- *phoretico*
uorum, quia, licet non ſemper à principio ſpirituum copioſa diſſipatio erumpat, ſed vt diaphoreticus *differat.*
ex laudabili & neceſſaria ſubſtantia, cum hoc tamen ex eadem laudabili ſubſtantia, quod tenuius eſt,
celerrime diſſipatur, qua celeritate diſſidet à diaphoretico, & periculoſior exiſtit, nam licet ambo in periculo verſentur, hic à diaphoretico celeritate diſſidet, quia diaphoreticus lentius interficit. Tum etiam quia frigidus eſt plerumq; à principio (licet diaphoreticus in vltimo ſtatu, & laborante iam properante ad mortem, etiam frigidus ſuccreſcat) tum etiam quia præcipue ex vitio facultatis retentricis prodit etiam iuuante facultate quæ expellit, quia ſiue vtile, ſiue inutile ſit, quod retinens dimiſerit, ipſa protinus expellit, vt conſtat ex motu ipſius ſudoris: ex aliquando ex toxida etiam glutinoſus ex ſolidiori ſubſtantia, quam neq; conficere, neque continere valuit facultas, nec calor præter naturam conterere, aut ſiccæ partes ebibere, veneneum euidentes arguit, quia ſubito effluit, quod arguit celerem exitum, nam reliquæ operationes lentius fiunt. Sic enim Gal. 3. *de ſympto. cap.* 2. ſtatuit ſyncopalem ſudorem fieri reſoluto & liquato corporis habitu. Tum etiam quia caloris innati & ſpirituum maximum arguit diſpendium, vt nuper retulimus. Quo factum eſt, vt ſudores huiuſmodi, qui ſyncopim ſequuntur aut minantur, frigidi plerunque erumpant: tum quia calor innatus extinguitur vel ſuffocatur, vt in principiis malignarum febrium ex oppreſſione, cum malum, citra euocationem vltimatur, & in mortem celeriter corruit: item cum ex febris ardore calor innatus diſſipatur ſupra modum, quo tempore totum corpus ſudore frigido perfundunt, licet ex liquatione frigidorum ſuccorum non raro frigidi ſudores prorumpant. *Tertia* quando adeo eſt depopulata humidæ & alimentariæ ſubſtantiæ pars, quod facultates, deficiente calida ſubſtantia, non ſolum ſpiritu orbentur & aduentitio calore, ſed & innato, quo facultates adeo afficiunt imbecillitas, vt reliquam ſubſtantiam defluere permittant, & frigidam exſudent, refrigeratis partibus ſolidis.

10 Succreſcunt inſuper hi ſudores frigidi & ſyncoptici ab omnibus his cauſis, quibus ſyncopim *Sudoris ſyn-*
ſuboriri, millies diximus nimirum corde, aut ventriculo, male affectis, ſiue id ſit ex conſenſu oris ven- *coptici quib.*
triculi, ſiue prima cordis affectione; vtcunque tamen ſit, grande, ſed diſpar eſt periculum, quia ex vi- *ſuccreſcant*
tio ventris ſæpius laborantes in ſeſe redeunt: tamen cum hoc fidendum non eſt, nam ſæpe cauſæ ſiue *cauſis.*
dolorem inferentes, ſiue mordicantes, aut ſubſtantiam & calorem, ac ſpiritus exoluentes vltimantur, maxime cum cordi aliquid communicatur, aut eius calor & ſpiritus ſufficientes non ſunt reficere, quod vitio oris ventriculi pereat laborans. Deniq; hunc frigidum & ſyncopticum ſudorem natæ ſunt efficere hæ omnes cauſæ quæ ſyncopim inducunt, & ſyncopim accerſunt, quatuor maxime inter alias, quæ animi deliquium creant, & ſi vltimentur, ſyncopim. *Primum* genus continet eas, quæ ſpiritus illudunt, alterantes, diſtrahentes, ſuffocantes, aut intercipientes & corrumpentes ipſos. *Secundum* eas quæ ſubſtantiam cordis aut oris ventriculi, vel totius corporis diſſipant. *Tertium* eas, quæ valide vitiant totius corporis (vt in ardentiſſimis & ſyncopticis febribus) aut cordis, vel oris ventriculi temperamentū, vtcunque ſit. *Quartum* vitiatam cordis figuram, aut oris ventriculi, ex oppreſſione vel coarctatione, vt comperimus in ictericis affectionibus, maxime quæ os ventriculi, aut cor attingunt. Deniq; huiuſmodi ſudores ſemper vitio & paſſione tertiæ regionis prorumpunt, non quidem quod excrementum in ipſos expulſum, ſit vitio coctionis ſed paſſione naturæ. ita vt cum ex vehementi cauſa ſeparetur vtile, mox inutile efficiatur, & formam excrementi induit, ac vt tale à pellente facultate irritata, vel pellitur, vel à retinente fluere permittitur, quia merum ſit excrementum, non tamen verum excrementum coctionis partium; longe tamen aliter ac ſudores critici fiunt (licet eorum humor ſit verum tertiæ coctionis excrementum) quia tales, licet formam aquæ nanciſcantur, in tertia regione, vt diaphoretici ex eius ſubſtantia excrementum facta, non ſubinde conſtat fieri ope vegetatiuæ eius potentiæ, neque eſſe eius excrementum, ſed aliunde prouenjens, nimirum à venoſo genere. Quo fit, vt ſi velimus conſiderare ſudores eſſe ſalubres, venarum coctionem expectamus, namque ſudor à ſola vi naturæ tertiæ regionis, non à vegetabili eius poteſtate, ſed ſolum naturali modo producitur iuxta diuerſam tertiæ regionis diſpoſitionem quæ etiam iuuat ad bonum vel malum iudicium proferendum, vt conſtat, ſi frigida ſit vltra modum, quæ diminutum parit, aut minus calida, quæ diaphoreticum minatur, & ſic de aliis eius diſpoſitionibus: & hac lege licet intelligere ſudores diaphoreticos eſſe tertiæ regionis, non eius coctionis.

11 His autem ſic prælibatis, in gratiam eorum, qui his ſæuiſſimis & lethalibus ſudoribus affici poſ- *In ſudatione*
ſunt, ad noſtrum laborantem, & ad eius & reliquorum medelam accedentes, in ſudatione diapho- *diaphoretica*
retica primo conſiderabis, *ſuccreſcat ne ſudor ex oppreſſione, in morbi cuiuſuis principio, an* [illegible]. Nam cum *quæ conſide-*
oppreſſio fiat ſuccis tenuibus efferueſcentibus iuxta cor, & coarctantibus ſpirituum vias, ita vt *randa.*
anxii & ſeſe iactantes exſudent laborantes, tunc quidem diuerſa ratione ſudorem compeſcere oportebit, haud ſecus quam in febre ſyncopali humoroſa comperimus eſſe neceſſarium, tunc enim

à corde diuertere quod opprimit, diligenter curandum erit, ſiue cucurbitis, ſiue frictionibus, ſiue leui ſcarificatione, dum prorſus vires non renuunt, aut ſudor nondum apparuit frigidus, quia tunc cauendum eſt ab omni euacuationis genere, & victu tenui & frequenti rem agere oportebit. Nam euacuationibus, ſudore, ſiue ſyncoptico, ſiue diaphoretico incipientibus, in certius & grauius diſcrimen deducuntur laborantes (niſi ex copia magna oppreſſio adſit) vt huic viro præſtantiſſimo contigit, cui ſudore poſthabito ſanguis miſſus fuit, cum virium maiori iactura, quas ex Venere & crudorum ſuccorũ copia, ſortiebatur languidas, etiamſi febris vehementia, & ob corporis gracilitatem pulſus apparuiſſent robur & firmitudinem æmulantes, falſo tamen, & apparenter. Et ob id à febris augmento, in quauis febrium ſpecie, vel diu perſeuerante ſudore, potius vacuationem illam lethalem compeſcere, rei vrgentia expoſtulat, quam vlteriorem euacuationem moliri.

Sudores diaphoretici quibus compeſcendi.

18 Sic conſultum fuit inter nos, diaphoreticos ſudores illos, quos cauſa illa efferueſcens iuxta carnes (ſiue ex vi febris ita fiat, ſiue ex malitia ſuccorum qui ad eas partes adeunt) concitat, ex alimenti & ſubſtantiæ ſolidæ liquatione compeſcendos fore. Quod ſane opus conſequi iuſſimus, cognita natura cauſæ efficientis, & modo affectionis ſatis perſpecto: & ob id inſtituimus, quia caloris feruor cauſa erit, primo aerem attemperare flauellatione cum pannis *aqua roſacea*, cum *modico aceto roſaceo* madidis, aut irroratione eiuſdem aquæ, ſparſis per cubiculum floribus & herbis frigidis, quibus cutis quodammodo ſtrictior reddatur (non quidem prorſus, ne vſtilagines extranei caloris aeſtoris ſucci, ſimul cohibitæ longe maiorem diſſipationem & colliquationem moliantur. Sed prius aut ſimul præbere oportet, quæ alimentum præſtent quam citiſſime, & attemperent quodammodo, incraſſent, roborentque partes, quas adierint, & inſuper facultates firment, ac ſpiritus quam citiſſime reficiant, & generent. Huius naturæ ſunt alimenta, quæ huic laboranti præſtitimus ex ſuccis pullorum ſemiaſſatorum, cum vitellis ouorum, & pulueribus *boli armeni* aut *terra ſigillata*, *margaritarum præparatarum & de gemmis* item ex ſucco coctorum pullorum cum *farre*, *cum pyris, ſorbis, aut agreſta ſucco granatorum acrium, ſaccaro, & pulueribus prædictis*: ea ouis etiam ſorbilibus, ex teſticulis gallorum, & glandulis capreolorum, item ex piſcibus ſaxatilibus cum prædictis ſuccis, aut pampinorum vitis vel acetulæ, vel eupatorii. Præſtat & ius album ea *pulli ſaginatis lacte & farina hordei aut ex carne ranarum*. Sed inter omnia cibaria, quæ huic miniſterio poſſunt eſſe proficua, & quæ vicem etiam medicamenti gerere poſſunt, illud quidem eſt, quod per ſtillationem extrahitur, hac lege. Excipe *pullos ab omni ſorde expurgatos num. vi. & ſagina eos ante coctionem farre, acetoſa, lingua ceruina, lupulis eupatorio, floribus & portulaca: quibus adde fruſta pyrorum, & pomorum dulcium ſorbarum. & mali punici acriorũ grana, & inſuper adde electarii de gemmis, de hyacintho, & confectionis Alchermes, in ligatura ana ℥. ij ß. & omnia poſt mediocrem coctionem mittantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe inſtillentur*. Huius quidem inſtillationis modicum omnib. aliis cibariis admiſcere poteris, aut ſolum per ſe cum pane biſcocto, in principio prandii, aut cœna porriges: & quauis etiam hora aliquid eius præſtabis. In qua etiam cauſa proſunt zulapia & apozemata nunc modicum attemperata, ex aqua deaurata, cum ſyrupo *agreſta*, *ſucco granatorum acidorum*, *aut acetoſa*, vel acetoſam ipſam decoctam porriges, aut idem efficies ea ſyrupis cordialibus & acidis, vt de ſucco citræ, vel limonum cum prædicta aqua, aut aliis ſtillatitiis: quibus adde vel *terra lemnia*, vel *pulueris electarii de gemmis*, *aut margaritarum arte chymica præparatarum modicum cum pauco ſyrupo roſarum, violarum, vel oxalidis*. Quibus factis, ad epithemata quæ cordi adhibita conferant confugiendum erit, vt in noſtro laborante inſtituimus: quæ conficies ea *aqua roſarum, myrtis, acetoſa, & modico vino cum prædictis pulueribus*. Quem vſum etiam conſequuti fuimus inunctionibus iuxta cor, ex vnguento *roſaceo*, *& oleo violarum cum granis quatuor camphora*: *vel ex oleo citoniorum, & roſarum cum guttulis vini rubri, & aqua roſacea*, in qua aurum ignitum prius fuerit extinctum. Quod ſi conſtiterit ex humorum ſumma tenuitate oriri, vt plerunque contingit, & in noſtro laborante etiam apparuit, craſſiora porriges alimenta: & aliquo modo extrinſecus magis cutem denſabis, dummodo prius iam eos ſuccos attemperes, incraſſes, atque quodammodo denſes eiſdem præſidiis, quæ modo memorauimus, frigidioribus, niſi caloris natiui imbecillitas obſtiterit, quo tempore minus refrigerabis, & magis adſtringentibus, ea his quæ retulimus, vteris. Nec diſplicet in huiuſmodi curatione, dorſum inungere *oleo violaceo* & *roſaceo*, vel *nenupharino*, aut aliquo eorum loco *lactis mulieris*, aut *aqua roſacea*, vel *ſucco granatorum*, aut *myrtillorum*, vel *aqua deaurata*. Item vnguento *roſaceo* loto eiſdem, vel *reſumptiuo* cum modico *roſaceo*, ac ſi vires tulerint, inungere poteris vnguento *refrigerante* Gal. quibus in noſtro laborante ſudores videbantur remitti, & vires quodammodo reparari, niſi ea ſyncopticis acceſſionibus facillime rediiſſent, quibus etiam ſubuenire curauimus hac lege.

Zulapia.

Epithemata.

Inunctiones.

19 Patiebatur inſuper hic ſtrenuus vir, ex crudis ſuccis, acribus & mordacibus, ventriculi ori impactis, non raro animi deliquium fere ad ſyncopim accedens, quo facillime iterum exſudabat, & vires protinus debiles reddebantur. Cui malo ſubuenire ſtuduimus clyſmatis purgantibus, ea iure pulli cum modico ſyrupo ea *roſis Perſicis*, & *oleo violarum*, & *amygdalarum dulcium*, cum ſaccharo: quo egerebat cruda & acria, & torminoſa excrementa, quibus protinus leuabatur, & ſi vires non renuerent, leniter & leui pharmaco iterum purgare ſtuduimus, nam abſtergere ſuccos illos mordaces, præſidium foret maximum, præſertim ſi fuerit *ſyrupo Regis*, aut alio, ea ſucco *roſarum Perſicarum* facto. Sed ob imbecillitatem, ſolis clyſmatis vſi fuimus. Quo facto, ventriculo ſubuenire curauimus cataplaſmate ex ſucco *mali punici*, *mica panis toſti vino rubro permadida pondere vnius ſ. lib.* cui addidimus pulueris *aromatici roſati*, *diarhodonis*, *diamargariton frigidi*, *ana ℥ i. galliæ muſcatæ ℥. ß.* Incidebat etiam in hæc animi deliquia, & exſudabat non ſolum ea dolore & mordicatione prædicta, verum ex quouis dolore: quo neceſſum erat illi præſto ſubuenire mitigatoriis auxiliis, iuxta naturam cauſæ

Animi deliquium ex crudis ſuccis acribus ſtomachi, ore ventriculi, quibus compeſcatur.

Emplaſtrum ſtomachale.

dolor

dolorem inferentis & partis affectæ. Item ex quouis animi pathemate. & ob id præſſo illis erant epithemata ex vnguento *napha.* & *roſaceo*, cum pulueribus electarii de gemmis, & admotis electario *de hyacintho*, & *confectione Alchermes*, irrorato prius corde aqua *naphæ*, aut *rosarum cum modico vini.* Etiam per os ſumebat nonnihil lapidis *bezaar*, aut confectionis *Alchermes*, vel alimentum aliquod, ac inſuper odoribus recreabatur. Verum ea prædictis cauſis ſudores aliqui nonnunquam calidi erumpebant, partim glutinoſi, & aliquando ſolum aquæ formam referentes: cum autem aquoſi & calidi proſiliebant & tenues, curabamus modo prædicto in diaphoreticis ſedare. Cæterum ſi glutinoſi erumpebant, omni alimentorum genere, quo cito te nutriretur, & cute deoſata, vt inoa leges, curationem inſtituimus.

24 Sed quod grauius periculum minabatur in hoc viro, erat frigidus ſudor, qui tribus modis in eo, & in reliquis erumpere aſſueſcit: vno quidem ex liquatis humoribus frigidis, qui vagabantur circa caput & thoracem, ac ceruicem, atque aliquando ſe ad pedes extendebant, quo nondum deterius ſe habebat, maxime cum illi *vini aromatici* aliquid præſtabamus, aut inungentes ventrem *oleo nardino*, & partes etiam ſudore teotatas, vel vino prædicto calido fomentis calfacientes, quibus maxime iuuabatur. *Frigidi ſudores quibus modis erumpere ſoleant, & compeſcantur.*

25 Proſiliunt etiam frigidi ſudores ex ingenti caloris innati extinctione, qui frigiditas elucet in ſubſtantia liquata: quo caſu ad *elixir vitæ* confugere mihi ſemper viſum fuit: & ad *vini aromatici* vſum, ad aquam vitæ cum viribus & alimentis, & ad ea quæ celeriter ſpiritus reparent, atque ad extimas partes euocent, per potus, per odoramenta, per fomenta, & reliqua huius naturæ perueniendum eſſe: quia niſi cito calor vegetior reddatur, cito etiam periclitabitur laborans. *Tertio* vero longe periculoſiores erumpunt frigidi ſudores ex impotentia facultatis retentricis, quæ alimenta & adhuc ſubſtantiam liquatam vi mali libere permittunt exire: ſummi profecto periculi, & inſtantis mortis indicium. Qua ſane de cauſa, & quo etiam modo ſolent quoque calidi ſudores erumpere, cæterum in diuerſa ratione: quia in fine diaphoreticorum ſudorum frigidum ſæpe exſudatur, quia calida cauſa eam & naturalem calorem & ſubſtantiam partim ſimul deuaſtauit, quo potentiæ deſinunt operari: aut calidum, quia potentior eſt extraneus calor adhuc vigens ſudationem calefacere & retentricem potentiam, quam defectu proprii caloris ipſum ſudorem refrigerare: quo nõ minus moriuntur homines, quam dum frigidum exſudant. Vtcunque tamen frigidi aut calidi ſudores erumpant impotentia retentricis facultatis, iam in deſperatione rem poſitam eſſe erit arbitrandum & modo dicto ſubueniendum. Quo caſu cenſeo fere omnes conſulentes inſtituiſſe ea omnia, quæ valenter poros cutis coarctant, & constringunt, vt opus retentricis potentiæ poſſimus adimplere. Sic noſtro laboranti reſtitutæ fuerunt vires, cum calidus erumpebat ſudor ex impotentia, iis, quæ cum modica refrigeratione cutem denſarunt: qualis naturæ eſt inunctio ex oleo *myrthino*, *roſarum*, maxime ſiccatum, *cotoneorum* & *nenupharis* præſertim ſi addideris liquorem ex albuminibus ouorum plurimũ agitatis, dummodo quartam aut quintam partem addideris huius liquoris, oleis prædictis. Quod ſi hæc non proſint, liquabis *aqua ferrata puluerem margaritarum preparatarum corallo, terra lemnia, & bolo Armeno*: dummodo aqua prius colatur, ne ſupra modum corporis ſpiramenta obtruentur: nam id habent efficere pulueres etiam mali granati. Verum ſi neceſſitas plurimum vrgeat, curabis ſpargere ſupra inunctionem olei, aut ſupra lotionem prædictæ aquæ, puluerem *roſarum ſubtiliſſimum, myrthilorum, coralli, margaritarum, & balauſtiarum.* Atque ſi adhuc hæc omnia ſufficere non videantur, ad boli & terræ ſigillatæ ſparſionem deuenies, cum per ſe præſtitis cum *conſerua roſarum*, vel cũ ea quæ fit ex florib. *granatorum*, quæ per ſe ſola magni extitit momenti. Quibus profecto viſum fuit, noſtrum laborantem minus diſſipari, & magis indies vires in eo relinqui & quodammodo facilius tolerare ſudationem, & potentiam commodius vti ſuo retentionis munere: & ſic Deo fauente fuit ad ſalutem reſtitutus. Tamen euaſit valetudinarius, imbecillis, & qui a leuiſſimis cauſſis facillime patiebatur. *Sudores calidi qua ratione erumpant & compeſcantur.*

26 Cæterum cum aliquando frigidum ſudauerint laborantes ex impotentia huius retentricis, inutilia videntur præſidia, verum cum hoc ſatius eſt aliquod experiri auxilium, quam citra auxiliares manus in deſperatione ponere: dummodo præſidia ſint ſecura, licet certa non ſint. Huius naturæ eſt lotio *vini odoriferi aromatici*, aut decoctis rebus adſtringentibus odoriferis. *cinnamomo, gariophyllis, cubebe* aut *vino rubeo* adſtringente facto cũ corticibus *granatorum, roſarum. myrthi. cubebarum. mali. galangæ & zingiberis.* Proſunt & prædicti pulueres ſparſi ſupra cutem inunctam *oleo nardino*, aut *balſamo*. Conferunt potiones, vt dictum eſt in ſudore frigido, ex humore frigido, aut diminuto calore, de elixir *vitæ, aqua vitæ, vini aromatici*, aut *odoriferi*, item cibaria condita aromatis, & alia, quæ ſuperius diximus celerem præſtare refectionem. *Sudores frigidi ex impotentia retentricis quibus compeſcantur.*

De viro illo qui frequenter incidebat in animi deliquium.

CONSVLTATIO XXVI.

IOSEPHVS à Fonſeca vir nobilis, & in adminiſtrandis Reipublicæ rebus peritiſſimus, ex vehementi quadam animi paſſione in iram, & triſtitiam vergente, 1 cum neq; vindictam capere potuiſſet, neq; iniuriam ſibi illatam patienter perferre, in animi defectionem procidit, quæ eo vſque durauit, donec verborum blandimentis, & his quæ ipſius motem gerebant, atq; odoramentis & cibariis laudabilis & facillimæ ſubſtantiæ, poſt quatuor horas in priſtinum ſtatum reſtitutus euaſit, tamen cum pulſuum paruitate, & ſenſuum omnium imbecillitate maxima, ita vt neq; probe audire ac videre, neque quidquam aliud facere poſſe referebat. Deinceps vero (licet in ſe rediens) facillime à quauis occaſione in animi deliquium incidebat, modo ex animæ paſſionibus, modo ex corporis motionibus: ac non raro ex intenta rei & conſideratione, aut ſenſus alicuius exercitio, quod aliquantiſper à modo naturali receſſiſſet. Quo malo ita frequenter tentabatur, quod ipſum coegerit acceſſitis Medicis auxilium anxie expoſtulare, namq; ad omnia ſeſe perſentiebat inutilem. Vexabatur inſuper hoc ſymptomate citra alterius accidentis acceſſum, ſine extranea corporis aut partium eius motione, vt conſtaret nihil habere epilepſiæ admixtum, neq; adhuc ſpaſmi non ſenſus naturam referre, ſed ſolum auditu & viſu imbecillitatis, colore viuido faciei deſtitutus animo linquebat, & quaſi ſpiritu vitali & animali deſtitutus morientis imaginem referebat, rediens tamen in ſe licet imbecillitatem perſentiret, veluti antea ad ea, quæ ſibi erant in hoc ſtatu conſueta, ſe transferebat. Agebat hic vir quadrageſimum ſextum annum, bilioſæ craſi naturæ ingenio pollens, cæterum imbecillimum ſortiebatur os ventriculi.

Animi deliquium cuius potentiæ vitium ſit.

Conuentum fuit inter nos, qui conuenerams ad ſalutem huius laborantis recuperandam, ſym- 2 ptoma hoc eſſe vitium animalis potentiæ, deficientis, aut vt rectius loquar, diminutæ ob defectum ſpirituum, tum animalium, tum vitalium: ac non raro ob prauum eorum motum, ac ſæpe propter cohibitionem præter naturam, quantumuis fuerit in loco ſibi naturali prædicta cohibitio.

Secundo decretum fuit, morbum huius ſymptomatis auctorem præeſſe in eorde affecto & 3 morboſo, ob intemperamentum ipſum imbecillitans; quo nequibat ſpiritus regere, moderari, ac gignere vt de more habebat. & erat ex vſu ex indigentia animalis, quo potuiſſet cauſſis externis reſiſtere. Item aliquando morbum ad cerebrum praue affectum attinebat, quia præ impotentia ſpiritus diſſipari plus iuſto in quauis actione permittebat. Aliquando vero malum procedebat ex vehementia externæ cauſæ, quæ ſpiritus diſſipare fuerit nata, aut ipſos praue dimouere, iuuante ad id vitio internorum viſcerum, aut cerebri impotentia. Quibus ſic conſideratis, vt præſidium potuiſſemus iuſtum & legale huic malo inſtituere, neceſſum erat de ſpiritibus multa diſquirere; nam citra eorum notitiam viſum fuit difficulter poſſe rei naturam conſequi, & ſic multa in conſultationib. huic tractationi neceſſaria addu ſimus, quæ in hoc conſilio non placuit ſcribere, ſed relegare ſtudioſos ad diſputationem de ſpiritibus, vbi rem diligenter inueſtigauimus: ne videar idem multoties repetere: & ob id de cauſis huius mali nunc agere incumbit.

Animi deliquii cauſſa immediata & potiſſima quæ.

In hac etenim affectione, memini me dixiſſe lib. Praxis, immediatam & potiſſimam animi deli- 4 quii cauſam, eſſe defectum, ſeu reſolutionem ſpirituum animalium: cæterum immediatiorem eſſe eorum retractionem; & licet animi languor ſuccreſcat ſpiritibus diſſolutis, non tamen animo deficiunt homines, donec natura ſeſe retrahat, & ſpiritus contineat, verens ne omnino diſſipentur: qua ſpirituum continentia (vt nunc mihi videtur) in animi defectionem procidunt homines, non quidem ex retroceſſu, vt vulgo loquor: ſed nunc maturius rem hanc conſiderans, cenſeo, ſpiritus non retrocedere, quia multis rationibus (vt mox probabo) videtur perdifficile, ſpiritus, neq; vitales, neq; animales, poſſe retrocedere, ſed ſatis eſſe ad veritatem & naturam animi deliquii, non tranſmitti. Sed antequam probem meam ſententiam, cuidam ſcriptori reſpondere conabor, qui cenſet impoſſibilem, aut impertinentem eſſe retroceſſum, iuxta antiquam de hac re ſententiam: & pari ratione iudicauit de ſpirituum retentione; quam immediatiorem cauſam ego arbitror in animi deliquiu. Ratio immediatæ cauſalitatis eſt defectus ſpirituum, modo fiat ex retroceſſu, modo ex diſſipatione: at hic autor ſolum cenſet, diſſipationem eſſe immediatam; cum certum ſit, niſi vehementiſſima ſit, & quæ omnes vires ſuperet, non ſufficere homines ducere in animi deliquium: quia cum ſemper natura ſubueniat partib. indigentibus, & cordi ipſi atq; cerebro conſueto ſpirituum ſubſidio, credibile eſt, non poſſe adeo ipſis priuari, quin aliquid recipiant, quo homines ſeſe tueantur ab animi deliquio, niſi cum vel ſpiritus retrocedunt (vt more vulgi loquar) aut cum non tranſmittuntur (vt mea fert ſententia) quo, tanquam immediato, animo deficiunt homines; quia ante hunc retroceſſum, aut manutenentiam ſpirituum, licet languidus fiat homo, non ſubinde deficit animus, quia non deficiunt ex toto ſpiritus, ſicut dum retrocedunt, aut non tranſmittuntur. Sed de immediatione cauſæ in animi defectu hæc ſunt ſatis viro docto & ingenui animi.

Spirituum vitalium aut animalium nullum eſſe retroceſſum.

Nunc vero conabor probare, nullum eſſe retroceſſum ſpirituum vitalium aut animalium, quo 5 conſtabit, quæ vere ſit immediatior cauſa in hac affectione & in ſimilibus. In quare ſupponendum eſt, meam ſententiam non poſſe probari ex Gale. aut alterius viri docti decreto; ſed mihi ſatis eſſe, non exiſtere aduerſus rei naturam & veritatem. *Primo*, quia ſpirituum retroceſſio non eſt à quo fiat, neque

per

per quem locum: namque facultas vitalis nuſquam traheret, quod vel tanquam inutile, vel alienum re- gratia & beneficio tranſmiſerit: nam id profecto eſt aduerſus ſuum inſtitutum & naturam. Cor ſo- nem: trahit quidem, quod aſſolet ad alimentum vt materiam: expellit excrementum: recipere ſuum trahere, quod ſemel tranſmiſerat, alienum eſt à conſuetudine & natura, quanquam ſit ita id ſi quando contingat, præter naturæ modum & inſtitutum: quæ ratio nullius eſt momenti: quia animi paſſiones & motus non prorſus tales ſunt cenſendæ. *Præterquam* quod trahere ſpiritum in dilatatione cordis & arteriarum, & aerem & vaporem, non poterunt caper arteriæ neque ... qui in ... preſſione mittuntur, per eandem partem poterunt remeare, ... natura. ... rurſus ipſi ... ibidem morantur, qui cum ad partes pertinent ... ſuo fungentes ... dif- pen- tur, aut ſi extra arterias ſunt, iterum ad eas non poterunt remeare. ſi vero in ... ipſis adhuc ... re- tentio potius dici meretur, quam retroceſſus. Præter id quod conſiderare oportet, quod ... natura ſtudeat, tranſmiſſos ſpiritus retrahere, cum ſatius ... ſit quos continet, non tranſmittere, ſed retinere; ſi ſuo beneficio id curat efficere: citius enim ſubſidium capiet à retentis, quam ab his quos neceſſum eſt, vt proſint, iterum retrahere. Quippe illud ſine labore conſequitur, hoc vero difficulter. Inſuper contenti intra cor ſpiritus, ſibi ſunt ſimiliores: quos vero poteſt trahere, cum iam ſint veluti alieni fa- cti, non poterunt pari beneficio neceſſitati ſubuenire. Præterquam quod à variis & diſtantiſſimis par- tibus attrahere, perdifficile videtur poſſe tam cito ad cor pertinere, quantum animi paſſiones expo- ſtulant. At animales ſpiritus longe minus poſſunt recurrere; quia poſtquam ſemel egreſſi ſunt cauitates cerebri, non ſunt viæ per quas à ſenſoriis ad cerebrum iterum recurrere poſſint. quia non diſſeminantur per cauas arterias, ſed ad neruorum foramina peruenientes, nulla eſt cauſa quæ illos pellere aut trahe- re poſſit, neque ipſi ſua ſponte, quia nullum habent huius retroceſſus ſeu motus contrarii principium; ac ex conſequenti vanum eſſe arbitror, animales ſpiritus poſſe retrocedere: præterquam quod bi illu- ſtratione potius operantur, vt antea dictum eſt.

6 Quibus ſic conſideratis, neceſſum eſt iam, ad ea, quæ animi deliquiis neceſſaria ſunt, perueniā- mus, vt noſtro laboranti opem ferre citius & certius poſſimus. Cuius conſiderationis gratia primo ſci- endum eſt (vt quiſq; intelligat, quorum ſpirituum vitio animo linquant homines) vt, vnque ſpiritum vitalem vitiari contingat neceſſum eſſe, animalem quoque ſpiritum compati: & inſuper ſi animalis ſpiritus vitium aut diſpendium diu protrahatur, etiam malum ſeſe extendere vſque ad ſpiritus vitales: illud, quia vitales, materia ſunt animalium ſpirituum: hoc vero, quia ſi animales plurimum diſſipen- tur, aut vitio alio afficiantur, erit quoq; certiſſimum, vitales etiam compati: quia tenentur eos reficere, & commodam materiam animalibus ſuppeditare.

7 Inſuper conſiderare oportet, quibus modis vterque ſpiritus pati poſſit, vt conſtet, quo eorum a- nimo linquant homines. In qua re cenſeo, animi defectionem primo animalibus ſpiritib. competere, vtciatq; læſis, mox vero malo ſeſe extendente, vitalibus. Inſuper aliquando animo priuari homines, male affectis vitalibus ſpiritibus, quorum vitio, quia neceſſum eſt, mox compati animales ſpiritus, & certius ac proprius animo deficere. Huius reciprocę paſſionis cauſa eſt, quod vera animi paſſio ſemper incipit à paſſione ſenſus alicuius, interni aut externi, vel totius cerebri: at illegitima & ſpuria animi paſ- ſio, ſeu defectio, & forſan magis periculoſa, ſemper ſumit initium ab aliqua cordis & potentiarum, quę ad ipſum pertinent, læſione: poſtea vero per conſenſum, animalis potentia compatitur; ob quam ra- tionem dictum eſt, longe grauius eſſe animi deliquium per conſenſum, quam per eſſentiam: quia læſi ſpiritus animales poſſunt recipere ſubſidium & refectionem à vitalibus: cæterum cum malum incipit ab his, non eſt vnde animales reparari ita libere & celeriter poſſint. vt conſtet, quanta in animi deli- quiis (quamuis vnanimi autorum conſenſu dictum ſit eſſe affectionem ſpirituum & potentiarum ani- malium) habenda ſit cordis & ſpirituum vitalium cura & prouidentia.

8 His habitis, conſiderandum fore duximus in Conſultationibus (vt certius poſſimus eiuſmodi ani- mi deliquio ſubuenire) *quibus nam modis ſpiritus vitiari, euerti, atque alterari poſſint, vt ita certe valeant ani- mi defectionem.* In qua re ſciendum eſt, ſpiritus poſſe vitiari & præter naturæ modum & in... reddi, multis modis, & à variis cauſis. Primo quidem pati poſſunt reſolutionem, extinctionem, corru- ptionem, ablationem, caliginem, agitationem, torporem, & ſtipationem: ac vltimo miſcellam alterius rei præter naturam, quæ ipſos mille modis à debito euertat. *Reſoluuntur* quidem ſpiritus animales, re- ſoluto ſpiritu vitali, quo illis gignendis deficit materia: item quia ſenſus interni, vel externi plurimum in laboribus & propriis actionibus defatigantur, qui diſſipant & conterunt copioſiſſime ſpiritus ipſos. Inſuper vterque ſpiritus reſoluitur, vt vtroque corpus priuatur, ex immoderata euacuatione, cuiuſuis generis ſit, aut ex diſtractione ad varia miniſteria ſimul: item ex inedia, ac ex diutino, aut ve- hementi corporis exercitio. *Extinguuntur* ſeu *ſuffocantur* ſpiritus, dum non diſtribuuntur, ac dum de- tinentur, aut exire libere non permittuntur: quippe ſpiritus concluſus aut interceptus vel refrigera- tus emoritur, aut animum deficere cogit; liberum enim & commotum ſpiritum eſſe oportet, non an- guſtiis concluſum, vt in mœrore: neque nimium profuſum, vt in gaudio ne immoderantia vtriuſque mali, corporis cum anima ſocietas diſſoluatur. Partes enim omnes ſpiritu permeante & vegetante, quaſi vinculo copulantur: quo fit. vt vbi in hoc vinculo vitium inſigne fuerit, neceſſum eſt, animum exhalare ac diſſolui à corpore. *Alteratur* inſuper ſpiritus, ita vt animi defectionem accerſat. per frige- ratus, & ob id coercitus, aut inſpiſſatus, apoplexiam vel interceptionem venarum, aut alias capitis graues affectiones concitat. *Excalfactus* etiam media alteratione præter naturam, diſſipatur & euolat. Item per extraneæ admiſtione propriam amittit naturam & prauam vel alienam, aut contrariam ac- quirit conditionem, ita vt officiis & miniſteriis propriis fungi non poſſit; & ſic animo deficiunt ho-

N 3 mines.

Spiritu vitali vitiato animalem compati, & e contra vi. ...

Spiritus vitalis & animales quibus modis vterq; pati poſſit.

Spiritus quibus modis varios pati poſſint, vt accerſant animi deliquium.

mines: quod ſane vitium plerunque ictericis fœminis contingit; & in aeris peſtilente, aut venenata, vel quomodolibet vitiata conditione. Sic etiam aer corruptus, & admiſtione cum ſpiritibus eos praue corrumpit & non ſolum animi deliquium accerſit, ſed & ſubito ac breui tempore homines interficit. *Auferuntur* quidem ſpiritus, & ab organis auertuntur, vel diſtracti ad varias partes, vel intercepti ne permeent, vel cohibiti ne diſtribuantur, vel non geniti defectu alimenti, vel potentiæ cui incumbit ipſos generare, vel reficere. *Caliginantur* etiam ſpiritus, & inutiles ad proprias actiones redduntur, copioſa flatuum vel vaporum admiſtione, quo torpor in actionibus elucet irreparabilis, aut præludium efficitur maioris mali, vt apoplexiæ vel paralyſis. Inſuper *agitantur ſpiritus* extra ordinem ac modum, ita vt neq; vt par eſt, neq; libere poſſint ad organa ſuorum operum recta peruenire: quo etiam millies contingit animi defectio, ſicut aliis non paucis millies ſuccreſcere conſpicimus.

Curandi ratio.

His habitis, vt ad noſtri laborantis cauſas propius accedere poſſimus, & ad eius medelam certiſſimis præſidiis deuenire, conſiderare prius oportet in genere medelam omnis animi deliquii, ita variam & variis auxiliis exequutam conuenire inſtituere (quantumuis ſpiritus ſint in omnibus prædictis modis & cauſis quæ patiuntur, iidem) quod æquare poſſit atque conuenire vnicuique prædictarum cauſarum. Namque ſpiritus ſi coerceantur, aut non diſtribuantur, vel vtcunque impediantur, quod ad eorum legalem motum attinet, neceſſum eſt omni arte ad exteriora euocare, aut ſaltem à loco vbi ſunt coerciti, reuocare, vel ad ſenſoria, vel ad extimas partes, nulla reſtauratione aut noua generatione eorum procurata. Verum ſi nimia profuſione, diſpendio, aut reſolutione manantur, ſubſequentib. diſtractionem, aut diſſipationem rem agere erit neceſſum. Si tamen alterentur, contrariis prorſus qualitatibus, rem contrariam aggredi oportebit: aut alexipharmacis, ſi venenatam, peſtilentem & maleficam ſortiantur miſcellam: & inſuper in his vltimis cauſis celerem & copioſam propagationem ſpirituum conciliare oportet. 9

Signa inſtantis deliquii.

Cæterum cum noſter laborans in frequentiam animi deliquii deciderit, ex animi paſſione adeo vehementi & contraria, quæ nunc coercitos redderet ſpiritus, nunc ſupra modum diſperſos, ita membra principalia imbecillitauit, ac deiecit, quod non ab eiſdem cauſis ſolum, ſed à leuiſſimis quibuſq; cauſis protinus ſpiritibus vitalibus in animi paſſionibus, aut animalibus, in mentis & ſenſuum actionibus (ſi modum excederent) reſolutis, & inconſtantibus factis, in animi deliquium decidebat. Erat tamen ſignum euidentiſſimum, verum eſſe ac legitimum animi deliquium, quod ad animales ſpiritus pertinebat, eo quod ante caſum, ſenſuum exteriorum præueniebat hebetudo, ac motus torpor, & mox animo linquebat, initium ſumens à vehementi ſenſuum interiorum apprehenſione, intenta cogitatione, aut diutino ſtudio. At cum ex vitio vitalium ſpirituum & cordis paſſione incidebat in deliquium, ſpiritibus vitalibus non probe, & vt decebat, peruenientibus ad cerebrum, neq; reficientibus animales ſpiritus, præcedebat caſum ſeu acceſſionem animi aliqua paſſio, iræ, triſtitiæ, mœroris, aut quid ſimile: tunc quidem mœſtitia homo premebatur, & mox cum pulſus imbecillitate, ſenſuum exteriorum oblæſione, animo linquebat homo; quo tempore conquerebatur de cordis moleſtia, ſeu diſplicentia. 10

Acceſſionis mitigatio. Animi in deliquio ex ſpirituum retentione, quibus vtendum medicamentis.

His ſic diligenter conſideratis, ad veram curationem affectus, & ad præcautionem acceſſionum; quibus frequenter moleſtabatur, multa obſeruari iuſſimus. *Primum* fuit, in omni acceſſione, ſiue principium ſumpſerit à corde, ſiue à cerebro, cordi ſemper eſſe prouidendum, diuerſo tamen modo. Namque ſi ex ſpirituum retentione intra cor, animalis potentia priuetur debito vitalium ſubſidio, vt in pleriſque animi paſſionibus (mœrore, triſtitia & ſimilibus) contingit, neque his, quæ cohibeant ſpirituum ad exteriora motum, vti oportebit, neque aquæ ſupra faciem aſperſione: ſed omni diligentia curandum erit, ad extima euocare ſpiritus, & in motum agere, frictionibus, ligaturis, cucurbitis, & calorificis auxiliis, plantis pedum ac manuum appoſitis, & calida aqua naphæ, aut ex vino. Sic cordi apponere oportet, quæ idem beneficium præſtent: qualia ſunt *vini calidi fomentum ſericophiltro*, aut *aqua, napha, iaſminorum*, vel *aqua muſcata*: ſed pretioſius efficitur ex *aqua vita*, vbi diſſolutum fuit confectionis *Alchermes* aut *electary de hyacintho* modicum. Valet *butyrum*, aut *oleum napha*: vel *pomum aſſum cum eiſdem rebus cordialibus*. Prodeſt & *oleum Matthioli*, & reliqua quæ quodammodo vim habent attenuandi & calefaciendi: cuius naturæ ſunt per externa, quæ diximus: aut *oleum ex ſtyrace, calamenta*, & *moſcho*, *gariophylla, ligno aloes, cinnamomo, & corticibus citra*. Sed intus ſuſcepta proſunt eiuſdem naturæ multa, vt ſunt tabellæ, aut bolus ex *ambra*, *moſcha gariophyllis, ligno aloes, cinnamomo cum vino aromatico*, aut *Hippocratico vulgo appellato*. Prodeſt & *theriaca ſmaragdorum* diſſoluta eodem *vino*, aut *aqua napha*, *Mitridatium*, *electuarium lætificans Gal. diamargariton calidum*, *gallia & alipta muſcata*. Diſperſit tamen conculcatos ſpiritus ius aliquod, maxime *perdicis*, cum *guttulis vini*, aut *aqua vita*, vel *vini aromatici*: conferunt & *trochiſci muſcati*, quos hac lege confectos ad vſus neceſſitatem parabis. Recipe, *ſpica, maſtychis, xiloaloes, cinnamomi gariophyllorum*, *gallia muſcata, cubebarum, cardamomi granorum paradyſi, corticum citra, ana* ℈iiij. *moſchi* ℈ß. cum vino odorifero fiant trochiſci, quorum ʒß. diſſolutam *aqua napha* laboranti porrigere poteris.

Bolus.

Prodeſt & bolus pariter diſſolutus eadem aqua, qui recipit, *conſerua borraginis, cordicum citri conditi, meliſſa, ana* ʒß. *confectiona Alchermes*, *Mithridati ana* ℈j. fiat bolus.

Animi deliquium ex ingenti ſpirituum diſſipatione.

Verum ſi ex ingenti ſpirituum diſſipatione adeo ſeſe natura retrahat, quod animo deficiat homo, tunc profecto cohibere diſſipationem oportebit, ipſorum prouentum & citiſſimam refectionem præſtando, ne ex animi defectione in ſyncopim commigret laborans. Sic enim fieri ſemper iuſſimus in hoc laborante, quo facillime ab acceſſione excitabatur. Quippe dum ex aliqua animi paſſione incidebat in deliquium, ea auxilia, quæ nuper retulimus, adhiberi curabimus: verum ſi ex vehementi labore, vel ſtudio, vel euacuatione, quibus ſpiritus diſſipari erat certum: tunc profecto contrario 11

proc-

protius modo reuocari ab acceſſione inſtituimus: nimirum nulla facta fricatione, neque cucurbitulis, aut lauacris: ſed ſolum his præſidiis, quæ ſimul cor roborarent, ac ſpiritus citiſſima reparatione reficerent. Sic profectò cordi adhiberi iuſſimus, quæ ipſos ſpiritus firment, contineant, & veluti cohibeant, ne diſſipentur. Quapropter frequenti aſperſione ſuper faciem & manus *aqua roſacea, acetoſa, nenupharis*, cum modico *aceto roſaceo*, vel *aqua frigida* ſuperſparſa, aut flauellatione aeris cum linteo madido his odoramentis frigidis: item odoribus eiuſdem *aquæ cum vino*, quo reficerentur facillime ſpiritus, aut cum *aceto*, quo viæ per quas reſoluuntur, arctiores redderentur. Inſuper epithematis frigidis, ſaltem temperatis, cordi appoſitis, quæ conficiuntur ex *violis, roſis, nenuphare, ſanthalis, caphura cum aceto roſ. emphatio*. additis *ſucco granatorum, acetoſa, pomorum redolentium, cum pulueribus coriandri tharabe, diamargaritonis & electarii de gemmis*. Ex quibus omnibus, decoctis aut inſtillatis, aut expreſſis ſuccis, epithemata conficere oportuit, quæ ſummopere profuerunt. Item potiones aquæ frigidæ cum *ſaccharo roſaceo, violaceo*, aut *florum borraginis, & bugloſſa*. Ex quibus condita confinximus cum puluere *margaritarum, coralli, vel raſura eboris, vel cornu cerui*. Valent & inſtillationes in balneo Mariæ ex his omnibus, additis aliis quæ cordialia ſunt, ex floribus, foliis & radicibus. Præterea trochiſcos parauimus, qui receperunt *ſpodij, ſeminis cucumeris, citruli, intybi, lactuca, portulaca, roſarum, & ſanthalorum alborum, ana* ℈.ij. *cum ſucco limonum* fiant trochiſci ʒ.j. quorum ſumpſit vnum cum ℥.j. *aqua roſarum*. Profuit & ſerapium, quod paratum eſſe iuſſimus, q.t. *ſuccorum depuratorum borraginis, acetoſa, intybi, citri, pomorum redolentium, ana* ℥.iij. *ſacchari q.ſ.* vt fiat ſerapium, cuius ℥.j ß porrigebam cum *aqua roſacea*, aut frigidiſſima ℥.iij: Sed inter omnia, quibus ab acceſſione, ocyus excitabatur, erat iuſculum pulli, aut pullæ, cum *laminis auri*, aut *limatura eius*, vel *pulueribus electaris de gemmis*, & aliis huius naturæ, additis guttulis ſucci *arantiorum*, aut *limonum acidorum*. Quod ſi (vt ſolebat) animi deliquium ſuccreſcebat aliquo odore fœtido, aut re viſa horrida, vel deformi, his quæ bonum odorem ſpirant, facillime excitabatur: aut alexipharmacis, vt *lapide bezaar, radice ſcorzonera, theriaca ſmaragdorum, confectione Alchermes*, vel *de hyacinto*. Et ſic ea prouidentia ſemper vſi fuimus, quod præſidia non ſolum ſpiritus reficerent, ſed & contra cauſam & modum animi deliquii pugnent: qua arte facile in priſtinum ſtatum reſtitutus, vitam degebat mediocriter: tamen moleſte ferebat, à quauis cauſa ita premi & alterari, quod inturbatam & miſeram ageret vitam, & ob id anxie expoſtulauit, vt radicitus ſtuduiſſemus malum curare, quo minus moleſtaretur frequentia acceſſionum. *Ex odore fœtido.*

23 Ad cuius rei prouidentiam conuenimus, & primo inſtituimus diſquirere diligenter, *qualis fuiſſet corporis apparatus; qualis vt impotentia aut imbecillitas*, quod ita facile in animi deliquium concideret hic homo. In qua hæſitatione conuentum fuit inter nos, duas eſſe potiſſimas cauſſas huius moleſtiſſimi ſymptomatis: vnam & vere primam, cordis & capitis contractam imbecillitatem: reliquam vaporum calidorum, atque tenuium, nec boni moris, maximam copiam; qui à ſanguinis maſſa & à meſenterio obſtructo (vitioſis & melancholicis ſuccis) & his vaporibus ac flatibus pleno facile eleuabantur: quo in quouis animi motu ſpiritus vel turbari, & non poſſe ſuo munere fungi, vel viciari aut corrompi, ac diſſolui comperimus, quo facillime hæc duo principalia membra in animi deliquium hominem ducebant. *Mali radicalis curatio.*

24 Quibus ſic conſideratis, vitam huic viro talem curauimus inſtituere, qua protius vaporoſis excrementis, aut flatibus careret, & vires corporis, maxime cordis & cerebri, reficeremus. Sic profectò commendauimus modicum, ſed continuum exercitium, vitam tranquillam ac ſine tumulto & ſubitis occaſionibus, quantum humanis viribus poſſibile fuiſſet. Cibaria inſtituimus boni ſucci, ſed non admodum tenuis ac facilis ſubſtantiæ, ne facile diſſiparentur ex ea geniti ſpiritus & humores. Cui vſui commendauimus carnes *perdicum, cuniculorum, turturum, & columborum, arietis, & capreoli*: noctu oua ſorbilis, aut hepata gallinarum, vel viſcera & inteſtanea animalium paruorum, *vt capreolorum & vituli* ac ſimilium. Vinum, maxime claretum, nec nimis tenue & acutum, nec prorſus rubrum & craſſum. Somnum commendauimus, adhuc meridianum: tandem magna diligentia inſtituimus eum vitæ modum, quo facillime alimenta coquerentur & conficerentur, ſed diligentius, ne intra meſeraeum ventriculi, ac manerent ibidem diutius, ſed curantes liberum habere eorum tranſitum, quia hæc erat potiſſima cauſa prauorum halituum, quib. ſpiritus mille modis in corde & cerebro patiebantur. Verum quia id non eſt ita facile exequi ac inſtituere, quin excrementa ob mille errata in vitę modis plus iuſto congregentur, curauimus leniuſculis purgationibus, & per magna interualla inſtitutis, ſuccos illos purgare, & viſcera abſtergere, quo locus & legalis occaſio nobis ſuppeditaretur, & roborandi membra principalia, & conterendi vapores illos, ſpiritus fœdantes & euertentes.

25 Circa primum, inſtitutum fuit ſerapium leniſſime purgans, ex ſolo ſucco *lupulorum, & pomorum dulcium*, cum *decocto pruni, & emulſione ſeminis chartami*, ſic confectum. Excipe *decocti prunis lib.* j. ß. infunde pulpæ ſeminis chartami ℥ij. poſt noctem, & leuem ebullitionem exprime, & adde *ſucci lupulorum clarificati* ℥iiij *ſucci pomorum dulcium & ceraſorum, etiam clarificati, ana* ℥ iij. & cum ſaccharo fiat ſerapium: cui adde, interim dum fit, in ligatura *confectionis Alchermes, & de hyacintho ſine croco*, ana ʒj. ß Cuius bis in menſe ℥ij. aſſumi conſuluimus, quo probe egerebat, ſine moleſtia, & maximo cum leuamine. Poſtea vero tertio quoque die mirabile illud ſerapium, quo & cerebrum, & cor ſubſidium maximum ſuſcepabant, & ſpiritus firmitudinem, ac flatus diſcutiebantur. Huius præſidij modus talis eſt. Excipe *tres aut quatuor perdicum pullos, & gallinarum duos*, & reple eorum ventres radicibus *ſcorzonera, roſis, violis, floribus borraginis bugloſſa, & ſtœchados foliis lupulorum, & borraginis, & capillorum veneris*, quibus addes *confectionis Alchermes, & de hyacintho ſine croco, & theriaca ſmaragdorum, ana* ℥iij. & in ſufficienti quantitate aquæ, vaſe cooperto, & lento igne, fere ad medietatem, coquantur: & poſt coctionem adde *ſyrupi de gem-*

Serapium leniſſime purgans.

Serapium mirabile pro cerebro & corde roborandis.

de quinque radicibus ſine aceto ℥.iii. *de bliſantiis* ℨ.ii. *ſcorzonera*, ℥. j. ß. & tunc omnia hæc ſimul in alembico vitreo excipiantur, & artificioſe accitia vitionem in duplici vaſe inſtillentur. Huius inſtillationis ſume lib.i.ſ.& adde *ſucco lupulorum ceraſorum, cuborii, & pomorum dulcium clarificati, ana* ℥. iii. *ſucci roſarum rubearum* ℥ iiii. *ſacchari q.s.* vt fiat ſerapium, vel ad modum mellis roſati, & interim dum coquitur in ligatura, adde pulueris *diamargaritonis & lapidis bezoar electarii de gemmis & margaritarum præparatarum, ana* ℨ i. *pulueris corticum citri* ℈ ii. *galliæ muſcatæ* ℨ.i. Huius porrigi iuſſimus ℥.i. cum modica aqua *ſcorzonera*, præſtitimus guttolas *elixir vitæ*, quo mirum in modum leuabatur. Tabellas etiam confingi curauimus, ex prædictis pulueribus: & conditum etiam ex his & conſerua *roſarum, florum violarum, borraginis & buglossæ cum laminis aureis* His profecto rarius, & adhuc maioribus occaſionibus in acceſſiones incidebat, ſed longe minus, appoſitis cordi epithematis ex odoramentis pretioſioribus: omitum ea *ambra, moſcho zibeto*, & ſimilibus: nunc in forma liquida ex *aqua* vel *oleo iaſminorum*, aut *napha*: nunc in forma emplaſtri, vnguenti vel linimenti: ex quibus etiam ſacculum parauimus, quo mirum in modum occaſionibus incidendi in animi deliquium reſiſtebat. Capiti etiam prouidimus pileum, quo noctu dormiebat, ex pulueribus florum, & rerum quæ odorem ſpirant gratum, cum modico *ambra* & *moſcho*: item galerum rubeo ſerico fulciri interius iuſſimus eiſdem rebus, quibus membra hæc robur eo modo acquiſierunt, quod iam quam rariſſime, & non niſi magnis occaſionibus, in animi deliquium incidebat.

De pernicioſo eriſypelate.

Consvltatio XXVIII.

Illvstrissima D. Maria Manrique, religioſa ordinis ſancti Bernardi in Valleſoletano cœnobio, quadraginta cum eſſet annorum, bilioſæ & ſanguineæ naturæ, menſtruis copioſis purgata ante hanc ætatem, & nunc longe minus, curis & ſolicitudine non parum affecta, prope Solſtitium æſtiuale correpta eſt febre non admodum intenſa, ſed variis horroribus implicata, & intermiſſa, ac totiens recaleſcente, cum capitis dolore intenſo, & viſcerum, maxime iuxta ventriculum, parte eius dextra moleſtiſſima ſenſatione, qua fere animo videbatur deficere. Tertio die ab his accidentibus, faciem cœpit occupare, & gutturis dextram partem rubor plurimum ſaturatus citra euidentem tumorem: creuit ad caput vſque per oculos, & vtramque faciei partem occupans, quo minus horrida erat, & magis continue febricitabat, ac longe minus moleſtiis prædictis premebatur: præſertim ſanguine miſſo bis ac ter, quo rubor quieuiſſe videbatur. Verum, eo tamen nondum ceſſante, horrere iterum cœpit & anxietate premi, ac mox febris increuit, & thoracis, à ceruice ad mammas, extimam regionem apprehendit rubor, non ita luteoſi coloris, cæterum febris, ceſſantibus reliquis accidentibus, non ita manifeſte ceſſauit, ſicut primo ruboris inſultu. Quo ordine reuerſionibus, & remiſſionibus vſque ad vigeſimum diem malum reuertebatur: deinceps vero vſq; ad mortem, ceſſante eriſypelate, vires plurimum deliteſcebant, & febris atrocioris conditiones ſeſe oſtendebat, ita vt nullis auxiliis cedere videretur, donec ſubito motu, in ſomnum importuniſſimum delapſa (quamuis ab vndecimo die in ſomnum erat procliuis) cœpit deinceps obliuiſci, & tandem cum ſopore delirare, quo vſq; ad trigeſimum diem, quo mortua fuit, durauit, humore ſubito enarrad cor ſecurrente, quo celerius, quam affectus & vires pollicebantur, morte correpta fuit.

Placuit hiſtoriam huius illuſtriſſimæ fœminæ hac in parte recenſere, cui conſimiles iam conſpeximus alias, maxime in cœnobio ſancti Laurentii Hiſcorialis, tam intus, quam in habitatiunculis extra ipſum. Namq; in omnibus illis apparuit is morbus, quem *eriſypelatis* nuncupamus; tamen longe diſſitus, ac diuerſus ab antiqua & innata eius natura & conditione. Quippe euidentiſſimum hucuſq; habitum fuit, tum eriſypela, tum vero omnes alias cutaneas affectiones maiori ex parte ſecuriſſimas eſſe: quantumuis primo acceſſu graues aſpectu ſeſe oſtendant: quanto ſecurius eſt, qui in viſceribus inſunt praui humores, ab his ad exteriora protrudi, & grauiſſimum, aut non prorumpere, aut vbi ſemel apparuerint, iterum deliteſcere & intro recurrere. Proclamatum quidem eſt, & millies ab Hipp. dictũ, ita vt non opus ſit repetere, quæ vbiq; videntur ſcripta, & mille experimentis confirmata. Qua profeſtatione inſtitui, diligenter inueſtigare, *quæ ſit cauſa, aut quid in ea exiſtat occultum, quo cum materia mali ſit eadem, locus affectus idem, & morbus etiam idem, periculum in vno ſit nullum, & in alio lethale ſit, & periculoſiſſimis accidentibus plenum: cum in vtroq; bilis, & noxius humor euacuetur a viſceribus & membris internis, ac præcipue, ad cutem & carneas partes*: quod ſecuritatis ſolet eſſe ſignum & cauſa. 2

In qua quidem re multa ſeſe mihi offerunt expendenda. Primum quidem erit (ex cuius explicatione pendet elucidatio reliquorum, quæ difficilia ſunt) *quæ ſit cauſa cuius ratione euacuetur in periculoſo eriſypelate, & in ſalubri, humor bilioſus à viſceribus; & in illo grauiſſimo eriſypelate deterius ſeſe habuerit hæc fœmina, & in reliquis ſalutis & ſecuritatis ſit cauſa.* Item *ſi humor noxius euacuatur, cur non confert, & bene fertur in periculoſis & ſummopere leuantur, qui ſalubri eriſypelate infeſtantur.* Tertio, *quæ ſit potiſſima ratio difficultatis curationis, magis in vno, quam in alio*: & vltimo, *qua via, ratione & modo agere oporteat in curatione periculoſi eriſypelatis, à periculo eruere laborantes poſſimus.* 3

Circa primum, vt conſtet periculi ratio & cauſa, in memoriam reuocare oportet, non ſolum 4

eriſy-

Eriſipelatis natura antiqua.

eriſypelate, ſed in quouis alio affectu, ſiue cutaneo, ſiue ſecus, principium, aut cauſam [illegible] multis modis ſe habere in cauſando: in eriſypelate vero, vno è tribus modis. Nam aut in venis præeſt copioſa bilis, quæ efferueſcente in eriſypelata degenerat: aut pullulat hæc affectio ex copioſa bilioſi humoris propagatione in iecore: & hoc vno è duobus modis: nimirum, vel quod iecur ſit bilioſæ naturæ, & conditionis, adeo vt copioſam generet bilem: vel quod iecur ſit vitioſum, & bilem generet vitioſiſſimam & pernicioſam. Prima quidem [illegible] ſalubris exiſtit: quia quo magis expellitur, magis exoneratur natura: niſi caput aut membrum pr[illegible] adeat, vel retrocedat ſecunda dubia, quia velut iudicium mendoſum haberi debet, & ob id [illegible] tertia vero periculoſiſſima exiſtit, quia germen in viſceribus habet, quo magis ac magis & indies vitioſius gignitur. Sic profecto prima harum ſpecierum ob id ſalubris, aut minus periculoſa eſt, quia nocuus humor in morbis materialibus, ſiu venoſo genere viget, & ibidem im[illegible]ratur, & ibidem deprauatam conditionem acquirit, vel affectum aliquem molitur, vel ab eo loco aliunde tranſmittitur, quo facultas tranſmittens libera manet, & melius ſe habet, licet pars quæ hunc humorem ſuſceptat, quodammodo patiatur. Inſuper *ſecunda ſpecies* aliquo modo prædicta periculoſior, talis efficitur, quia humor læſurus tranſmittitur ab aliquo membro copioſius ipſum generante (vt à iecore) qua tranſmiſſione liberatur etiam natura aliquo modo. ſiquidem quod ſuperabundat, [illegible] ſe mittit. & quo magis à ſe mittit, & quo magis à ſe pellit, longe minus moleſtatur: cæterum non ex toto ſanitati reſtituitur, quia ea reliquiis humoris, qui indies generatus, iterum atq; iterum reuertitur, adeo vt peculiarem in curatione prærequirat prouidentiam; maxime membri copioſam bilem gignentis. *Præterea* in tertia hac & pernicioſa ſpecie humor læſurus tranſmittitur ad cutem, vel ad quãuis aliam partem: cæterum pars quæ tranſmittit, ipſa praua affectione eſt inſignita, quod licet humorem pellat, ex innato & inſito vitio, nec liberatur, nec vllum ſuſceptat leuamen, ſed pars quæ recipit, male afficitur, *vt inferius probabitur.* & quæ tranſmittit, in eodem peſſimo ſtatu permanet, & quotidie humorem, quem vel gignit, vel continet, ita ſua labe inficit, quod & ſibi, & corpori, & parti affectæ neceſſario viciet, & indies magis corrumpat, ita vt magis videatur à ſe pellere, minus leuetur: impotentior redditur, & corpus vniuerſum imbecillius factum, in deterius ruat. Dixerat enim Hipp. conſimiles affectiones intus germen habere, hoc eſt radicem & firmatum principium, quia in his, quæ aliis videntur proficua, in his lædunt, vel ſaltem nullius ſunt momenti ad ſalutem, & ſigna ſunt maioris mali. Scriptum etiam eſt, & omnib. viris doctis experimento fidiſſimo confirmatum, ſi ſolentia iuuate non iuuent, vel lethalia eſſe, ſi æger deterius ſe habeat, vel difficilis erunt iudicii, maxime ſi nihil iuuent. Quo euidenter conſtat difficultatis primæ enodatio; ſiquidem licet aliquid euacuatur, in vna, bilis facturæ eriſypela vice, quo æquum erat leuari, quia manet intus, quod amplius producere poteſt eundem affectum, & ob id euacuata bilis nihil iuuat, ſicut dum ipſa abundat intra venas, quæ licet vna vice nõ euacuetur, quia totalis materia minuitur, melius ſe habet homo, & ſi plus euacuetur, & iterum aliis in partibus concitet eriſypela, longe melius, quia ſemper in corpore minor materiæ copia ſupereſt læſura. At vbi germen latitat, longe magis & deterioris conditionis generatur, quam euacuetur, & ſic neque prima eriſypelatis, ea eiectio iuuat, neque ſecunda, aut reliquæ, quia natura intus habet quod plus generet, & ipſam magis deuincat. Itaq; hæc erit differentia inter has duas eriſypelatis ſpecies, quod in ea quæ ea bile abundante in venis prodiit, quia indies minuitur, potentior natura euadit, quo facilius moleſtum pellit, & robuſtior ſupereſt, ſiue ſemel, aut bis, aut pluries reuertatur eriſypelas. At vero in ea quæ grauior eſt, & germẽ habet in viſcerib. natura potius patitur in agendo & expellendo, quam iuuetur: quia partes internæ, in quibus ſua eſt virtutis & poteſtatis ratio, morbo ſeu intemperamento graui & vitiato laborant, & ob id, cum gignunt ſibi ſimiles ſuccos, aut ſibi commiſſos, vitiant, à quibus non liberatur, licet eos [illegible] expellat ad cutẽ, quia iterum alii & alii eadem labe infecti ſuccreſcunt, à quibus continua moleſtia labefactatur, & ſemper oppreſſa manet. Non quidem ſicut dum hi humores, qui geniti ſunt & vitiati, à robuſta & integra partium natura & poteſtate, ſiue ſemel, ſiue per interualla excernuntur, quo libera manet, & humores praui diminuti. Ex quibus iam conſtare arbitror periculi in vna harum eriſypelatum rationem, & ſecuritatis in altera: & inſuper explicatur ſecundæ difficultatis veritas. Namque licet humor noxius in vtroque eriſypelate, ab internis ad extima excernatur, in ſalubriori minuitur quidem ex totali cauſa pars, & remanet minor totalis materia, quæ paulatim deinceps excernitur: at in pernicioſo longe maius damnum ſocereſelt laboranti ex fomite vitioſo relicto in viſceribus, & quaſi habituato, & ex humore relicto & amplius vitiato, quam beneficium ex propulſo ad cutem: ſiquidem quod magis labefactat naturam, & eam deuincere conatur, intus latet, ac præualet, quo nullum, aut quam leuiſſimum in hoc eriſypelate ex euacuatione ſequitur leuamen. Ex quib. omnib. pendet tertiæ difficultatis enodatio: nimirum quæ ſit ratio difficultatis in curatione huius, cum vulgare eriſypela, vel ſua ſponte, vel leui auxilio curetur. Huius aũt tertiæ ratio eſt, quia licet ſanguinem mittas, purges, aut natura eadem opera moliatur, nil magis præſtat, quam vel nihil agere, ac forſan vires deiicere, interim dum radicale membri male affecti vitium, aı te aut natura non ſuſceperit aliquod beneficium, quia ea eſt conditio eorum morborum, qui radices habent pullulantes ex aliqua parte, quæ germinare poſſit, vt officinæ alicuius, vel humorem ſibi commiſſum, vt receptaculo vitiare. Nam hæc eſt vna ex rationibus eorum morborum, qui vel præſtitis adhuc conuenientib. auxiliis, nõ ceſſant, licet aliquo modo remittantur, vel reuertuntur mille modis, ac repullulant, etiamſi videantur ceſſaſſe; vel licet remittantur, iterum grauiores fiunt, quia ſemper membrum male affectum germinat ſuccos adeo praua conditione affectos, quod laborans ſit in perpetua paſſibilitate, eadem, aut diuerſa, prout fuerit pars in quam incubuerit humor ille, quem à ſe mittit natura, cauens maius malum, licet nequeat prorſus hominem à morbo liberare.

Eriſypelatis ſpecies.

Prima ſalubris.

Secunda periculoſior.

Tertia pernicioſa.

Prima difficultas enodatur.

Secunda enodatur.

Tertia enodatur.

Quibus

Delineat. Quibus ſic explicatis, & in noſtra laborante cognitis cœpimus curationem inſtituere, ac primo viſis præcedentibus rigoribus, & recaleſcentiis, cœpimus diſputare, an *rigorum illa frequentia fuerit ſignum horrorificæ febris, vel internæ alicuius inflammationis: an ex ductu humoris biliosi & acrioris per ſentientia membra tranſmiſſi, ſignum ſit eryſipelatis futuri*: namque ex diſtinctione huius rei conſtat, initium curationis ſumendum fore. In qua re ſciendum eſt, horrorificam febrem ſemper inuadere citra alicuius partis dolorem, moleſtiam, calorem, aut accidens aliquod: ſed ſolum procedit cum horroribus & incaleſcentiis, vel ſe ad inuicem ſubſequentibus, & excipientibus, vel (quod frequentius accidit) ſimul euntibus: nam ea ſuccenſo humore non quieſcit febris, & ex vitio & acrimonia perſentita in partibus ſentientibus, horreſcit laborans. At horrores & febres, ex viſcerum inflammatione, ſemper comitem habent dolorem, tenſionem, calorem, aut euidentem moleſtiam membri inflammati: & ſic ea hoc doloroſæ affectionis adiuncto facile diſtingues ab vera prædictarum cauſarum horrores ſuccreſcant. Cæterum ſi vel e a flatu, vt in venarum, aut ventris cruditatibus, vel ex acrimonia ſucci alicuius, delati per ſentientia loca, effecturi vel tumorem, vel dolorem, vel inflammationem, inflationem, vel eryſipela; tunc profecto ea membri paſſuri ſignis facile diſces. Nam vel ruber pars aliqua, vel dolet, vel contremiſcit, aut aliquo affectu inſignitur, quo monſtratur, aliquid mali illic acceſſurum: vt non raro contingit in his, qui podagram ſunt paſſuri, quia antea contremiſcit membrum, horreſcit corpus, febre corripitur, & eo magis certior fies, ſi rubor aliqua in parte apparuit.

6 Sic profecto in noſtra laborante res cœpit: nam pars dextra facile rubeſcere cœpit: verum non vt in vulgari eriſypelate, ſed cum febre, capitis dolore, ventriculi anxietate, & bilioſis vomitibus, quibus nihil leuata erat: quinimo indies magis ac magis animo deficere videbatur: tunc quidem, licet non defuerit, qui à purgatione curationem auſpicandam fore arbitraretur, deceptus bilioſo vomitu, & ventris anxietate; ſanguinem miſimus, verentes retroceſſum bilioſi ſucci eriſypelantis faciem, vi medicamenti purgantis: idque ter fecimus; ſed cum hoc horrores iterum reuertebantur, & febris magis increſcebat, donec apparuit rubor maximam ceruicis & pectoris partem occupans. Tunc quidem quarto ſanguinem miſimus, & cum remitterentur hæc omnia, iterum horrere cœpit, & per alias partes corporis rubor apparere, quo ſanguinem quinto miſimus. Et cum conſtaret, neque præſidia, neq; expulſiones à natura factas aliquid profeciſſe, conſiderauimus, iecur adeo praua intemperie eſſe affectum, quod non ſolum bilem torridam & prauæ conditionis generaret, ſed inſuper genitam iterum inficeret, ac ob id per vtranque aluum conari expellere, & ad cutem tenuiorem partem tranſmittere. Cæterum coniecimus, ita naturam interim premi, tum iecoris vitio, tum humoris malignitate, quod longe plus in deterius rueret laborans ex his, quam ab expulſa ad cutem bile leuaretur: & deinceps verentes naturæ eaſum, curauimus iecori ſubuenire, prius bile ab ipſo repurgata, ac mox reducta eius vitioſa temperie in familiarem & ſalubriorem.

Purgatio num curanda ſit in eryſipelate?

Purgatio quando & qua lege in eryſipelate adhibenda.

7 Sic profecto quamuis ſtatutum ſit pleriſque Medicorum, raro eſſe in eriſypelate purgandum, ne fiat, vi & poteſtate medicamenti purgantis, retroceſſus ad interna; quod non minus graue eſſet, quam ſi præ impotentia facultatis, aut humoris malignitate retrocederet ſua ſponte: quod quidem tanquam ſumme pernicioſum, & exitiale, millies damnauerat Hipp. cum hoc tamen in eriſypelate hac lege purgabis: primo, in eriſypelate ſalubri ſcito, nuſquam eſſe purgandum, niſi cum multoties, & per varias partes prorumpit eriſypelas: tum quidem indicium eſt, aut copiam bilis eſſe magnam, aut eius acrimoniam intolerabilem. Cum vero magna fuerit copia, tunc quidem purgabis, quando impetus eruptionis ad cutem remitti videatur: tunc enim aut lenius ſe habet natura, & purgandum non erit: aut adhuc moleſte fert morbum, aut ea eſt: non amplius tranſmittit: & ſi conetur, aut eluceat aliquid in cute, cæterum eſt quam pauciſſimum, & febris grandior, ac accidentia, tum capitis, tum ventriculi, vel iecoris, vel creuerint, vel perſeuerauerint: tunc profecto verendum eſt, ne impotens facta natura, nequeat amplius expellere ad cutem, ſed intus manens humor prædicta accidentia concitet, ac minetur decubitum ad aliquod membrum princeps, maxime ad id, quod vel plus dolet, vel magis infeſtatur: aut aliquod aliud malum intus machinetur. Quo tempore purgabis diluto *rhabarbari*, ex *aqua cichorii*, cum *ſyrupo regio*, aut *roſarum Perſicarum*, vel *facto in ſera lactis*: aut *diſſolutis vnciis duabus mannæ electæ in prædicto rhabarbari diluto*: ſed primam purgationem laudo magis, & longe magis leuiter & paulatim corpus & iecur purgare eadem rhabarbari infuſione cum ſyrupo *eupatorii, cichorii, & borraginis*. Aliter enim ſecurum eriſypela, quo magis potueris, differ, aut prorſus aufer purgationem, aut ſolum facito inclinare affectu, nihil adhuc mittente ad cutem natura, ſiti intus relicta, oris amaritudine, & ventris diſplicentia, aut murmurio: nam tunc, ne morbus reuertatur, aut alium concitet humor motus intus manens, purgare poteris.

8 Verum ſi eriſypelas ex pernicioſis fuerit, tunc profecto diligenter conſiderabis, an ſimul cum prauo germine, in venis abundet copia bilis: nam ſi abundat, & natura non deſiſtit à tranſmiſſionis munere, caue ne purges: nam & vitium membri mandantis adaugebis, & ſimul retroceſſum machinaberis: quod eſt duplex malum & grauiſſimum vitium. Cæterum, ſi maior fuerit naturæ paſſio ex germinante iecore, aut quouis alio membro, tunc profecto longe maius erit beneficium ea purgatione, quia materia non eſt tanta, quod retroceſſum poſſit minari, ſed pauciſſima, maligna, & quæ indies generatur, aut corrumpitur; qua euacuata, nil ſupereſt retroceſſum effecturum, & corpus liberum manet ab ſpurcitia irritante: ex quo conſtabit, quod licet amplius in cute non eluceat, non eſt, quod retrocedat, poſtea purgans medicamentum, ſed quod parum aut nihil ſupereſt ad cutem iturum. Quapropter in hac noſtra laborante ea lege inſtituimus purgare, quod ſanguine ſuffici-

tur

miſſo paulatim, vt vitioſum ſuccreſcebat bilis, ita quoq; paulatim expurgare inſtituimus, ita vt à purgatiunculis leuius ſe haberet, & virtus vitalis expeditior appareret: maxime quia vſi fuimus apozematis ex aquis cordialibus & iecorariis, tum electuario de hyacinto, & pulueribus de gemmis, ac ſerapiis re orat temperaoribus, & bilis feritatem reprimentibus, ita vt cuiuis poterat videri, laborantem longe melius habiturum. Cæterum à morbi principio cognouimus, ad caput morboſam bilem mixtam, crudi ſucci ea copia confluxiſſe, quod moleſto ſemper ſomno laborans premeretur, à quo cucurbitis, frictionibus, & ſcarificationib. leuamen non paruum ſuſcipiebat. Verum cum iam ex aſſuetudine, toto morbi tempore caput reciperet, quod à membro germinante illuc eructabat, omnia auxilia nullius erant momenti: quia in partib. infimis à capite, rubores apparebant, nihil proficientes, & caput indies magis ſomno ſubinde premebatur, licet auxiliis deriuatoriis, & euacuantibus leuaretur, donec neſcio quo malo conſilio capiti impoſita fuere *repercuſſoria* auxilia, me millies conſulente, ne in illo caſu eis vterentur. Quibus appoſitis, ita profundiori ſomno correptus fuit, cum alienatione & turbatione mentis, quod caput inflammari (quia prohibitus fuit fumidus effluxus repellentium efficacia) facile poſſes iudicare: à quo ſtatu ad mortem nuſquam reſipuit, neq; vigilauit, vt certis quibuſdam diei horis ſolebat, quo ſemper in deterius malum proceſſit. *Repercuſſoria in eryſipelate noxia.*

9 At vt tibi ſubſit ratio & via curationis, ſi alicui alteri ſimile eriſypelas ſuccrederit, vt cordatus Medicus conſidera primo, longe diuerſa ratione inſtituendam fore curationem, cum ex vbertate flauæ bilis, aut, vt rectius loquar, biliosi ſanguinis cutis rubore, aut tumore effloreſcit, ac huiuſmodi affectionem generat: & longe aliter, cum ex alia interna aut externa occaſione is tenuis, ſeu bilioſus ſanguis (licet non plurimum abundet) intra venas efferueſcit, reliquis humoribus in natiua diſpoſitione manentibus, aut ſolum leuiter alteratis: & rurſus longe diuerſo modo, cum hi cutis rubores & inflammationes, cum tumore aut ſecus, per aliquam corporis partem ſolent apparere. Namq; ſi *prima* modo res inceperit, proculdubio & ſanguinem mittes, & tranſacto expulſionis impetu, purgabis, curans nullis topicis auxiliis partem, neq; præcauere, neque curare: timore n. plenum eſt, eriſypela foris vi refrigerantium ac repellentiũ recurrere: ſat enim tibi erit, diſcuſſoriis, vt *aqua* aut *vino* modice calidis, partem fouere; & intus bilem temperantibus compeſcere: non tamen admodum frigidis, ne intus condenſati læſuri maius malum machinentur. Cæterum ſi ex ſolo ſanguine, & bilis feruore eriſypelas ortum duxerit, præter id quod neq; opus eſt ſanguinem mittere, aut expurgantibus vti medicamentis, tunc profecto, quod in reliquo eriſypelate denegatur huic præſtare oportebit, nimirum intus feruorem bilis compeſcere ſerapiis, apozematis, & frigidæ potibus cum *ſaccharo roſaceo* & inſuper exterius attemperabis, mollibus tamen & humidis, ac modice frigidis, qualia ſunt, quæ conficiuntur ex *aqua maluarum*, ex *mucilaginibus pſylii*, & *ſeminũ cotoniarum*, *vnguenta roſaceo* admiſtis, aut ſine ipſo. Item oleo ex *ſemine cucurbita*, aut *melonum*, quib. admiſcere poteris aliquid ex modice frigidis, ſed actu temperatis. Verum cum eriſypelas ortum duxerit ex feroci bile perniciose affecta vitio alicuius partis, vel irruerit in caput, aut thoracem, vel partem aliquam principem, quo verearis, ne ſua feritate membrum aut corpus vniuerſum perdat: hoc opus, hic labor eſt. Tunc profecto coniectandum erit, non eſſe cunctandum ea auxilia adhibenda eſſe, quæ turgentibus humoribus, aut his, qui incoctibiles ſunt, & nullam gratiam poſſunt à natura vel ab arte recipere, proficua ſunt, potius quam permittere, ægrum in ſummum periculum peruenire. Quo ſic conſiderato, mox à ſanguinis miſſionibus, & purgatione pleniori, his vteris purgatiunculis, quæ vim habeant iecur repurgare à vitioſis recrementis, quibus amplius ipſummet intemperatur, & indies vberiorem vitioſæ bilis copiam generat. Quapropter ſtillaticam aquam parabis ex lingua *ceruina agrimonia, adianta, cichorio lupulo & borragine*, & in ℥. xi. eius infundes *rhebarbari* electiſſimi ʒ. iij. *pulpa ſeminum carthami* ℥. i. & poſt noctem facta colatura addes ſucci *cichorii*, *ceraſorum acrium*, & *pomorum dulcium*, & cum *ſacchara* ſerapium parabis, cuius ad vncias tres porrigere poteris quarto quoque die & inter vnam & aliam purgatiunculam, laboranti porriges *tabellam*, aut bolum factum ex *conſerua roſarum*, & *florum borraginis*, cum pulueribus *electarii de gemmis*, aut *diamargaritum*, & de *iecore lupi preparata*. Vel conficies iulepum ex prædicta aqua ſtillatica, & ſyrupo acetoſæ, ac cichorii, cum electario de *hyacinto*, ſine *croco*, & *confectione Alchermes* in ligatura. Sed non minoris momenti erit, iecoris regionem inungere *vnguento roſaceo*, aut *oleo roſaceo*, loto *aqua cichorii*, cum *guttulis aceti*, & pulueribus *ſantalorum omnium*. Eſt inſuper mirabilis efficaciæ ſuperponere linteum madidum ſucco *cichorii* clarificato cum modico ſucco *abſynthii*, aut aqua eius. Conficies etiam vnguentum ex ſucco *apii*, & pulueribus *ſantalorum* & *caparrarum*, & facta horum expreſſione, addes *olei roſarum & cera*, q. s. vt fiat vnguentum. *Eriſipelatis ex vbertate flauæ bilis curatio.* *2. Ex ſolo ſanguine & bile feruente.* *3. Ex feroci bile affecto vitio partis.* *Aqua ſtillatitia.*

10 Placet hac in parte referre, quæ non raro in huiuſmodi eriſypelate conſpeximus, nimirum, non ſolum membrum mandans, vbi germen viget, eſſe prauo intemperamento affectum, ſed etiam recipientes eriſypelata partes adeo facto & habituali ac fœdo intemperamento affici, quod adhuc ceſſante malo, plurimis annis in vna aut altera parte remaneat puſtula adeo mali moris, quod neque curari, aut à parte auferri poſſit: ſed vna diſciſſa, altera deterioris conditionis denuo pullulet, ita pertinacis & peſſimæ conditionis & aſpectus, quod parum abeſt, quin lepram æmularetur, aut videatur eius præludium: quod profecto in chariſſima mihi conſanguinea diligenter conſideraui, eo quod vſque ad mortem nunquam potuerim ſufficiens præſidium præſtare. Quo conieci, non fuiſſe ex toto liberum iecur à prædicto germine; & naſum, vbi maxime inualuit eriſypelas, adeo fuiſſe intemperatum, quod vel ex tranſmiſſo à iecore ſucco, vel ex alimento proprio, veluti *noli me tangere*, puſtulam deprauatiſſimæ conditionis germinaret. Quapropter, ac etiam conſiderans, ſeſe naturam à maioribus *Puſtula mali moris ex eriſypelate remanens interdum.*

malis

malis ea puſtula erueret, permiſi ſine auxiliis fœditatem pati, magis quam eis ex acerbato malo in grauius periculum naſum deducere, quia id proculdubio minabatur. Sic profecto conſulo in huiuſmodi eriſypelate maximam adhibere diligentiam, quia aut lethalis efficitur, aut in membri mutilationem vel grande malum commigrat.

De viro quodam patiente iecoris calidam intemperiem, cum ventris frigiditate, & principio hypochondriacæ affectionis.

CONSVLTATIO XXIX.

DIDACVS à Caruaial ciuis Hiſpalenſis, poſt legationem, quam fecerat in Germaniam, ad nos mille affectionib. afflictus peruenit: nam præter id quod eſſet quinquaginta annorum, erat biliosæ temperaturæ, cum tenuiſſimo ſanguine ex iecore calido, ventre ob id minus probe ſuum coctionis munus exequente, cum calidiſſimo capite, ac frequenti eius dolore grauatiuo, & aliquando cum ſanguinis ſtillicidio ex naribus: à quo parum leuabatur, ac ſæpe paraſinanche, aut defluxione à capite infeſtato, cum principio hypochondriacæ affectionis. A quib. profecto malis, neq; ſanguinis miſſione, neq; expurgantib. pharmacis, neq; topicis auxiliis quidquam liber erat, ſed indies in deterius decidebat. 1

Primo profecto, in re adeo importuna, & quæ nullis cedebat auxiliis, diligenter curaui inquirere, *quæ eſſet cauſa huius difficultatis in curatione, & quale eſſet principium horum omnium accidentium: an vnumquodque per ſe haberet ſeparatam cauſam*: quibus habitis, diligenter curaui vitam & præſidia inſtituere. 2

Circa primum comperimus, principium horum malorum ab calido iecore originari; quod ſane non ob id, quod plurimum ſanguinem generaſſet (vt Medici decepti frequenti eius fluxione ex naribus arbitrabantur) ſed eo quod tenuiſſimum, biliosum & de facili ad ſuperiores partes mobilem generaſſet. Quo factum erat, vt caput leuiſſimis aut nullis occaſionibus aſcendiſſet, doloremque & fluxum è naribus concitaret, tum etiam quia laborans erat capite calidiſſimo, & acuto ſenſu prædito. Quo etiam conſtabat, ventriculum orbari debito calore, & ob id non poſſe probe conficere alimenta, & cruditatibus abundare: quib. ad meſereon deſcendentibus (& forſan citius iuſto) iecoris calidi vicinia incaleſcebant & vrebantur, atque cum diu ibidem immorarentur, in melancholiæ naturam commigrabant, & hypochondriaca concitabant accidentia: & inſuper euaporantes ad caput, ſimul cum ſanguine, ad guttur & fauces recurrebant, & paraſinanché frequentiſſime concitabant. Quo diſcurſu diligenter conſiderato, comperimus, malorum omnium iecur eſſe cauſam & principium, iuuante læſo etiam ventre, & conſentiente capite, ob facilitatem recipiendi, & impotentiam conficiendi. Inſuper cognita ſanguinis natura & tenuitate, certo ſtatuimus, frequentes ſanguinis miſſiones potius lædere, quam quod potuiſſent iuuare: quia hæc mala & fluxus ſanguinis narium, non erant quod abundaret, ſed eo quod tenuis eſſet ſubſtantiæ, & facile in eas partes aſcenderet: & ſic caput & ventriculus imbecillitatem maiorem contrahebant, quouis ſanguine miſſo, & iecur nihil leuabatur; atq; increſcebat hypochondriacus affectus, licet (vt mihi retulit) dum minoris eſſet ætatis, per aliquot dies leuaretur, & deinceps tanto minus, quanto ætate erat maior. Et ob id melius ſe habebat purgante pharmaco bilem ducente exhibito, quam vena ſciſſa, licet nil horum ſufficeret, quo leuamen ſuſcepiſſet vllo auxiliorum genere. Solo enim potu frigidæ leuabatur ab importuniſſima ſiti: ſed mox de ventre conquerebatur, & à cibo moleſtiam perſentiebat, & biliosis vomitib. ſponte concitatis miteſcebant aliquo modo accidentia, ſicut dum ſanguis mittebatur, breuiſſimo tempore referebat ſe leuari: cæterum mox ad calorem, ſitim & amarorem oris redibat. Quibus diligenter animaduerſis, conieci euacuatis calidis & vrentibus ſuccis, qui magis in remiſſione caloris, quam copia ſubſtantiæ peccabant, aliquo modo leuari laborantem, ſed mox eadem accidentia recurrere, quia iecur ſemper ſimili intemperie affectus producebat humores, & ventrem pari modo ex euacuatione, neque leuari ſufficienter à crudorum & vſtorum conditione, neque ab euacuatione illorum in ſeſe redire, ſed mox eiſdem accidentibus laborans torquebatur. 3

Ex his omnibus certior factus curationem diuiſi in quatuor potiſſimas partes: quarum prima in *vita & victus debita inſtitutione ſita exiſtit, vt quæ omnibus affectionibus, cauſis, & accidentibus ſimul proſicua ſit*: ſecunda verſatur circa *iecoris prouidentiam & reductionem ad meliorem ſtatum*, quod eſt potiſſimum huius affectionis principium: tertia prouidentiam præſtat & curationem *ventriculi & meſereo per auxilia quæ deobſtructionem & euacuationem crudorum quæ ibidem incaleſcunt & vruntur, moliri poſſint*: quarta ſita eſt *in capitis & viſcerum roboratione, ſed maxime per diſtractionem ſanguinis & vaporis aſcendentis ad caput*. 4

Vitæ & victus ratio pro contemperando iecore.

Circa primum, in quo de vitæ & victus inſtitutione polliciti ſumus agere, ſciendum eſt, quod cum in huiuſmodi habitualibus & contrariis affectionibus præcipua curandi ratio, ſit prædicta victus ratio (vtpote ſine qua nihil eorum quæ adhibemus, vtile aut proficuum erit) ob id diligenter id beneficium tractare incumbit, tantoque magis, quanto conſtiterit ex præcedentis vitæ erratis, hæc mala traxiſſe principium. Quapropter, cum certiſſimum ſit, feruido & tenui ſanguine corpus torqueri, & cum ſemper iecur eodē vitio infectum generet, ea eſt victus ratio inſtituenda; quæ non refrigeret iecur qualitatiue & vtcunque, ſed diligenter curandū eſt eius ſubſtantiā temperatiorem efficere: cum ea ſit,

qua

qua facultas ſanguinem generat, ſicut qualitatibus, & eadem reliquos humores, *vt latius alibi diſſerui eſt.* Quo fit, vt Medici nitentes iecur calidum reparare frigidis indiſtincte adhibitis, in contrarium & deteriorem ſtatum ducunt laborantem, ſanguine ſuperſtite in vitio tenuitatis ad aquoſam naturam vergente.

6 Sic alimenta, præter id quod frigida non licet porrigere, neceſſum eſt eſſe temperatæ naturæ & conditionis, aut talia efficere per admixtionem & condituram. Inſuper neceſſum eſt prædicta alimenta nõ eſſe tenuis ſubſtantiæ, ſed mediocris, quo difficilius vertantur in bilioſam conditionem & ſerosum ſanguinem. Verum ſi frigida aliquo modo fuerint, tunc eligenda ſunt, quæ tenuioris ſint ſubſtantiæ: at ſi craſſiora ſint, oportet non eſſe prorſus frigida. Nam his legib. obſeruatis, iecur reparari nem ſuſceptabit moderatiſſima ſubſtantia, ac prorſus contraria præexiſtenti, quod deinceps ſanguinem temperatiorem ſibi & vniuerſo corpori generabit.

7 Alimenta vero quæ has conditiones complent, ſunt veluti panes iuuenculæ nutrix [illegible] farina hordei admixta foliis decoctis, ex *lactuca, ſcariola, cichorio, portulaca & borragine*, & quo facilius alimenta permeent ad viſcera, admiſcere oportet folia *cardui comeſtibilis* decocta & minutiſſime ſciſſa. Aues vero ſint pulli *gallinarum, turtures, perdices, aut pulli gallinarum Indarum*, quæ non excedant ætate ſex menſes. Poſſumus etiam alias nutrire *lacte caprino, aut ouilo, & farina hordei*: alias inſuper cum furfure non plurimum depurato, & addito ſero lactis: aut conficies pilas ex *farina tritica*, & decoctione *agrimoniæ ac lupulorum*. Aqua cibatione non excludimus carnes *arietinas aut vituli*, præſertim ſi pane *hordeacco, borragine, acetoſa aut lactuca* alantur. Proſunt & cuniculi domeſtici, & pulli *columbarum*, præſertim ſi coquantur: ac ſi aſſis vti velis, ſumat laborans in alimentum internam carnis partem, non extimam & veluti exuſtam. Vti etiam poteris iure ex decocto prædictarum carnium, maxime ſi eliquata cum fruſtulis *pomorum dulcium cum cichorio & ſcariola*, & ſimilibus. Et maximæ vtilitatis iura efficies, ſi repleueris ventrem prædictarum auium farte probe cocto, *carne ranarum, aut teſtudinum* cum prædictis herbis, *acetoſa & agreſta*, & ſimilibus.

8 Cœna paretur *ex pulli carne, ex ouis ſorbilibus* ex prædictis herbis decoctis, & etiam *ex piris, & pomis* aſſis, ita vt omnium ſit modica quantitas: nec renuo carnem *perdicis, aut cuniculi* parui in cœna.

9 In potu vero laudo *aquam decoctam coriandro preparato*, vel *foliis agrimoniæ, vel roſarum ſiccarum, ac cichorij*, quæ omnia ſaccharo condita, diu poſſunt adiectari. In hac etenim affectione prorſus vinum interdicere inſtitui, ac ſi quando vſus fuerit, ſit ſummopere dilutum & rubrum.

10 Quatenus pertinet ad exercitia, ſint moderatiſſima, lente, paulatim & per interualla vnius diei aut duorum facta: non enim tolerat calidum iecur vehemens aut diuturnum & laborioſum exercitium: neque mox à ſumptione alimenti factum, neque admittit lectionem, aut ſcripturam ſupra prandium vel cœnam, facile enim tenuis ſanguis ad ſuperiora repit, ſicut contingit in ira, & animi vehementibus exacerbationibus. Cauere tamen oportet à nimia Venere, ſpiritus autem & tenuis ſanguis facillime diſſipantur. *Exercitium.*

11 Quod ſi velis alia cibaria effingere ex dictis, poteris, maxime ſi præbueris colatam pryſanam confectam aliquo ex prædictis iuribus, vel feceris ius album ex carne prædictarum auium, & carnis ranarum aut teſtudinum.

12 Circa ſecundum quod efficiendum propoſuimus, tanquam principale & potiſſimum arbitror, iecur ad ſalubriorem ſtatum reducere: circa quod multa conſiderauimus quæ neceſſaria videbantur. Namq; opus erat iecur attemperare, idq; non ſolum refrigerantibus, ſed his quæ eius ſubſtantiam in temperatiorem reducerent, quod maioris eſt momenti: nam ſola perfrigeratio tantũ iecori in ſeſe calido conuenire pot. non habitualiter calido: quippe ſi iecur vel plurimum refrigeres, ſiue in habitu ſit calidum, ſiue in diſpoſitione) certum eſt, facillime eius innatum calorem infirmari, quo in malum corporis habitum ocyſſime corpus mutatur: & ob id opus eſt magna prudentia, & exacta menſura id opus aggredi, ſi velis voti compos euadere. Præter id in iecoris attemperatione conſiderare etiam oportet, an intemperies nuda ſit, ac in ſolida eius ſubſtantia ſita, vel in aliquo excremento, aut humore bilioſo calido, vel vſto in eius corpore, aut vaſis inſarto cuius vicinia conſpurcatur omne alimentum, ſeu omnis chyloſa ſubſtantia ad ipſum permeans, qua ſanguis & reliqui ſucci fieri debent: nam tunc certiſſimum eſt, ex praua illa natura & conditione omnes produci, & fieri inſignitos, niſi prius prædictos ſuccos abſterſeris, repurgaueris, & foras eduxeris, quo ſubſtantia iecoris libere ſanguinem poſſit laudabilem generare. Sed ante omnia (cum vulgatum ſit, mox in calido iecoris intemperamento ſanguinem mittere) conſiderare oportebit, an tuto citra maiorem conſiderationem id fieri poſſit ſemper, & vtcunque: Namq; cum ſanguis ſolũ mittatur legaliter, vbi abundat, vbi feruidus eſt, & vbi, quo non oportet vergit, proculdubio neceſſium eſt conſiderare diligenter, vtrũ horum ſit in noſtro laborante, & quid agere oporteat in quouis alio, qui iecoris calida intẽperie moleſtetur: vel ſit in aliquo aliquid quod id prorſus interdicat, remoretur, metiatur, ac alio modo tenuat. In qua re ſciendum eſt, quod in fœminis quibus vel aliqua ſanguinis euacuatio ſuppreſſa eſt, vel diminutius fluat ſolito, aut prorſus ſuppr[illegible] & mox iecur calidum appareat, tunc profecto ante reuocationem ſuppreſſæ euacuationis ſanguis mittendus eſt, tantus quidẽ, quantus ſit ſatis vt reuocari poſſit ſuppreſſa euacuatio, aut copiæ ſuppreſſi ſanguinis correſpondeat. Verũ ſi affectio inueterata ſit, & natura prorſus deſtitit ab illis euacuationibus, non diſplicebit per interualla Vere & Autumno ſanguinem mittere, tanto quidem moderatius, quanto affectio fuerit vetuſtior. Sic quoq; in viris licet conſulere: cæterum in vtriſq; ſi per interualla ex ſanguine apparuerit aliquis affectus, eiuacatione ſanguinem mittes. In quo opere ſtatuendum eſt, quod neque ſemper, neque in leuibus affectionibus, neque in plurimum conſuetis protinus ſanguis mittendus eſt.

Iecur quibus ad ſalubriorem ſtatum reducatur.

Sanguinis miſſio [illegible]

dus eſt

dus eſt: nam hæ affectiones vna è duab. rationibus ſuccreſcunt, nimirum aut quia ſanguis ſupra naturæ vires abundat, quo tempore ſanguinem mittes, parce tamen & per interualla: aut quia ſanguis ſubtilis, tenuis & mobilis, ac feruidus exiſtit, vt contingit pleriſque iecur calidum habentibus in facie ruborem apparere & capitis pulſationes, ac tinnitus aurium: tunc profecto diſtrahere ſanguinem & euocare ad inferiora oportet, ac ipſum ſerapiis & potionibus incraſſare & firmare; nec non cucurbitulis ac frictionibus diſcutere, potius quam ſanguinis miſſione, nam ex hoc præſidio, quauis occaſione exhibito, iecoris vires magis labuntur, quam malum ſubinde ſubſideat: quinimo frequentius ſolet ſuccreſcere, quia retentrix natura minus poteſt continere, quod vel tenue & aquoſæ ſubſtantiæ eſt, aut feruidum. Sic profecto in noſtro laborante conſuluimus, & temperatior ſine ſanguinis euacuatione robuſtiore actua moliebatur natura, ac magis reſiſtebat motibus tenuis ſanguinis & eius inſultibus. Pro Deum immortalem, quot hominum ſortes e calida hac iecoris intemperantia, & ea ignoratione [illegible]ius præcepti ſanguine inconſiderate miſſo, in malum corporis habitum, & in immedicabilem melancholiam & hydropem deuenarunt?

Qualiter vero ſit in his purgandum, qua prudentia & præmeditatione, mox leges, nam prius incumbit, alia quę maioris momenti ſunt, prælibare, quorum primum ſit iecoris prouidentia & curatio, nec non & partium vicinarum iuxta cuiuſque affectionem & indigentiam.

Iecoris curatio. Sint itaq; præſidia, quæ huic magnæ & mirabili reductioni iecoris ad ſaniorem ſtatum neceſſaria ſunt, frigida, cæterum moderata frigiditate, abſtergentia, & infarctu liberantia iecur, atq; deobſtruentia: & inſuper (quod principalius eſt) meliorem & familiariorem ipſi ſubſtantiam præſtantia. Præterea id cauendum eſt, ne eiſdem ventriculi intemperantia, quæ frigida eſt, vlterius vitietur: cum primo acceſſu in his videatur calfactoria fore proficua: in quo etiam non deeſt ſua peculiaris conſideratio: nam ſæpe fallimur ſub ſpecie eruditatis, & calfacientes ventriculum, longe magis incrudamus, vt in ſecunda parte huius curationis latius explicatum reperies. Quod ſpero multis fore vtiliſſimum, cum conſtet ea frigidorum acceſſo longe melius alimenta conficere, & pon b. frigidis laborante gaudere.

Serapium purgans pro intemperan- do iecore. Ad rem igitur redeuntes, curandum eſt in ſic affectis, vt nos in præſenti laborante iuſſimus, non pluribus auxiliis laborantes torquere, ſed vno, quod omnem indicationem, quantum poſſibile fuerit compleat, id munus exequi: ſaltem leui ipſius mutatione, aut additione facta. Sic profecto huic elaboranti ſummopere profuit per vices purgare, hoc ſerapio quod recipit *ſucci cichorij, lupulorum, borraginis, & ſyrupi de duabus radicibus ſine aceto, ana* ℥.v. infunde *epithymi* ℥.iij. *florum cordialium, ana p. ij.* & leniter bulliant vaſe cooperto, & inſtillentur in duplici vaſe. Et huius inſtillationis accipe lib. j. ß. & infunde *pulpæ ſeminis carthami* ℥.iij. *foliorum ſenæ* ℥.ij. *rhabarbari electi puluerizati & ligati* ℥.v. & poſt noctem exprimantur & colentur leuiſſime, aut ſi preſſius voluatis exprimere, abiiciatur poſt quatuor horas reſidentia, & adde *ſucci pomorum dulcium, & cichorii ana* ℥.iiij. *borraginis* ℥ ij. ß. *& cum ſaccharo* fiat ſerapium. A quo hordeatum conficere poteris, quod capiat ſummo mane: Recipe *hordei mundi* ℥. iij. *amygdalarum infuſarum in aqua roſarum* ℥. ij. *ſeminis melonum, & papaueris albi, ana* ʒ. fiat horum emulſio in aqua hordei, ad lib. ß.

Hordeatum. cui adde *iuleps roſati* ℥ j. miſce leni purgatione præmiſſa. Conficies ad veram curationem aliud ſerapium, hac lege. Excipe *ſeri caprini libr. ß ſucci linguæ ceruinæ, cichorij, borraginis & eupatorij & acetoſæ ana* ℥ iiij *radicum ſcorzonera, rumicis & graminis ana* ℥ iij expurgatis ab omni recremento radices, & contundantur, & adde conterendo *capillorum veneris* ℥ iii. ß. *aquarum ceraſorum, & tiliæ,* ana ℥.vi. maceratur omnia, & in duplici vaſe, aut in vapore inſtillentur. Et huius inſtillationis ſume lib. j. & adde *ſucci lupulorum, eupatorii & pomorum dulcium ana* ℥. iiii. & cum ſaccharo fiat ſerapium; & interim dum fit, adde in ligatura *confectionis Alchermes, & de hyacinto ana* ℥ ſ. *pulueris aniſi, aut cinnamomi, vel corticum citri* ℥.j huius autem ſerapii porrigere poteris ℥.ij. quib. addes prædictæ inſtillationis ℥.j. eoq; vteris quindecim diebus. Tamen tranſactis octo diebus, addes huic ſyrupo *rhabarbari electi* ℈.ij. quos confundes in vnciis duab. prædictæ inſtillationis & præbe: ac idem facies decimo quinto die. Quod ſi placuerit per ſpatio prædictorum quindecim dierum idem medicamentum repurgans, ſummopere iuuabit: præſertim in fœminis quæ intemperanter viuunt, ſi clyſmatis prius vtaris, & his diebus tranſactis, & in eiſdem admiſcere curaueris huius diſtillationis modicum in omni alimento, & in iuſculis admiſceri, quo mirabiliter noſter laborans recreabatur, & maximum attemperamentum perſentiebat. Cęterum perſeuerante intemperamento (verum non ſufficienter) inſtitui iterum prædictam inſtillationem facere ſemotis radicibus, & loco eorum additis quatuor *conſeruarum cordialium ana* ℥.iij. quo gratius & vtilius ſerapium cófecimus, & iuſſi noctu, cum laborans iret dormitum, illi præſtare huius inſtillationis ℥. iij. quo ſomnum conciliabat, & attemperatis capite & iecore minus ſitiebat, & ſomno placido recreabatur. Præterea ſingulis menſib. ad minus inſtitui *rhabarbaro,* modo prædicto exhibito, aut *lacte ſeminis carthami, vel infuſione ſenæ* extracta in eadem inſtillatione, recrementa iecoris cum rhabarbaro, ventriculi cum *lacte carthami,* & meſaraeI cum *infuſione ſenæ* corpus mundare, & triginta diebus præteritis me contuli ad tertiam indicationem in reparando iecore.

Serapium pro ſubſtantiæ reparatione. Diximus aũt ſuperius, auxilia debere præter attemperationem poſſe præſtare antiquæ ſubſtantiæ reparationé alimentoſo beneficio præſtito. Cui vſui ſerapium, & inſtillationem hoc modo parauimus. Excipe tres *pullos,* ab omni ſpurcitia mũdatos, & eorũ ventres reple ea farre probe cocto ſicut paratur ad eſum, & quantũ capere poſſint: & adde *carnis ranarũ & teſtudinis nemoris, ana* ℥.vi. *piſcium paruorum* ℥.iii. *foliorum capillorum veneris, m.iii. foliorum borraginis, & linguæ ceruinæ, ana m. ii. pomorum dulcium num. vi.* mundantur ab interaneis le[illegible] cortice, & in ſufficienti quantitate aquæ coquãtur ad medietaté vaſe cooperto: & adde *ſeri lactis* [illegible]x *ſucci eupatorii, cichorii, & borraginis ana* ℥.iiij. item *conſeruarum cordialium & capillorum veneris, ana* ℥.ſ. ß. ſic omnia ſimul excipiantur in alembico vitreo, & adde in ligatura *confectionis*

Alcher-

Alchermes & de hyacintho ana ℨ. ij. pulueris aniſi, aut cinnamomi ℨ. ß. aquæ dia, & ceraſorum ana ℥. iiij. & omnia ſimul inſtillentur in duplici vaſe, aut per vaporem. Ex qua mirabili aqua vſus fui mane, & in obſoniis in prandio & cœna, & potiſſimum ex ea confecimus ſerapium cum ſucco pomorum, & cichorii, quod ſummo mane ſumpſit plurimis diebus laborans, magno cum beneficio, præſertim in ſiti, & in ſomno, & in calore & dolore capitis, quem perpetuo perſentiebat.

17 Neque in hac curatione placuit vnquam externis auxiliis vti: nam perſuaſum mihi habeo, non ſemper prodeſſe, ſed ſolum cum ſiens calor ex aliqua intemperie nuda proficiſcitur. Nam ſi ex humore ibidem incluſo atq; inculcato prodit, ſummopere externa refrigerantia lædere comperimus, & longe magis cum habitualis exiſtit & inueteratus. Quippe in vtroq; caſu ad interiora recurrit, & plus vrit, aut iecur obſtruit, ac impedit quominus cuſporet, clauſis poris cutis: præterquam quod adhuc in his qui ſientem habent, niſi corpus prius ſufficienter purges, nihil magis proderit inunctio aut fomentum. Quapropter conſulo, vt ſi quando vinueuerit præcepto alicuius ſcriptorum, aut meo, externus iecur attemperare, prædictis fiat conditionibus: nam extra ipſas, nulli dubium eſt, vel nihil prodeſſe, vel malum adaugere, vel ſcirrhoſas, aut induratas mouere obſtructiones. Verum ſi placuerit etiam exterius aliquid apponere, quod vnctuoſum ſit, id ſemper admiſcero aliquo oleo tenuis ſubſtantiæ, vt *amygdalarum dulcium, vel ſeſamino* in parua quantitate: at ſi maiorem ſtudueris penetrationem præſtare; inunctioni adde *aceti roſarum* guttulas, aut abluе aceto eandem inunctionem, vel potatis aqua *roſarũ, cichorii, eupatorii, & adianti* cum guttulis *aceti* partem abluere; vel additis *vini guttulis*: aut ſi placuerit amplius refrigerare, aliquid *omphacy* addes, aut *plantaginis* & ſimilium. Reliqua vero inflammato iecori potius, quam calfacto cenſeo profutura, maxime quæ ad emplaſtri formam raducuntur, aut ex ſe emplaſtrica & poros obturantia ſunt. *Externa auxilia iecori calfacto non ſemper proſunt.*

18 Circa ſecundum de ventriculi & meſeræi prouidentia, expende, ventriculum perfrigerari, & ſubinde praue aut diminute cibos conficere, vno è quatuor modis. *Primo*, imminuta in eo calida innata ſubſtantia, vt in hecticis & extenuatis comperimus. *Secundò*, cum calor actualis, vel diſſipatur, & maioris caloris præſentia diſtrahitur. *Tertio*, cum à maiori calore conſumpitur: & *quarto* cum poſitiua frigiditate male afficitur, qua calor innatus & influens imminuitur, aut frigidior redditur vterque aut alter, quo ſubſidio membrorum circumſtantium, & eorum calore ac beneficio deſtituitur. Quibus conſideratis, ſciſcitari oportet, quo prædictorum modorum calor langueſcat, ne ob ignorationem huius diſtinctionis laborantes ſalutem recuperare non poſſint, maxime qui ſimul membrorum cõtraoperantia laborant: quod ſi diligenter conſideraueris, ſcito te multum in hac re graui, difficili & periculoſa profuturum. Sic imminutam ſubſtantiam ventriculi calidam ſi perſenſeris, ad auxilia, quæ ſcripſimus capite de *hectica febre, de maraſmo, & tabitudine*, confugies, cum cauſa illa non ſit huius loci & laborantis. Verum ſi compereris ex cauſa impenſa refrigerante ventrem refrigerari, aut frigiditatem contraxiſſe, præſidia reperies capite de *ventriculi intemperie*. At ſi ex calore iecoris ventrem calore orbari tibi conſtiterit, tunc conſidera, an id fiat euocante iecoris calore ad ſe calorem ventriculi: vel quod ipſum ſua ſponte diſſipet ac diſperdat. Vtrunq; vero cognoſces, & diſtingues, quia in his, quæ calorem ventris ad iecus alliciunt, licet venter calore deſtituatur, nuſquam tamen in meſeræo quidquam aduritur, neq; incaleſcit: nam omnem calorem ſibi arrogat, & cunctas partes eo orbari cogit; & inſuper cognoſces, quia quo magis venter frigeſcit, & minus coquit, eo iecur magis exæſtuat, aduritur, ſitit & amareſcit os. Cæterum ſi venter refrigeratur, quia iecoris calor calorẽ eius diſſipat, plerunq; nidoroſis ructibus infeſtatur homo, & quæ in meſereo ſunt cruditates, incaleſcunt, vriuntur, & in conſinio atræbilis ponuntur, aut ſaltem melancholiam æmulantur. Huius naturæ fuit noſtri laborantis vitium in ventre, ex quo meſereon plurimum patiebatur, & palpitationes cordis & melancholica accidentia, atq; ferè ſemper perpetua ſebricula infeſtabatur. *Ventriculus praue aut diminute cibos conficit quatuor modis.*

19 In quibus affectionibus curandis primo conſiderabis, an ante attemperantia & firmantia ventrem, opus ſit ſanguinem mittere, aut expurganti medicamento vti, & quando, & quantum & quomodo. Hoc profecto dixerim, non quod opus ſit in frigido ventriculo ſanguinem mittere, ſed quod etiam ſi frigeat, febriculaque appareat, calor qui in meſereo perſentitur, ob ... ructo, quia tactu cognoſcitur, & palpitatio quæ in corde elucet, Medicos vel fallunt, vel aliquo modo videntur cogere id remedium tentare: non quidem ſine magno laborantium malo, ac ſine Medicorum dedecore. Quapropter id ſtudui diligenter conſiderare. In quare ſtatuendum iudico, febrem illam nulla ratione eſſe ex his quę ſanguinis miſſionem expoſtulant. Nam cum non ex copia ſanguinis, aut alterius ſucci prodeat, detractionem nõ expoſtulat ſanguinis, quantumuis ex vſtione aut conculcatione cruditatum vitarium & obſtructione illatum partiũ prodeat: niſi febris creuerit ex ſuppreſſione alicuius euacuationis, præſertim ſanguinis: aut augmentum fuerit ineunte Vere, vel ex noua vſtione initio Autumni: tunc enim caute & parce, ne malum in aliud commutetur, fundere ſanguinem oportebit. Neque ruſus, licet præſint & reuertantur cordis palpitationes, protinus ſanguis eſt mittendus, niſi cum ex eadem ſuppreſſa ſanguinis euacuatione & vbertate: & tunc quidem parciſſime, & eadem conſideratione præh... Certum enim eſt, in iis qui iecore ſunt calido & meſereo obſtructo vſtis humoribus palpitatione oriri ex flatibus inde elatis: quib. ſubuenire ſanguine miſſo ſummum eſt ignorantiæ genus & l... maximo exponitur periculo, ne animo delinquat, aut ſyncope corripiatur: ſatius enim erit, vel fr... vaporum aſcenſus compeſcere, vel diſcutientibus auxiliis reſoluere, vt mox leges. At quatenus ad p...gationem attinet adde obſtructionem maſeral, & abſterſionem & purgationem vſtorum, multa c...ſiderare tibi eſt opus. *Ventriculi affectiones qualiter curanda.* *Sanguinis miſſio.*

20 In qua re monitum velim lectorem, frequentiſſimum eſſe apud pleroſque Medicorum, hu...

Hypochondriacæ affectiones qualiter purgandæ.

modi hypochondriacas affectiones purgare pilulis ex *hiera*, *aloe*, *maſtychinis*, & ſimilibus, aut quæ maioris ſunt efficaciæ, decepti grauiſſimorum autorum præceptis, qui eis vtuntur in frigidis & crudis ventriculi affectionibus, credentes id ſimiliter poſſe fieri, vbi viſcera calore exæſtuant, & ibidem exuſti præſunt humores: quod profecto faciunt non ſine magno laborantium incommodo. In qua re ſtatuendum & conſiderandum eſt, an cruditates adhuc crudæ ſuperſint, an vſtionem & incendium ſubierint. Nam ſi crudæ ſint, mirum in modum ventriculi, & meſeræo prodeſſe poſſunt, maxime ſi *agarici*, *turpeti*, *epithymi*, & *polypody* aliquid miſcueris: id quod facies, vt capite, *de ventriculi frigiditate* latius ſcriptum reperies. Verum ſi cruditates iam vſtionem patiuntur, febricula aloceat, & nidoroſum, aut vſtum & fuliginoſum quid eructent laborantes, cauendum prorſus erit ab his medicamentis, aut quam pauciſſimum eorum aliis commodioribus admiſcebis. Maiorem enim vſtionem mouere, & calorem in iecore comperies, ac ſitim excitare & oris amaritudinem. Quapropter aliis, & alio modo purgandum tibi erit, vt nos in noſtro laborante fecimus, quo facilem conſequuti fuimus finem.

Quippe præſtitimus primo aquam extractam ex conſerua *roſarum Perſicarum*: nam proiectis trib. vnciis eius in octo aquæ *ſchorcionera aut ceraſorum*, vel alterius fluminis aut fontis, nimirum per noctem, & mane facta colatura citra expreſſionem, ſumptis quinq; vnciis temperant, purgant, & ſine moleſtia ſuum opus perficiunt. Prodeſt & ſyrupus Regius, dos trium vnciarum cum *duabus ſeri lactis*, aut totidem 21

Serapium.

aquæ prædictæ ex infuſione *conſerua roſarum*. Eiuſdem efficaciæ eſt ſyrupus ex *infuſionibus violarum, cum decocto pugini, aut cum infuſo rhabarbari in eadem aqua*. Prodeſt ſerû lactis cum *infuſione ſena*, ſed maxime *rhabarbari*, aut ipſum rhabarbarum maſticare. Eſt tamen magni conſilij opus, os purgare paulatim ſerapio noſtro, qui recipit *prædicta aqua ex infuſionibus prædicta conſerua* ℥.1. *adde foliorum ſena*, & *pulpæ ſeminum carthami, ana* ℥.ij. bulliant & colentur, & adde liquoris ex *nouem infuſionibus violarum* ℥.vi. *ſucci pomorum dulcium*, & *roſarum Perſicarum ana* ℥.iiij. cum ſaccharo fiat ſerapium, cuius vncias duas ſen. el in hebdomadâ, aut bis in menſe porrigere potes.

Serapium pro obſtructione meſaræi.

Quibus ſic factis, prouidendum eſt his partibus ventri nimirum & meſeræo, duobus modis: vno, curans diligenter obſtructiones earum partium aperire: & mox diſcuſſis humoribus ibidem impactis, ac reſeratis viis, quo facilius medicamenta purgatoria ſuum munus exequantur. Primum profecto facies aliquo ex ſupra ſcriptis ſerapiis, mirum enim in modum id præſtat munus; ſed ſpecialius meſeræon ab infarctu liberabis ſerapio quod recipit *ſyrupi capillorum veneris*, *cichorij*, *de eupatorio de viſantiis*, & *de duabus radicibus*, & *de quinque ſine aceto*, *ana vncias iiij. ſeri lactis* ℥. x ij. *aquæ graminis*, *lupulorum*, *ceraſorum*, & *tiliæ*, *ana* ℥.iiij. ß. *ſucci pomorum dulcium vncias ſex*, miſce & in alembico vitreo ſimul omnia inſtillentur, vapore, aut in duplici vaſe. Ex huius inſtillationis ſume vncias xij. & adde *ſucci lupulorum*, *cichorei*, & *lupulorum* & *eupatorij*, *ana* ℥.iiij. & cum ſaccharo fiat ſerapium. Cui interim dum coquitur, adde in ligatura *quatuor florum cordialium viridium* & *confractorum*, *ana* p. *i. electaru de hyacintho*, & *Alkermes*, *ana* ℥.ij. 22

Opiata.

huius porrige ℥.j. ß. & totidem *aquæ graminis*, *aut lupulorum*, vel eiuſdem inſtillationis; & cum leui exercitio, per aliquot dies hoc modo ſe gerat laborans. Quod ſi non ſufficere videatur, ex vſu erit opiatam efficere ex vnciis octo eiuſdem ſerapij, & drachmis tribus pulueris *diamargariton frigidi*, & *radicis rumicis* & *rubea*, *cum drachmis quinque chalybis ſubtiliter limati*, & *aqua roſacea loti*. Inſuper curabis, in-

Fotus.

terim dum hæc fiunt, hypochondria fouere, cum præualuerit frigiditas in ventriculo & meſaræo, ſpongia madida decocto *chamameli*, *abſynthij*, *roſarum*, *myricæ*, & *caparrorum*: maxime ſi decoctum fiat in vino, aut ſi addideris modicum aquæ vitæ. Verum vbi præualuerit phlogoſis & vſtio, decoctum fiat in aqua cum corticib. *caparrorum myrica*, *epithymi abſynthij*, & *modico chamamelo additu acetiguttalis*. Cæterum experimento fidiſſimo reperio vtiliſſimum eſſe partes has fouere aqua quæ extrahitur per inſtillationem ex ſyrupis *de duabus* & *de quinque radicibus cum aceto*, *de biſantiis*, & *lupulis*. mirum n. in modum partes dilatant, vias reſerant, ad interiora permeant, incidunt & attenuant inſertos ſuccos: maxime ſi in eis coxeris *caparres myricam* & *abſynthium*. At quia plerunque in hac affectione adiungitur ſplenis obſtructio, aut ſcirrhoſa diſpoſitio, quæ nequit ſanguinem à vitiis ſufficienter repurgare, & ea ratione per corpus aut in meſeræo redundant, vel iecur amplius calfaciunt, vel plus ad cor euaporat, aut ad caput longe magis aſcendit, quo maiora & grauiora concitantur accidentia; ſub id illius quoque ediſcere prouidentiam conuenit. Qualiter autem id fieri debeat purgationculis, fomentis, vnctionib. & emplaſtris, proprio capite de ſplene obſtructo latius leges in *Praxi*, præſertim ſi vſus fueris prius hirudinibus, quæ per hæmorrhoides ſanguinem illum fæculentum radicitus & proximius expurgent: eſt profecto vtiliſſima & neceſſaria diſpoſitio illa, quæ corpori comparatur per huiuſmodi euacuationem, ad topica auxilia tuto & vtiliter præſtanda.

Capiti etiam prouidimus in noſtro laborante. Primo, per frictiones, quæ longius euerterent ſanguinem tenuem, per cucurbitas, per crurum lotiones, per balnea totius corporis æſtiuis temporibus, & per vſum ſeri, farris & earum rerum, quæ ſanguinem incraſſant. Præterquam quod capiti adhibuimus ceratum ex *oleo roſaceo*, *omphacino*, ablutis prius *aqua plantaginis*, *aut aceto roſaceo*; quibus mirum in modum leuamen perſentiebat; ſed maxime additis mucilaginibus *cochlearum*, *pſyllij* & *ſeminis citoniorum*. vel appoſito amplaſtro ex eiſdem *cochleis*, vel extracta ex his per inſtillationem aqua, quæ capiti appoſita in linteis madidis, ex vſu plurimum erat. 23

Deco-

De colico dolore, ſpurio & periodico moleſtiſſimo, per viro quodam nobili.

Consvltatio XXIX.

1 D. Stephanvs à Carauaial, vir literis, virtute & nobilitate præclarus, ſingularique prudentia inſignitus, vltra ſexageſimum agebat annum, & cum hic bilioſæ erat temperaturæ modice ad ſanguineam vergentis, cum cerebri calore; & inſuper boni erat habitus, & quadratæ compoſitionis, ac viribus conſtabat robuſtis; qui ea otioſa & ſedentaria vitæ ratione frequentiſſimo patiebatur dolores in coli regione, durantes decem & plures horas; qui poſtea ſubſidebant vomitibus factis, aut clyſtere iniecto: cæterum recurrebant citra ordinem aut ſtatutam periodum, & aliquando cum iecoris & meſerei doloribus, adeo vrgentibus, vt putares, vel iecur, vel ventriculum inflammari, quia ſeſe dolores extêdebant, vſq; ad eam partem, & inſuper cum ictericioſo affectu, ſiti ingenti, febricula & oris amaritudine, ac ciborum faſtidio aut inappetentia. Inſuper hypochondriacis affectionib. miſere premebatur, cum mœrore, triſtitia & cordis anxietate, ac ſæpe cum vomitibus crudorum, & cum ventris excretionibus plerunq; duriſſimis, & tardius excretis, bilioſis & crudis mucoribus admiſtis. Quibus omnib. ita miſere premebatur, quod vitam ageret calamitoſam, & pauciſſimis interualis leuatam. A quib. malis poſt octo menſes, in quibus, multis tentatis præſidiis ſine ſubſidio aut conferentia, ad nos peruenit: & habito cum cæteris Medicis conſilio, ſic de re hac adeo moleſta & difficili iudicanimus.

2 Nimirum multa eſſe, ante auxiliares manus conſideratione digna: Primum, *an dolores illi eſſent verè colici.* Secundum, *an iecur ſimul pateretur, præter calidam intemperiem, obſtructionem aliquam & qualis eſſet natura, ex quatuor quas id viſcus pati ſolet.* Tertium, *an ſit aliqua morboſa contra operantia inter iecur & ventriculum.* Quartum, *quæ ſit cauſa hypochondriacæ affectionis.* Et quintum, *an ex his membris læſis & malis, quæ retulimus, aliquod ſit alterum principium & prima cauſa, vel vnumquodque per ſe habeat ſuas cauſas, & ſuum principium:* quorum omnium meminiſſe ſingulatim oportet.

3 Circa primum, mihi nuſquam dubium fuit, ventris dolores, quamuis (vt ipſe referebat) à medio ventre viderentur principium ſortiri, colicos eſſe. Nam ſi quis rem hanc diligentius cõſideret, reperiet proculdubio, colon inteſtinum, à dextro rene principium ſortiri, & prope iecur, & ad ventriculi fundũ, & circa ſplenem ad ſiniſtrum etiam renem pertingere cincturæ modo, *vt latius ſcripſimus libr. Praxis, cap. de dolore colico.* Quo factum eſt, vt licet in dextra parte, aut in ſiniſtra, vel in medio ventre, dolores ſuboriri, aut vigere videantur, citra dubitationem coniectandum ſit, colicos eſſe: namq; vbicunq; vergant, membrum affectum vnde oriuntur, vnum eſt & idem videlicet colon, ſiue in dextrum, ſiue in ſiniſtrũ, aut in media ventris regione flatus aut humores dolores concitantes immorentur, dolores effecturi ibidem, aut aliunde. Et licet in hoc illuſtri viro plerunq; incipiant à medio ventre, & ſimul pertingant dextram partem, vſq; ad dextrum renem, & aliquando ſiniſtram, prout flatus ſeſe ad alteram aut vtrãque extendebat, originabatur frequentius à media ventris parte, quia excrementa meſerei (quo in loco reſidet) excalfacta, aut commota, vel quouis alio modo male affecta, atq; hypochondriacam gignentia affectionem, ibidem magis immorabantur, & vſtione ac mille aliis vitiis conſputcata prædictos dolores concitabant. In qua etiam conſideratione hoc mihi viſum fuit diligenter ſcrutari, nimirum, colicos dolores duplicis eſſe naturæ quoſdam veros ac legitimos, quorum cauſa intra vaſa ipſius inteſtini coloneiſtens, ad partes ipſas tunicarum eius reſudans, ipſius ſubſtantiam dilacerans & diſrumpens, dolorem, pali infixi inſtar, immanem & crudelem concitat, quem hinc inde ſe mouere non comperimus. Cuius autem doloris colici naturæ & conditionis cenſeo ſapientiſſimis viris eſſe ſcriptum, poſſe in paralyſim mutari; quia facile eſt per eaſdem venulas, per quas dilabitur in ſubſtantiam tunicarum, poſſe recurrere ad maiores, & inde ad neruaceam ſubſtantiam effectum paralyſim: nam altera ſors colici, quæ in cauitate continet humorem, difficulter, ne dicam impoſſibiliter, permeare poteſt ad partes, in quibus paralyſim efficiat. Quoſdam vero ſpurios, quos etiam duplices arbitramur. nam ex his quoſdam colicos *renales* nuncupamus, quia à renibus male affectis principium ſortiuntur (quorum hac in parte meminiſſe non eſt opus) aut dolor renis colicum inteſtinorum eſſe affectum æmulatur: alios vero ſic *ſpurios* appellamus, quorum cauſa in cauitate inteſtini paulatim aggregata, dum nacta eſt quãtitatem & qualitatem ad mouendam & irritandam naturam, dolores prædictos concitat. Cuius naturæ eſt colicus dolor huius illuſtris viri. Nam vt ipſa materia vaga eſt & libera (non vni parti infixa, vt in legitimo colico) ac flatus etiam promoti, varias ipſius inteſtini partes peruadens, varios concitat dolores in variis eius partibus, licet in vna, vbi minera collectionis humorum magis vigeat primo & maxime, ac in aliis, velut per conſenſum, & per extenſionem humoris, aut flatus ad eam partem. Quæ cauſa fuit, quod multi cenſuiſſent ventriculi eſſe dolorem, nõ colici: ita hic illuſtris vir de ventriculo conqueritur: cæterum ſine dubio fuit colicus dolor non tamen legitimus, ſed lente, ac ſenſim & paulatim deſiuit & incipit, præcedente triſtitia & mœrore, tanquam malum quod à meſerei vitiis ſortitur principium, ex cauſæ ibidem collectæ congeſtione & alteratione.

4 Circa ſecundum, quod conſideratione fore dignum ſuſpicati fuimus; vt certum haberi debet, iecur, præter calidum intemperamentum vitioſum & adauctum ſupra natum, pati etiã obſtructionis eam

Ventris dolores à medio ventre incipientes verè colici ſunt.

Colici dolores triplicis naturæ ſunt.

Legitimi.

Iecur aſpreter calidam intemperantiam obſtructionem patiatur & quam.

nis ea ſortem, quæ ſedem habet in venis portæ, & in meſeraicis: ac non raro ex vbertate cauſæ obſtruentis, aut ex nouo affluxu, pori fellei obturationem: vt oſtendit ictetioſus dolor, atque etiam iecoris corpus & parenchyma nonnihil recipere, à quo non probe repurgatur, quo & incaleſcit intenſius, & generat vitioſiſſimum ſanguinem: quod probat durities quædam ſeſe tactui oſtendens, & febricula, aut, vt rectius loquar, calor quidam acris & mordax, qui frequenter morbum æmulatur, & ſitim ac ſiccitatem, & ſcabritiem oris impacabilem concitat; ex quibus crudi ſucci, in venis meſerei coerciti, incaleſcunt, vruntur, & mille ſpurcitiis fœdantur, donec melancholiæ hypochondriacæ accidentia concitentur, non minus grauia ac moleſta, quam dolores.

Inter iecur & ventriculum an ſit aliqua morboſa contraoperantia.

Circa tertium vero, certiſſimum iudico, eſſe inſignem contraoperantiam inter iecur ſic male affectum, & ventriculum: nam ſqualida iecoris intemperies trib. modis nocet ſibi & ventriculo. *Vno* ad ſe alliciens natiuum ventris calorem, quo ipſum iecur calidius redditur, & venter frigidior. *Secundo*, diſſipans prædictum innatum calorem ventris, ac per inſenſilem halitum diſpergens, citra id, quod ipſum iecur reddatur calidius, etiam ſi ventrem calore natiuo priuet. *Tertio* vero ad ſe alliciens iecur ſic calidum, ante integram coctionem, alimenta aut excrementa praue aut diminute confecta; quia illud non eſt opus facultatis naturalis, ſed ignei caloris, qui liquans & attenuans ad ſe trahit ſimul omnem ſubſtantiam, ac dimouet, donec è loco proprio diuertat, & proiiciat vbi opus non eſt, & ibidem vrat ac in nidorem commutet. Sic profecto venter calore natiuo orbatus, tum praue, tum diminute cibos conficit, & minus, quam par ſit, retinet, aut ante debitum tempus permittit abire, ac facile trahenti iecori cedit: quæ ſane cauſæ ſic alternatim maleficio iunctæ ad inuicem, in prædictis vitiis efficiendis iuuantur; iecore depauperante ventriculum proprio calore, ac trahente ante debitum tempus, & mox attracta excrementa vrente, ac prauiſſime afficiente, & ventriculo male perficiente proprium munus, indies magis ac magis donec ambo ſimul in vnum lethale damnum terminentur, vt in prædictis doloribus ex hac antecedente cauſa ortis contingit; & in hypochondriacis affectionibus euidentiſſime conſpicimus, & longe magis in ictetioſis doloribus, quales hic illuſtris vir patiebatur. 5

Iecoris calida intemperies tribus modis ſibi & ventriculo nocet.

Affectionis hypochondriacæ cauſa.

Circa quartum, videtur aſſerendum, in prædictis contraoperantiis morboſis horum membrorum neceſſario hypochondriacam affectionem ſequuturam; cæterum diuerſis modis ſubortam: nam ſi venter ſolum proprio calore orbatur, ex diſſipatione à vehementi iecoris æſtu, non ſolum diminute cocta prodeunt alimenta, ſed impenſa frigiditate affecta, ita vt non adeo facile in meſereo aduri poſſint; ſed euaporatis ſubtilioribus partibus, vel in celiacam cruditatem & ſummopere corruptam, aut in acidam cruditatem commigret. Verum ſi iecur calore circumſtantium membrorum ventrem priuet, ventriculo manente in proprio caloris modo, liquabit quidem alimenta, quo facilius, antequam ventris calor aliquam gratiam ipſis præſtare poſſit, à iecore trahuntur, reconduntur que in meſereis, & ibidem ab eodem exuruntur, & in nidoroſam ac vſtiuam commutantur cruditatem, & moleſtiſſimam hypochondriacam, & mille accidentibus inſignitam concitat. In noſtro autem laborante, antequam alterum horum vitiorum contrahant alimenta, eo vitio inſigniuntur, quo protinus pellantur à natura, trahente etiam iecore, ac recondita in meſereo & partibus coli viciniis, dum ad eam perueniunt cauitatem, & ad eam copiam ac vitium, quod naturam ipſius inteſtini laceſſant flatibus à puſillo calore (reſpectu craſſitiei materiæ) eleuatis, & etiam eum motum iuuantibus, & ſimul commota meſerei materia, in prædicta mala & immanes dolores commigrat, vt noſtro contigit laboranti. 6

Dubium.

Quintum & vltimum fuit, diligenter eſſe diſquirendum, *an ex his membris affectis, aut ex malis quæ retulimus, aliquod ſit aliorum principium & prima cauſa, vel vnumquodque per ſe habeat ſuas cauſas & ſuum principium.* Cuius dubitationis gratia (ſiquidem eius adæquata notitia præſtabit integram & perfectam curandi viam & rationem) ſtatuendum eſt, hæc omnia membra & mala, quæ ex læſione coniuſque prodeunt, ab vno ſolum iecore praue affecto ſuboriri: cæterum trahente neceſſario ventriculum in conſenſum, eo quod iecori ſuppeditet copioſas cruditates. Nam primo iecur ipſum labefactat ventrem, ipſe vero languidus effectus cruda generat, & male affecta excrementa: & rurſus, quia talia protinus à ſe pellit, iecore iuuante, & celerius trahente, quam par foret: cæterum, quia corpus iecoris, & partes vicinæ mille afficiuntur obſtructionibus, remorantur in meſerei venis, & in proximis cauitatibus, donec vlterius prædicta cruda vitientur, ex quo hypochondriaca affectio, & colici dolores perpetua propagatione renertuntur & exacerbantur. 7

His præhabitis & cognitis, iecur eſſe calida intemperantia affectum, euidenter conſtat, quia copioſam generat bilem, vt excrementa alui oſtendunt: eſſe quoque obſtructum, liquet, quia facile in icterioſam commigrant affectionem. quod oſtendit etiam vrina auriginoſa, & ſitis ac oris amaritudo. Ventrem quoq; eſſe prauiſſime diſpoſitum conſtat, quia reddit crudorum maximum prouentum, vt oſtendunt eorum vomitus copioſiſſimi, & flatus vberrima copia; vt conſtat ex ventris totius dolorificis inflationibus, & dura tenſione. Pari ratione conſtabit etiam, celeriter rapi & delabi in colon inteſtinum, quia ibi copia ſufficiens congeſta eſt intra eius cauitatem, qua mox dolores concitantur & tēſiones. Cæterum id eſſe in cauitate, monſtrat doloris extenſio per vniuerſum ventrem, licet ab vna ſignata parte videantur incipere; ſiquidem nunc in ſiniſtrum, nunc in dextrum frequentius, tamen medium ventris infeſtant. 8

Quibus ſic breuiter ſuppoſitis verendum eſt, ſi mala diligenter non præueniantur, ne in hydropem 9

pem ſiccam laborans incidat: ſin aliter, in immedicabilem cæliacam, excrementis illis fœtidam labem contrahentibus: vel ſi icteriosus affectus frequenter renouatur, in iecoris veram inflammationem cómigret, in vnum collectis, & putrefactis prædictis ſuccis, ibidem conculcatis, & aliis, præ doloris immanitate, denuo ad eam partem attractis: aut ex indurato iecore, vel refrigerato, imprudenti frigidorum vſu: aut ex reſolutione innatæ ipſius calidæ ſubſtantiæ, vel caloris morboſi, in veram hydropem, aut malum corporis habitum dilabatur.

Ad curationem igitur accedentes, conſiderauimus, eam neceſſario in duas fore diuidendam: quarum altera præſtet leuamen & ſubſidium doloris & exacerbationis ſuperuenientis acceſſionis, quæ maximum ſolet negotium faceſſere, reliqua vero, quæ & prouideat his, ante quam reuertantur, & veram intemperiei vtriuſque membri curationem inſtituat. *Curandi ratio.*

Circa primum ſciendum eſt, id multis poſſe fieri modis: vno, & vere primo (niſi vehementia doloris aliud poſtulauerit) euacuata craſſa illa vitioſiſſima materia, quæ commota & ex ſe flatus fundens, dolores concitat. Quod tentabis clyſmate prius ingeſto ex decocto *pullorum parietariæ, violarum, maluarum, & chamæmelo*, addito *melle & oleo amygdalarum dulcium, & chamæmelino*, cum modico vino, in quo diſſoluantur *diacatholiconis* ℥.vi. Quod ſi nihil profit, addere poteris ſecundo loco *diaphœnicon*. aut *electuarii de ſucco roſarum* ℥ ij. vel *lactis ſeminis carthami* ℥ ß. Verum ſi malum creuerit, *ad hieram Logodii* peruenies. Sed hæc eadem die tentabis. At ſi neque lenientia, neque abſtergentia, aut vehementius purgantia profuerint, ad vomitoria auxilia te conferes: maxime ſi nauſeabundus fuerit laborans, vt huic illuſtri viro ſæpiſſime contigit, copioſis factis vomitibus. Quod ſi neque his, neq; extrinſecus adhibitis laxantibus & modice reſoluentibus, vt oleo *chamæmeli, amygdalarum dulcium*, aut de *vitellis ouorum, & de angelica*; vel fomentis ex rebus conſimilis facultatis, quidquam profuerit, aut quam pauciſſimum, ceſſum, neceſſum erit blande ventrem purgare, vel *manna* exhibita, vel ſyrupo ex *nouem infuſionibus violarum, vel ſyrupo Regis* aut *Principis*, vel *aqua ex infuſione conſerua roſarum Perſicarum* (infunduntur quatuor vnciæ in vnciis ſex *aquæ cinnamomi, aut aniſi, vel fœniculi*, & exprimuntur & colantur, & colatura laboranti porrigitur) hæc enim ſufficientia ſunt. Quo facto, ad ea quæ vehementius extrinſecus reſoluunt, deuenies, præſtito ſuper partem dolentem *oleo aniſi* vel *fœniculi*, vel *cinnamomi*: & fomentis addes *rutam, anethum* & ſimilia. Peruenire etiam poteris ad emplaſtrum, *de parietaria*, & ad id quod fit ex ouis frixis cum telis aranearum, ex oleo *chamæmelino*, aut *liliorum alborum, amygdalarum dulcium, & napha*. Tandem ad cucurbitam, quæ non ſupra partem vbi malum originatur, ſed in vicinis appoſita, mirum in modum proficit: nam hæc etiam eſt vtiliſſima euacuandi ratio, ſiquidē flatus, vel debent excerni, vel, ſi id poſſibile non eſt, per reſolutionem euacuari. In qua re non minus poſſunt prodeſſe, quæ per os ſumuntur poſt euacuationem reſoluentia, hac præhabita diſtinctione; nimirum in his in quib. præualet ventris & excrementorum frigiditas, præſtat modicum *aquæ vitæ* cum modica *aqua roſacea & ſaccharo*, cuius miſturam & vtendi modum reperies tomo pri. *in præſidiis pro ventriculo frigido*. Item iuuat decoctum *cinnamomi, ſaſſafraſſa, cumini, aniſi, & fœniculi*, vltra medietatem calidum. Verum ſi conſtiterit, iecoris calorem prædominari, & ictericium calorem eſſe, atque cutis colorem mutari, & firmius ac vehementius dolorem iecori adhærere, audacter ſanguinem mittes, in parua tamen quantitate, id que ſi vires conſenſerint, & dolores perſtiterint, iterato facies, ne ex moroſa dilatione iecur in immedicabilem inflammationem dilabatur: in quo iecoris ſtatu non eſt parui momenti aqua, cui addideris tres aut quatuor guttulas *olei de vitriolo*, quantum contrahat modicum acorem, ita vt guſtui grata efficiatur aqua: namque attemperat, inſcindit, abſtergit, & infarcto liberat viſcera: porriges autem vncias duas huius miſturæ.

At ſi dolores fieri minores conſtiterit, ab omni euacuatorio auxilio deſiſtes; nam ſæpe his iterum commota materia, reuertuntur ac forſan ſæuiores fiunt. Item nec plurimum in reſoluendo inſiſtes: nam craſſiore parte remanente, licet protinus prodeſſe videantur, mox atra noxa iterum increſcunt. Sed hoc præ oculis habeto; quod ſi laborans nimium billioſus fuerit, fugiendum eſt ab exquiſito victu, & parciſſimo potu: nam ſæpe Medici imprudentes adeo religioſe cauent præcepta medica, quod laborantes ob id in maius deferant periculum; & ob id in his paulo liberalius agendum erit, adhuc in ipſa acceſſione: nam ſæpe potu aquæ leuantur ſecurius, quam nimia abſtinentia: ſicut iuribus & aliis alimentis ocyſſime reparantur. Verum ſi pituitoſus & nimis crudus fuerit, toto tempore acceſſionis cauendum eſt à potu & cibo, quantum vires permiſerint, quo natura intenta ſit coctioni crudorum, & flatuum reſolutioni.

Ad veram & radicalem curandi prædictorum membrorum intemperantias deueniendo, in primis obſeruabis, non licere protinus contrariis aggredi prædictum opus, niſi prius quæ quotidie congeruntur excrementa, paulatim quoque euacuaueris, antequam creſcant in morboſam quantitatem & conditionem, quo ſolet natura in doloroſas affectiones prorumpere: ſed ſi ſimul eo facto per conuenientia interualla diebus intermediis, ſimul & pariter vias & meatus aperies & abſterges, quo natura reliquias per loca conferentia educat, ac modice & paulatim reſoluat; quæ ſane opera tribus omnino auxiliorum fontibus exequeris.

Primo, exhibito leui quodam purganti, cuius compoſitio talis eſt. Recip. *ſucci cichorii* ℥.iii. *decocti polypodii* li.i. infunde pulpæ ſeminis carthami ℥.ij. & poſt noctē colentur, & leuiter exprimantur, & adde (ſi bilem quoq; exuperare compereris, & non aliter) *rhabarbari electi* & infuſi in vncias quatuor *aquæ ſaſſafraſa*, ℥.ij.ß. & facta colatura, miſce, & adde *ſacchari roſarū Perſicarum* ℥ v. *ex nouem infuſionib. violarū* ℥ ij. & fiat ſerapiū cū ſaccharo. Cuius præcepimus quinto aut ſexto quoq; die accipere ℥.ii. aut diminutè, *Purgans lene.*

vel aliquid amplius addere, prout plus iuſto, aut minus euacuauerit: nam conſulendæ ſunt non minus vires, ne frequenti purgatione labantur. Sic enim recrementis depoſitis, inſtituimus ſerapium conficere, quo prædicta beneficia exequeretur natura, & omni membro & neceſſitati ſatisfactum fuiſſet: cuius compoſitio ſic ſe habet. Recip. *ſuccorum cichorii, agrimoniæ, lupulorum borraginis, & pomorum dulcium, ana* ℥ *v. ſyrupi de viſantiis, & capillorum veneris ana* ℥ *.iiij. lactis quatuor ſeminum frigid. ma iiij.* ß. *ſucci roſarum* ℥*. iiij. florum cordialium viridium, ſi fieri poteſt, ana p. ij. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua ſtillatitia foliorum & florum fabarum li. i* ß. & omnia ſimul excipiantur in alembico vitreo, & in duplici vaſe inſtillentur. Et huius ſume li. i. & adde ſucci clarificati *lupulorum & cichorii ana* ℥ *.iiij. ſucci pomorum dulcium* ℥ *.iij.* & adde *ſacchari albiſſimi* q. s. vt fiat ſerapium, cui adde in ligatura, interim dum coquitur, *confectionis Alchermes, & de hyacinto, & pulueris electarii de gemmis ana* ʒ*. s. pulueris aniſi & fœniculi* ℈*. ij.* Cuius ſerapii ſtatutum fuit ſingulis diebus ſumere ℥*. j* ß. aut ij. cum *aqua ſaſafraſa*: fuit quidem mirabilis efficaciæ: cæterum iuſſimus hanc curationis viam fieri tertio quoq; menſe, quo natura menſe intermedio refici poſſet, & robur acquirere.

Serapium mirabilis efficacia.

Tertio loco conſultum fuit, iecur bis aut ter in hebdomada inungere linimento facto ex *oleo roſaceo loto vino albo*, & addito modico puluere *ſantalorum rub.* item ventri apponere emplaſtrum ex aromatico *roſaceo gallia muſcata* & *ladano*, cum modico balſamo & cera. 15

His factis, iuſſimus ſemel in hebdomada emolliens clyſtere iniicere, ne induratæ fæces ipſum commouerent, ac dolores concitent: ac ſi id renuerit, infernam ipſius regionem *oleo amygdalarum dulcium* inungere, aut ibidem apponere telam ceratam, ex oleo, & aliquo ex prædictis reſoluentibus. 16

Cæterum in vitæ inſtitutione vinum interdiximus, niſi forſan gratia ventriculi cogatur in prima menſa parum biſcocti in eo madidum ſumere; id enim ſatis eſt in his qui aſſueti ſunt vino. Aqua vero ſit *ſaſafraſa*, aut *aniſi*, aut *fœniculi*, aut, ſi ventriculus frigidior apparuerit, *cinnamomi*. 17

Victus ſit ex carnibus pullorum, perdicum, caponum, vel arietis, & reliquorum nonnihil, guſtus gratia. Fructus fugiat horarios, lactucis, ſcariola, borragine decoctis vtatur. Cœna ſit parcior, & in principio vtriuſque menſæ ſumat modicum pulueris aniſi, aut fœniculi, ad diſſipationem flatuum, & iuuandam coctionem. Exercitio vtatur moderato ante prandium & cœnam, ne ſi copioſum ſit, plus cur calfiat, quam par ſit. 18

De atrociſſimo & lethali quodam affectu, qui accidit parturienti cuidam mulieri, in ipſo pariendi actu.

Consvltatio XXX.

Mvlier quædam nobilitate & virtutibus ornata, nupta etiam viro nobili, grauida cum ſtetiſſet, quarto menſe, bis aut ter corrupta fuit epilepticis acceſſionibus. Et adueniente nono menſe, accedenteq; die partus, correpta fuit grauiſſimo capitis dolore: tandem poſt meridiem peperit filium, verum in ipſo partus labore apprehendit ipſam, mox ab exitu infantis, vehementiſſima quædam & atrociſſima epilepſia, ſimul cum ingentiſſimis doloribus totius ventris, ex ſanguinis ſubita & violenta permutatione ab vtero ad ſupernas partes. Sic enim ipſa, ſe ſentire referebat, dum aliquantulum, à conuulſiuis motibus, & mentis detentione leuior fiebat. Durauit hæc funeſta acceſſio fere tres dies integros: intra quos, neq; in ſeſe rediit, ſed eo tempore ſex vehementiſſimis acceſſionibus correpta, mori videbatur in vnaquaq; acceſſione. Ceſſarunt acceſſiones, ſed cum permutatione in grauiſſimam melancholiam, cum mentis alienatione. Durauit affectio hæc vſque ad ſeptimum diem, cum remiſſionibus & exacerbationibus in huiuſmodi delirii ſorte: & in ſtatu ſudauit parum: & nonnihil ſanguinis ab vtero inſtillauit, quo videbatur, in ſeſe aliquantulum rediiſſe. Verum in fine ſeptimi mutata eſt vniuerſa affectio in furibundam maniam, quæ maior, minorve erat, aliquibus horis diei, & noctis, incipiens ſemper à vehementi & fraudulenta taciturnitate: in qua coniectabile erat, humores aduri, quia febre perpetua infeſtabatur, & mox furibunda facta, donec adhibitis remediis pacata, miſere torquebatur. In quo ſtatu perſeuerauit vſq; ad vndecimam diem, in qua placidius dormiebat, melius ſe habuit ad oblationes, & iterum ſudauit ad oblationes, & iterum ſudauit, & ex ſomno placida exurgebat; quod antea non erat, niſi aut plorans, aut conuulſa, aut delirans. 1

Ante tamen, quam reliquum hiſtoriæ referam, vt paulo inferius audies, placuit rationem horum omnium malorum reddere, cauſas conſignare, præſagium delineare, & præſidia quib. vſi fuimus, ſcribere. 2

Circa primum, ſcire eſt operæ pretium, ab vltimo partus inſtanti, neque in ipſo partu, quicquam ſanguinis per ipſum vterum expurgaſſe: quo coniectauimus, vniuerſam puerperii purgationem recurriſſe ad ſuperiores partes, & ſi quæ pars ſanguinis in vtero remanſit, propter ſubitã occluſionem oſculorum eius, ibidem depreſſam & coërcitam, mille vitiorum ſortibus affici. Ex quo mirum non erat, aliquid vitioſum vniuerſo generi venoſo, & humoribus ibidem immorantibus communicari: quo febri perpetua miſera mulier etiam affligebatur: & neque natura, neque arte poſſibile fuit per vterum aliquid euacuare. 3

Quo viſo, tranſactis tribus horis à partu ſanguinem ex talo miſimus, & ligaturis, frictionibus, cucurbitulis in femorib. & ſuris appoſitis, quantum hæc auxilia potuiſſent, inſtituimus reuocare. Et cum nihil profeciſſet, iterum ſanguinẽ ex altero talo miſimus ſummo mane ſequenti die, & mox, tranſactis tribus horis ſanguis non in parua quantitate ſua ſponte per ſecundam ſciſſuram tali profluxit. Et cum 4

adhuc

adhuc his factis, accidentia ſæuiſſima infeſtaſſent, ſuppoſitoriis per vterum reuocare ad vterum curauimus. fomentis etiam, euaporationibus, inunctionibus ex *oleo caparrorum*, *liliorum alborum*, *croci*, *angelicæ napæ*, *amygdalarum dulcium*; & ſimilium partes vteri emollire, laxare concretum, & detentum ſanguinem tenuare, & euocare per eam partem diligentiſſime curauimus.

5 At cum conſtitiſſet, adeo partes illas eſſe concluſas, vt nihil hæc omnia iuuarent, & accidentia ſummopere creuiſſent, conuenitum fuit inter nos, per vicinas partes, nimirum per hæmorrhoides, aliquid deriuare, ſuppoſitoriis quę hęc munia præſtitiſſent, ſimul à capite aliquid reuocaſſent, & hæmorrhoidas, quæ plurimum erant tumentes, hirudinibus ſanguine à fæculento euacuare, decretum etiam fuit. Et his factis, iterum adhibuimus fomenta vteri partibus, ex decoctis *artemiſiæ parietariæ fœnugræci*, *myricæ & abſynthii*. Inunximus etiam eandem partem oleis *chamemeli alborum*, *de angelica*, *& extractione theriacæ*, ipſa quoque theriaca vmbilico appoſita; & inſuper uncto ventre eadem *theriaca*, & *vnguento artanitæ*. Adhibuimus quinque per vterum vterinos clyſteres, & ſuppoſitoria, ſeu peſſaria ex *mercuriali* & *hiera*, & vſq; ad *hieram Logadii* cum *theriaca*. Sic euaporationes cum ſpongia ex prædicto decocto: item emplaſtra ex ouis friais cum theriaca & oleis prædictis. Præterea adminiſtrat ſæpius prædictis auxiliis, capitis etiam habuimus prouidentiam, his quę partim repellerent, partim reſoluerent, & partim ſomnum conciliarent quia vigil, & loquaciſſima erat. Cęterum cum conſtitiſſet, nihil ceſſare mali inclementiam; neque eſſe poſſibile, aliquid ad vterum euocare, neq; adhuc ſcarificatis in femoribus & ſoccis cucurbitulis, quarto ſanguinem ex talo dean o iterum miſimus, quo conuulſiua accidentia ceſſaſſe videbantur, ſed increſcebant magis deliramenta omnis generis. Quo viſo, præter clyſteria & ſuppoſitoria, quæ vt permittebat furibunda mulier, iuſſimus adhibere, iterum hirudines adhibuimus; quo cœperunt per interualla ceſſare aliquo modo deliramenta; cęterum cum hoc nuſquam ſeſe prorſus reddibat mulier: febris erat mitior, & alimenta placidius ſuſcipiebat, & quietum agebat ſomnum; & ſic tranſacta fuit ſeptima dies: quia appoſitione cucurbitarum in brachiis cũ ſcarificatione, longe melius ſe habebat. Et licet multis viſum fuerit, in occipitio affigendas eſſe cucurbitulas, id non placuit, ne maior fieret ad cerebrum attractio humorum qui illuc recurrerebant; & ſic conuenimus, brachia ſcarificare, quo maior & ſecurior fieret deriuatio.

6 His factis cœpimus conſulere de ſtatu morbi ea die, & *an liceret vti expurganti medicamento* quantumuis nuper peperiſſet. In qua re conuenitũ fuit inter nos, morbũ, & in febre, & in capitis affectione & in vteri vitio melius ſe habere. In febre quidem, quia aliquando ad maximam perueniebat remiſſionem, maxime poſt ſudores: in cerebri intemperie, quia ex ſomno leuior excitabatur; quo conſtabat, non eſſe omnino factum & independens intemperamentum eius. Quo factum eſt, vt viſum fuerit ſuperſedere ab expurganti medicamento, & diſtulimus, donec ceſſaſſet aliquo modo efferueſcentia & aſcenſio logialis purgationis ad caput; quia facilius videbatur, tẽ pacare alimentis, & prædictis præſidiis retrahere impetum ruentis ſanguinis in cor & caput, quam vniuerſum iterum purganti pharmaco agitare, dimouere & impetum eius magis concitare. Quod profecto conſequuti fuimus: quia licet aliquid aſcendiſſet ad caput, & amplius deliraſſet, non erat ea vehementia ac perſeuerantia, ſicut anteà; præſertim quia memoria & reliquis potentiis internis longe melius operantibus, id manifeſtũ fiabat. Præter quam quod per vterum aliquando aquam, nonnunquã ſeroſum quid & ſanguinolentum profluebat, quo dolores circa vterum & inguina leuiores videbantur: quo æquum erat, nuper eniaas non purgare, ne diuerterentur ab vtero humores, quos mens erat ad ipſum omni diligentia reuocare. Quapropter decreuimus differre expurgans medicamentũ, donec decima quarta dies tranſiiſſet: & eo tempore efficere tutius maxime cum conſtitiſſet, tunc morbum non ceſſaſſe: nam tunc, poſthabita partus, vteri, & reliquorum curatione, quæ in parturientib. purgationem dehortantur, neceſſum erat, neceſſitate & vrgentia mali, purgare corpus, leui tamen medicamento. Cui vſui, & ad maiorem præparationem, quantum permittebat alienatio laborantis, præſtitimus ſerapia, & mirabilem illam diſtillationem ex *quinque ſyrupis diureticis*, cuius partem cum ſyrupis, partem cum iuſculis & alimentis, & partem in potu porrigebamus: nam hæc humores attenuat, vias aperit & omnem fere indicationem in prædicto caſu adimplebat, quo melius corpore præparato, ceſſiſſet facilius medicamento purganti, ſi affectio poſtulaſſet; quia vniuerſa curandi ratio magis expoſtulabat ſanguinis per vterum reuocationem & retractionem, quam excrementorum euacuationem: præſertim cum nobis conſtitiſſet, in ſanguine nullum apparere vitium, niſi id quod contrahebat in locis ad quæ recurrebat. Qua profecto ratione diſtulimus purgationem, donec tranſactio menſtruationis integro menſe, iterum rediiſſet menſtrua purgatio, quæ ſuo tempore mediocriter fluxit: & tunc mediocriter purgato *ſyrupo regio*, & *decocto pugini*, melius ſe habuit ab eo die, ac deinceps in ſeſe magis erat conſtans, & ſomno corripiebatur placidiori: tandem ad omnia cordatius ſe conuertebat & ſic paolatim, maxime euocatis menſtruis, ad ſanitatem fere integram reſtituta fuit. Cæterum remanſit cum inſigni totius corporis languore, & maxima cerebri, & cum magna potentiarum eius imbecillitate; à quib paulatim ad antiquum ſtatum reſtituta videbatur, Deo auſpice, cui ſit laus & gloria ſempiterna.

Diſtillatio mirabilis ex quinque ſyrupis diureticis.

F I N I S.

LVD.

LVD. MERCATI MEDICI A CVBICVLO PHILIPPI TERTII HISPANIARVM, INDIARVMQVE REGIS POTENTISSIMI, ATQVE EIVSDEM PROTOMEDICI, ET in Valleſoletana Academia Primariæ Cathedræ Profeſſoris emeriti,

TRACTATVS VNICVS.

CONTINENS GRAVISSIMARVM ATQVE DIFFICILIVM ET ABditarum rerum diſputationes, magni momenti & vſus.

Quarum numerus & inſcriptio talis eſt.

Prima diſputat, vtrum febrilis calor à principio aliquo intrinſeco procedere poſſit, more earum rerum, quæ nobis ſecundum naturam exiſtunt.

Secunda diſputat de numero ſpirituum noſtrum corpus gubernantium, ac de cuiuſque natura & motu.

Tertia diſputat de natura & generatione ſudoris, ac de eius differentiis, nec non de materia, & efficiente, ac de cauſa ipſum expellente.

Quarta diſputat, an actio, vt vitalis dici mereatur, ſpecificetur ſolum à principio intrinſeco.

Quinta diſputatio differit, quando & quomodo liceat, ſuppreſſis menſtruis purgationibus, aliunde quam à talo ſanguinem mittere, aut purganti pharmaco uti.

Ad beatiſſimam, ſacratiſſimamque Virginem Mariam Dei genitricem, & aduocatam noſtram.

Francofurti ex Officina Paltheniana.

ANNO CHRISTI M. DC. XXIX.

PRIMA DISPVTATIO, DE ESSENTIA ET NATVRA CALORIS FEBRILIS.

1 NISI aliquibus placuiſſet, circa febrilem conditionem & eius cauſas atq; principia, nouum quoddam dogma ſtatuere, atque præter id probare, eſſe antiquiſſimum & Hippocraticum, ego quidem de ea re (quam multis abhinc annis, vt figmentum prætermiſeram) nulla verba facerem. ſed cogor veritatis amore, patefacere huius rei antiquiſſimam veritatem, ac docere, quam alienum ſit a naturæ inſtitutis, rem prorſus morboſam & præter naturam, qualis febris exiſtit, ex intimis, internis, atq; naturalibus principiis, naturaliter ortum habere. *Febris vera ab intrinſeco quodam principio procedat.*

2 In qua re ſunt qui arbitrentur, febrem, cuiuſcumq; ſortis & naturæ ſit à principio quodam intrinſeco procedere, more earum rerum quæ nobis ſecundum naturam inſunt: quia cenſent, datum eſſe cordi gradum quendam caloris excedentem, atq; ex propria natura & officio talem, qui talis gradus, ob id erat excedens, quia præſtaturus erat vniuerſo corpori calorem. Quem gradum ferunt reſpirationis beneficio naturam remittere & corrumpere, ob aeris attracti frigiditatem: cui ſane operi ſi reſpiratio non ſufficiat, febris neceſſario ſequetur, nullo alio calore accedente, ſed ſolum manente gradu illo excedente & non refrigerato, quia tunc viget, & in ſuo exceſſu manet. Quo ſtatuunt, febrem omnem à principio illo intrinſeco non frænato aut attemperato, vel remiſſo beneficio reſpirationis, originem ducere. *Affirmatiui*

3 Et, quod non minus graue exiſtit, conantur probare, huiuſmodi dogma antiquiſſimum eſſe, & Hippocraticum: quia cenſent, conſtare ex eodem Hipp. *lib. de corde*, eo quod ſtatuat, in ipſo adeo validum ignem adeſſe, quod neceſſario indigeat caſtigatione, quam conſequitur natura, tum per aquam pericardii: tum etiam beneficio reſpirationis: tum vltimo per eam potus portiunculam, quæ ad pulmonẽ ſubterfugit. Quod cenſent, ſe poſſe confirmare lib. *de diæta*, ex eodem autore, cum doceat, *cor fortiſſimum ignem habere*: quo loquendi more vſus fuit etiam millie in locis, cum & febrem, ignem appellauerit. Credunt inſuper confirmare ſuam ſententiam ex Auic. & Gale. qui multis in locis ſcripſerunt, *cor eſſe focum & lares, & calidiſſimum omnium, quæ in corpore ſunt & in ipſo ignem adeſſe.* Et tandem multa alia circa intentionem caloris, in corde addunt, quo videtur, ipſum cor veluti ignem in ſe continere, ac ob id bone ignem, non remiſſum poteſtate reſpirationis, principium eſſe intrinſecum febris.

4 Cuius dogmatis gratia multa ſunt mihi ante diiudicationem eius [illegible]enda. Nam primo conſiderabis, ſi antiquorum mentem exacte expenderis, p[illegible] non ſtatui[illegible] in corde aliquem caloris gradum præter naturam & igneum, ſed ſolum proſerunt, eſſe cal[illegible]rem [illegible] quam in reliquis partibus, non tamen extra naturæ limites, ita vt indigeat remiſſione & [illegible] alicuius gradus, tanquam excedentis, morboſi & læſuri, niſi remittatur beneficio reſpirationis. Et licet cor prætitutum ſit corporis calorem, non ob id ſequitur, neceſſum eſſe, gradum adeo excedentem illi concedere, ſed ſatis eſſe plus caloris continuiſſe, quam reliqua membra, vt ſingulis aliquid impartiatur: non quidem gradum qui præter naturam ſit toti corpori, licet cordi videatur innatus: quod multis rationibus improbare aggredior. Namq; eo modo viſus eſt ſentire Ioannes Marinelus *com. 6. ſuper* Hipp. in verbo Febris, ſic ſcribens: *Febris ſæpe ab Hipp. appellatur calor. & ignis, qui calor non eſt naturalis nec inter res non naturales commemoratur. ſed præter naturalis. hoc eſt, contrarius naturæ, quemadmodum ſunt morbi omnes, at e[illegible]rum cauſa & ſymptomata, quæ tria ſunt omnino naturæ humanæ contrariſſima: & propterea multoties reperies in libris de morbis popu. calorem; ardorem, ignẽ pro febre poſitos.* Qua quidem ſententia conſtat qua lege Hipp. vſus fuit nomine febris, caloris & ardoris, nimirum eſſe prorſus rem præter naturam, quam à principiis naturalibus oriri repugnat, niſi modum naturæ exceſſerit: ergo febris non oritur à principio intrinſeco & nobis inſito ſecundum naturam, ſed à cauſa & principio prorſus præter naturæ modum euerſo, non quidem exiſtente ſuo more, vt gradus ille excedens, cum non ventilatur, quinimo cum ventilatur, efficitur ipſe præter modum ſuæ naturæ & nobis amicus, & cum non ventilatur, eſt nobis inimicus & morboſus. ergo nulla ratione morbus à re quæ nobis ſit ſecundum naturam, oritur, vt calor ille ventilatus, ſed a gradu illo qui nobis morboſus eſt.

5 Nam ſi ita eſſet, is gradus quantumuis excedens, ſimul eſſet ſanitas, quia vt ipſi cenſent, præſtat ad actiones cordis obeundas, & ſimul eſſet morbus toti corpori, eo quod niſi remitteretur, læ- *Secunda ratio*

P deret

deret eaſdem quod ſapientiſſimorum menti tribuere, eſſet præter omnem rationem. Si igitur rei ſumma, & fortiſſimum atque antiquiſſimum dogma, *cor plurimum habere caloris*: cæterum etiamſi cunctas corporis particulas calore magno excedat, non quidem præter ſuæ naturæ modum & indigentiam, ita vt remiſſione & correctione opus habeat, ſed ſibi & cunctis ſecundum naturæ modum iuſta & legali temperie donatum. Sic enim intelligere Hipp. oportet *libr. de carnibus*, cum dicit: *Calidum plurimum in venis ac corde ineſt, & propterea ſpiritum cor habet, vtpote quod omnium intra hominem membrorum calidiſſimum exiſtat*; non tamen dicit, calidiſſimum gradu excedente ſui indigentiam, ſed excedente calorem reliquorum membrorum: & ſic de cordis calore philoſophantur omnes ſapientiores. Quippe conſtat, in noſtris corporibus nil naturam feciſſe iniuſtum, excedens, & præter modum conuenientiſſimum animali. Sic enim Hippoc. omnia conſentientia & iuſta inter ſe eſſe dixit. Nam licet partes aliquæ, contrarietate quadam ſe iuuent, nulla tamen contrarietatum eſt præter naturam & corruptiua, ſed neceſſaria ad præſtandum alteri aliquid quod non habet, vt in calore actuato ex coalternatione membrorum comperimus. Ex qua doctrina, quantumuis veriſſima, cenſent nonnulli, poſſe probari, calorem in corde excedentem vno aut duobus gradibus non eſſe illi præter naturam, ſed naturaliſſimum, more membrorum ſibi contrariantium, quantumuis ex priuatione conuenientis refrigerij & remiſſionis illius gradus qui excedit, in febrilem conditionem dilabatur.

In qua re, vt clarior ſuperſit, oportet conſiderare contra operantiam membrorum, vt adiutorium vnius membri ad alterum, non eſſe corruptiuam alicuius exceſſus, ſed perfectiuam & conſeruatiuam præexiſtentis temperamenti, & naturæ rei. Quippe in contraoperantiis membrorum nihil operatur vt contrarium, corrumpendo, ſed vt ſimile perficiendo: nam frigiditas vnius natiuam frigiditatem alterius tuetur, & caliditas innatam caliditatem alterius, quia neque frigiditas vnius membri innatam caliditatem alterius membri corrumpit, neque calor frigiditatem alterius partis, more qualitatum alimentorum, quæ ſemper ſuam contrariam nituntur deuincere ac ſuperare, cum ſuo iure & innata poteſtate operantur: nam longe aliter res ſe habet in miſtorum conſeruatione per contra operantiam membrorum. Quippe hoc eſt quod diximus ſcripſiſſe Hippoc. cum dixit, *omnia eſſe conſentientia*: ſiquidem conſentientia non ſunt, hac lege intellecta, ſi per remiſſionem morboſam operantur, ſed id venit intelligendum, cum ad inuicem agunt per cuſtodiam naturalem. In quo mirabili opificio conſiderabis, conſeruari quæ ſecundum naturam nobis inſunt, duobus modis. Vno per ſimilia, quibus vel nun diſſipantur, vel diſſipata reficiuntur. Alio quidem per modice contraria, quibus præſeruantur, ac prohibentur extra limites naturales adire: ſiquidem conſtat, duobus modis corpus labefactari, nimirum per defectum, aut per exceſſum earum rerum, quæ nobis inſunt ſecundum naturam, & ſic ſimilia prohibent, aut ſupplent defectum: & contraria moderata inhibeant ne fiat exceſſus. Cæterum hic exceſſus non ineſt in corpore, vt gradus ille excedens (quem imaginantur hi autores) expoſtulans remiſſionem ſeu corruptionem excedentis gradus per reſpirationem: ſed prohibetur ne fiat, cuſtodita caloris natiui ſymmetria; ſic n. Galen. ſtatuit, commoderationem, omnium flammarum eſſe conſeruatricem, non excedentis gradus corruptricem, ſed præexiſtentis tutelam.

Sed vt veritas huius rei nobis & omnibus clarior appareat, duo principaliter ſunt præmittenda: quorum alterum erit, ſcire, *cui calorum qui in corde vigent, ſuccreſcat & aſſocietur gradus ille caloris, ex cuius radicatione febris originetur, ita vt dici poſſit (vt hi autores arbitrantur) profiſci à principio intrinſeco: cum certum ſit, in corde & ab ipſo prodire caliditatem influentem: & ibidem innatam quoque immorari ſubſtantiam calidam.* Secundum erit, docere, *gratia cuius horum calorum, reſpirationem & pulſum fabrefecerit natura.* Quibus exacte intellectis, veluti demonſtratione ſignata, apparebit protinus rei huius veritas. Quippe conſtat, innati gratia, non opus fuiſſe refrigeratione quæ per reſpirationem fit: neque in influente calore ſitam eſſe febris rationem & naturam: quo intellecto, videtur ruere fundamentum huius iouenti dogmatis. 7

Circa primum ſciendum eſt, innatū calorem ex ſuis principiis naturam iuſte commenſuratum, & ſuis vſib. proportionatum feciſſe: non quidē excedentem aliquo gradu caloris. Quapropter in corde, ſtatuendum eſt conſideranda eſſe tria, nimirum *continentia, contenta, & impetum facientia*, ex quibus ſubſtantialia, fixus & genuinus calor ſolum expoſtulat ſui cuſtodiam per ſimilia in ſubſtantia & in ſpiritu, & ēt conſeruatur ab his, quæ cor intra ſe continet: quia is radicalis calor ſua opera exequitur ſolū in corde quietus exiſtens, ibidemq; ſanguinem arteriatum & calidiorem generans, nullo alio miniſterio vtens, neq; vllo motu niſi alterationis ad coctiones obeundas neceſſario. Qui ſane calor, cum ob aliquam cauſam vel occaſionem, vel intenditur, vel aliquo gradu incaleſcit, protinus febricitat homo: quia licet ipſa potens ſit, & nitatur materiam ſibi adiunctam alterare, & in calidiorem ac ſpirituoſiorem commutare: nihilominus tamen ipſe alterari aut intendi non admittit, citra euidens damnum in actionibus: quo videtur euidentiſſimum, huic calori inſito additionem gradus illius excedentis nulla lege poſſe conuenire, *vt in ſecundo notabili latius probabo*. At influens calor, qui vere dicitur influens, ſemperq; eſt mobilis, vt qui ſitus exiſtat, non in cordis ſubſtantia, vt ille innatus, ſed in ſpiritibus, quos cor ipſum generat, & vndiq; diſpergit & mouet, ac per ſingula membra diſtribuit, huic profecto videtur potius conuenire poſſe ſuſcipere intra limites ſanitatis, vt conſtat in exercitiis, & inſolatu, ac ſimilibus, in quib. vno aut altero gradu creſcit hic calor influens & ſpirituoſus: & cū hoc homo nondū febricitat, donec innat' alter calor altereiur eo gradu, quo morboſus fiat, & actiones lędat. Sed eſt mirabilisque-dā differentia inter exceſsū hu' gradus in hoc calore ad eū, quē diſtincte hi autores cōſignāt in calore 8

cordis.

cordis, ita confuſe loquentes, quod calor qui calori influenti additur, ea quauis cauſa vel occaſione fiat, non eſt illi innatus, intrinſecus & ex intrinſecis principiis ortus, ſed ab externis cauſis, vel internis concitatus & acquiſitus: vt de exercitio aut animi paſſionibus compertum habemus. At gradus quem calori addunt, ab intrinſeco prodit, & ex partib. cordis igneis prodiens & dimanans, ita vt niſi remittatur (vt ipſi referunt) in febrem commigret. Ex qua differentia prodit, quod ſecundo loco diſceptandū propoſuimus, nimirum, *cur horum calorum conſignauit natura pulſum & reſpirationem*: nam ea huius rei enodatione conſtabit clarius veritas dubitationis propoſitæ.

9 Pro intelligentia huius ſecundi quæſiti, in memoriam reuocare oportet, id quod nuper propoſuimus, videlicet, in corde tria eſſe conſideranda: nimirum *continentia* vt cordis corpus cui inſitus & fixus calor ineſt: *contenta* & humores qui ibidem immorantur, licet perpetua ſucceſſione ipſum ingrediantur & egrediantur; quo prædicti humores vitalem conditionem ibidem ſortiuntur, & cunctis partib. per arterias communicat: *impetum facientia*, vt ſpiritus, qui impetu & celeritate maxima (non quidem lente & paulatim, vt ſanguis arterioſus) vndiq; mouentur, præſtantiq partibus poſſe in vitales actiones prorumpere. Quib. ſic conſideratis, ſtatuendum erit (*vt antea probauimus*) cordis innatum calidum ſolū expoſtulare per ſimilia refici, non reſpiratione & pulſu, primo & per ſe reparari. Namq; vtcunq, alteres, ad calorem vel frigiditatem, ſummopere lædes: quod oſtendunt accidentia cardiaca, & quæ ſubſtantiam cordis monſtrant eſſe affectam, vel quomodolibet alteratam. At humores qui continentur, neq; reſpiratione, neq; aeris ſubſtantia indigent, licet ea accidenti, eis deficientib. alterentur. Quo euidenter conſtat, & vnanimi autorum conſenſu probatum reperies, *pulſum & reſpirationem non eſſe neceſſarium animalibus gratia caloris innati & radicalis cordis aut radicalium partium, ſed ſolum cauſa & ratione caloris influentis & ſpiritus impetum facientis*. Ratio huius rei eſt, quia cum mobilis ſit huiuſmodi calor, deficiente, aut non ſufficiente reſpiratione, ipſum ventilari, neq; moueri, neq; adire vndiq, eſt impoſſibile, ob fuliginoſa excrementa improbe purgata, quo is calor incendio intenſiſſimo exacerbatur ex copia calidarum vſtilaginum, aut forſan ſuffocatione periclitatur: nam licet vſtilagines intenſiores ſpiritu & calore non ſint, ea copia tamen plurimum calorem adaugent, & innatum ac influentem perdunt; diuerſa tamen ratione. Nam hæc eſt differentia inter innatum & influentem; quod vtcunq; innatus moueatur & alteretur, protinus corrumpitur, & morbu afficitur: at influens, vtcunq; quieſcat, modumq; ſui motus amittat, vel non moderetur ventilatione arteriarum & reſpirationis beneficio citiſſime perit, & ſuffocatur ante extinguitur. Quo conſtat, primo & per ſe pulſum & reſpirationem cuſtodiam, & beneficium præſtare influenti calori; ex accidenti vero & ſecundario ex vſu etiam eſſe innato, nimirum quatenus influens calor quodammodo tuetur innatum, non quidem quod immediate aliquid innatu præſtet reſpiratio.

10 Quibus ſic conſideratis, conſtat, erroneum eſſe arbitrari, *naturam cordi dediſſe gradum excedentem*, quem ſedula diligentia, & perpetuo labore curaſſet auferre, & corrumpere. Nam ſi gradus ille præeſt in ſubſtantia cordis, & huic nihil, aut ſecundario proſit reſpiratio, illi profecto eſſet impertinens, vt probatum eſt. Cæterum ſi gradus ille ineſt in influente, quantumuis exacerbetur, creſcat, aut non ventiletur, non erit principium febris, ſed ſolum cauſa: quippe calor influens, autor eſt febrium, ſi aliquo modo ventilatione commoda aut reſpiratione priuetur. Nam quorſum, obſecro, opus eſt conſignare gradum illum excedentem, ſi ante vſum aut commoditatem eius, illum tenetur frigiditate reſpirationis auferre, deuincere & extinguere? Prætetquam quod febris ratio, natura & principium, non ſtat in calore illo influente, niſi in innato, qui febrem patitur, vt inhærens parti viuenti: at calor influens, dum vltra modum exacerbatur, & naturæ modum excedit, ſolum perſtat rationem cauſæ non ſubiecti febris: vnde conſtat, impertinens eſſe prædictum gradum excedentem addere: quia ſi addas influenti, cum febris inde non originetur, non procedet à principio [illegible] ſi vero innato, cum is reſpiratione primo & per ſe non indigeat, videtur merum figmentum præd[illegible] gma.

11 Sit igitur huius rei concluſio: *Impoſſibile eſſe, impoſſibilitate natura corporis ſani, partem eius aliquam, maxime principem, & à qua vitales operationes ameæ ſubſidium recipiunt, exce[illegible] um aliquo gradu caloris ſani re*: alioqui morboſum exiſtere, neceſſum erit: namque exceſſum pati, & ſanam eſſe, euidenter implicat. Concluſio rei veritatem continens.

12 Probant huiuſmodi concluſionem mille rationes: quarum prima ſit, quod *febris omnis eſſet vnius & eiuſdem intenſionis & gradus*: quod euidenter conſtat, quia omnes eſſent de natura & modo gradus illius excedentis; aut oportet conſignare aliud principium intrinſecum maioris intenſionis ad febrem intenſiorem eorum reddendam: nam cauſam externam conſignare, quæ maiorem calorem concitet, non erit conſtituere principium intrinſecum; quod neceſſum erit ad dogmatis veritatem, ac ea conſequenti videtur falſum. Prima ratio

13 Secundo, quia euidenti obſeruatione conſtat, *febrem à ſolo principio intrinſeco poſſe curari, nullo adhibito extrinſeco auxilio*: quod eſſet impoſſibile, ſi ex innata conditione febres orirentur ab interno illo principio. ſeu gradu caloris excedentis & non coerciti. Namq, ſtatutum eſt Philoſophis omnibus, nullam cauſam mere naturalem poſſe eſſe principium motuum contrariorum, quales ſunt ad morbum & ſanitatem; quo neceſſario tenentur concedere huius opinionis autores, poſſe febrem dici naturalem, ſi à principio proficiſcitur intrinſeco, vel non poſſe curari ab eodem calore, à quo ipſa originatur: ſiquidem ille gradus excedens, morbus eſt, & quid præter naturam (ſiue conſideres præter naturam ſecundum quid, ſiue ſimpliciter: quia hoc non tollit morbi rationem, ſi vtcumque ſit, remitti deſiderat) quia nequibit à ſeipſo remittens curari, neque à reſpiratione, quæ non valuit, ſano exiſtente homine, prohibere quominus febricitaſſet, neque à partibus cordis, vel totius corporis Secunda ratio.

P 2 frigi-

frigidis, quæ longe minus potuerunt prohibere febris exortum. Quo videtur conſtare, nulla lege ab intrinſeco principio poſſe febrem curari, contra euidens & frequentiſſimum experimentum: ergo à naturali & genuino, qui longe magis contrariatur febri, quam frigiditas, ſiue externa ſit, ſiue naturalis & interna, ac ex conſequenti, veluti demonſtratione conſtat, nullum eſſe gradum excedentem in corde, qui naturalis, ſalubris & genuinus illi, & toti corpori exiſtat, vtcunq; conſideres partes cordis igneas: namq; ſi iam ex miſtione non ſunt ſui iuris, ita vt poſſint hunc gradum producere, ſed temperatæ & coercitæ, atq; contractæ ad naturales & vitales vſus, & non ad ignis propagationem, vt cum extra miſtionem ignis exiſtit, nequibunt exceſſum illum efficere.

Tertia ratio. Tertio probatur veritas concluſionis, quia certiſſimum eſt, *cor ex propriis affectis, neque ex ſua natura, deſiderare refrigerium*: alioqui nullum beneficium reciperet ab influentib. ſpiritibus & calore: ſed ſuſcipit, vt probant animæ paſſiones, quæ fiunt priuatione huius caloris & ſpiritus: ergo potius indiget calore, quam refrigerio. Qua ratione prouidit ſagaciſſima natura aerem (eo quod corde ſit frigidior) in pulmonibus attemperari, quod non feciſſet, ſi opus erat refrigerio, maxime ad compeſcendum illum gradum excedentem, quo opus erat illi maiorem, aut ſaltem parem adeſſe in aere frigiditatem. Quo conſtat, aeris refrigerium non eſſe in gratiam huius caloris, ac ex conſequenti, neque ipſum calorem excedentem eſſe in corde ſecundum naturam. Quippe licet cordi ex vſu ſit reſpiratio, non quidẽ eſt vt in eo refundatur aliquis gradus excedens, qui naturaliter ibidem exiſtat, ſed quia beneficio reſpirationis prohibetur, ne calor generetur, ac fiat intenſior & præter naturam, ex copia coaceruata fuliginum, & ne prohibeatur motus illius caloris influentis ob defectum ventilationis & diſtributionis. Sic pari ratione partes frigidæ conſeruantur, non ex innata & interna, aut excedente frigiditate externa, ſed ex defectu caloris influentis, vt in animi deliquio comperimus, quod cor ex ea ratione vel temperetur ad frigiditatem, vel propria eluceat magis defectu caloris dicti. 14

Quarta ratio. Vlterius probatur, hunc gradum excedentem, merum eſſe figmentum, quia *vel ille eſt cordi vtilis, & nocuus toti corpori, vel vtriſque nocuus, aut vtilis vtriſque*, quorum neutrum probabo eſſe compatibile. Quod patet, quia impoſſibile eſt, aliquid corpori ineſſe, quod ſi alicui parti eſt naturale, vt cordi, poſſit toti corpori, aut alteri parti, eſſe præter naturam; vt de gradu excedente fertur, ſi corpus ſanum dici debet quia pro corde expoſtularet conſeruationem, & ſic illi eſt naturalis: ſed media reſpiratione, vt fertur, corrumpitur, vt violentum & præter naturam: ergo non eſt habendus vt naturalis & ſalubris: quo fit, vt idem aer refrigerans, eſſet vtilis cordi, & eſſet quoq; præter naturam, & corruptiuus illius excedentis gradus: quod implicat contradictionem. *Præterea* conſtat, ſi vtilis eſſet ille gradus cordi, nõ poſſe eſſe præter naturam: nam partes alicuius totius heterogenei, licet inter ſe diſſideant, nihilominus tamen omnes ſunt toti, ſecundum naturam & neceſſariæ ac vtiles, ita vt nulla ſit, quæ alteri opponatur contrarietate corruptiua, ſed ſolum perfectiua, & conſeruatiua. Quo fit, vt qua ratione gradus ille excedens, eſt noxius & præter naturam toti corpori, erit & cordi, aut ſi cordi eſt naturalis, etiam & corpori, ſiquidem in corpore omnia ſunt conſentientia. Nam ſi toti corpori eſt præter naturam, cuius gratia datur? Non cordi, quia remittitur reſpiratione: neque toti, quia illi eſt præter naturam: ergo nullius gratia datur: quod profecto veluti demonſtratione conſtat, quia vtriq; eſſet noxius, niſi remitteretur, neq; alicui vtilis, ſiquidem ante aliquem vſum corrumpitur frigiditate reſpirationis. 15

Quinta ratio. Quod vlterius probatur, quia ſi remittitur, non manet: neq; operabitur, ſi non manet: ac ſi nihil agit, non conſequetur natura finem ſuæ productionis: quod ſi non conſequitur, euidentiſſimum eſt, eſſe impertinentem, ac potius nocuum & morboſum. 16

Sexta ratio. Inſuper probatur validiſſima quadam ratione, quæ videtur habere vim demonſtrationis. Quippe ſtatutum eſt ab his autoribus, ob huiuſmodi gradum additum, inter alios vſus naturam animalibus reſpirationem conceſſiſſe: ſed conſtat, id intelligendum fore, dum animal naturæ legib. exiſtit ſanum, ita vt quo magis creuerit is calor, etiam ad pondum neceſſum ſit reſpirationem quoq; creſcere: ſed nulla eſt maior, frequentior & crebrior reſpiratio, quam in orthopnoicis: ſed hi carent febre, & habent difficillimam reſpirationem: ergo non eſt ad compeſcendum gradum excedentem in ſanis: ſiquidem in his qui denſe reſpirant nullum habetur caloris augmentum, cui reſpondeat difficilius reſpiratio. ac ex conſequenti non eſt conceſſa ad compeſcendum gradum excedentem, ſed ad prohibendum ne creſcat aliquis calor, qui cordi & toti ſit præter naturam. Et de hac re hæc mihi ſufficere viſa ſunt. 17

DISPVTATIO II.

Differit de numero ſpirituum noſtrum corpus gubernantium, ac de cuiuſque natura & motu.

FVIT (& nunc et militat) & inter Philoſophos & Medicos contentioſa diſputatio de ſpirituum natura & numero: ſed maxime de eorum motu, tanquam de re ſummopere difficili, vt vix reperias duos vel tres autores in eadem re conſentientes: tanta eſt rei difficultas, & tot pro vtraq; parte ſeſe offerunt momenta rationum, vt quam partem teneas, minime ſcias. Ego tamen in hac parte, à primis huius rei principiis rem, Deo fauente, aggrediar, cæterũ breuiſſima tractatione: nam in reb. dubus & obſcuris, verborum multiplicitas longe magis veritatem obſcurat, quam patefaciat. Cui rei aliqua præmittere oportet, quæ id quod eſt ab eo modo quo eſt res de qua diſceptatur, ſeparet & diſtinguat, quo veritas ſuo iure eluceat magis. 1

Primum

2 Primum quidem ſit, *an in nobis ſint huiuſmodi ſpiritus*, de quibus controuerſia eſt. A qua hæſitatione breuiter nos expediemus, quamuis fuerint autores, qui aerem crediderunt, aut ſanguinis vaporem ſupplere officium ſpirituum, decepti Hipp. decretis, qui aliquando ſpiritum vocat *flatum*; aliquando *vaporem*, & non raro, *aerem*, vt in prog. dicens *Spiritus frequens*, intelligens per ſpiritum [illegible] ſpirationem, & aerem per ipſam attractum. Nam cum longiſſimis interuallis à vera ſpiritus ratione diſſideant, certum eſt, illum loquendi modum [illegible] dici per analogiam [illegible] ſiquidem Ariſt. euidenter diſtinguit flatum ab ſpiritu, eo quod [illegible] humor atten[illegible] [illegible] quid [illegible] non [illegible] ac ſpiritus eſt imperu[illegible] ordine ad indigent[illegible] ſeu vſum [illegible] b. non contingit, quia ad nullam acti[illegible], vt [illegible] inſtrumentum ex [illegible] V [illegible] pr[illegible]ter ſurſum: ſpiritus vbique [illegible] aere, aut vapore non [illegible] tamus ex ſpiritu quidem certe: ſic abeunte ſpiritu, ſpiramus, & morte corripimur, vt prob[illegible] reſpiratio in oper[illegible] reſpirationis: nam ſicut reſpiratio trahit aerem, illa quid[illegible] ſpiritum [illegible] quam qu[illegible] ea neceſſitate naturæ propterea probari poteſt. Siquidem noſtri omnium partes, calore fouente [illegible]. Quin[illegible] gent, quem ſuſcipere neceſſitudo ſpiritu impoſſibile eſt, ea varietate, quâ expoſtulat indigentia & vſus. Præter id quod ſpiritus operatur nullo iuuante, reliquæ vero corporis partes calefaciente indigent ſpiritu, idij, ſubito & repente ipſi euolant, & ſpirant. Præterea ſpiritus, vt medium, certo quodam modo copulat extrema: anima enim in corpore ſpiritu viuit, citra quem non poterit corporeas actiones exequi, quia ſic anima præſentiam tuetur & docet. Quod mirabile opus, neque aer, neque vapor præſtare poſſunt. Quo conſtat, in nobis ſpiritum eſſe, qui ſubſtantia ſit aere tenuior, lucidior, vndique mobilis, & ab ipſo aere & vapore diuerſa. *Spiritus an in nobis ſint corpus gubernantes.*

3 Præterea præmittere oportet, *ſi ſpiritibus opus habemus, quid vere ſit talis ſpiritus*. De qua re tres reperio ſpirituum definitiones, vt tres neceſſario ſunt eorum ſortes. Quarum vna, quæ quid propriè ſit in viuentibus corporibus, ſpiritus, docet, quatriplex explicatur eius ſpecies & natura: vna continet & pateſacit *naturales*, *animales* altera, & reliqua *vitales*. Spiritum quidem naturalem, ſed implantatum, in ſpecie definierunt nonnulli ſic: *Eſt pars ſimplex integralis, ſubtiliſſima, viuens*: & qui curioſius eum ſpiritum conſiderarunt, explicuerunt eius naturam & conditiones in duas, hac lege. Eſt quidem ſanguinis purior pars, quæ ſuas ſedes habet in humido tenui, eius partis cui cohæret; aliud ab ipſa ſpecie, quantitate vnum, corporis & animæ copula quædam, autor naturalis con[illegible]tionis, operum animæ inſtrumentum. At vitalem ſpiritum ſic poſſe definiri arbitror. *Eſt quidem ſpiritus vitalis, ſubſtantia ſubtilis, ex tenuiſſima & puriori ſanguinis parte à corde producta, qui vere in nobis imperium faciens, vndique mouetur, calorem & vim ſingulis partibus deferat.* Animalis vero ſpiritus eſt, *ſubſtantia etiam ſubtilis, aerea, dilucida, ex vitali ſpiritu, cum aeris beneficio, in cerebro genitus, vt virtus quædam à præcipuis membris reliqua deferatur.* *Spiritus quid ſit.* *Spiritus naturalis quid.* *Spiritus vitalis quid.* *Spiritus animalis [illegible].*

4 Quæ ſane definitiones ſic ſolum apud omnes autores in communi conſideratæ, maximam pepererunt difficultatem, & confuſionem. Quapropter decreui ſi: eas diſtinguere & explicare, vt conſtet, ex clara cuiuſq; natura & materia, ac ex diuerſo ſuæ generationis principio, & diuerſitate obiectorum & operationum, neceſſario tres eſſe conſignandas ſpirituum ſortes, ſpecie inter ſe diſtinctas, vt ex operum & obiectorum diuerſitate, diuerſas quoq; potentias venemur: ſiquidem principia quoq; ſortiuntur diuerſa. Nec inconuenit, animalem ſpiritum ex vitali fieri: nam ſic ſe habent omnia in corpore, licet ex vno fiant alimento actione naturæ, quod diuerſas naneiſcantur formas, iuxta diuerſitatem partium alendarum: & eadem ratione ex vitali, præmiſſis neceſſariis tranſmutationibus, fit animalis, ſpecie diuerſiſſimus, vt ſubtilior, & actionum præſtantiorũ autor, vt qui diuerſo modo, & ex diuerſa materia gignatur, & reficiatur. Præterea id explicare & diſtinguere neceſſum fuit, vt conſtet ad curationem vitiorum quæ ab ſpiritibus læſis procedunt, via & ratio.

5 Circa implantatum, ſeu naturalem ſpiritum, duo ſeſe offerunt explicanda. Primum, *eſſe partem noſtri*: & ſecundum, *ob id debere eſſe vitæ & nutritionis participem*, quod nulli aliorum ſpirituum ſorti conuenire poteſt. Partem vero eſſe integrantem hominis naturam, & cæteris perfectiorem, conſtat ex eo, quod prima omnium informatur, & interit poſtremo. Quod vlterius probari poteſt, quia euidentiſſimum eſt, eius calore reliquas partes indigere ad agendum, tanquam primo animæ inſtrumento. Quo etiam conſtat, ſi primum eſt animæ inſtrumentum, prius etiam debere informari quam reliquas partes, quas natura reducit ad actum ſecundum medio beneficio huius ſpiritus. Neque obſtat, non deeſſe qui ſtatuant, *hunc ſpiritum eſſe primum inſtrumentum, vt anima conſeruetur in corpore*, non tamen vt operetur, quia id beneficium temperamento tribuunt. Nam ſi quis rem maturius penſitet, repetiet, implantatum, ſeu naturalem ſpiritum, eſſe inſtrumentum primum ad vtrunque, licet prærequirat aliud communius, vt temperamentum, quod quidem licet commune ſit, non tamen eſt primum. In qua re ſtatuendum eſt, hunc calorem ſeu ſpiritum, non eſſe inſtrumentum primum ad quamuis animæ operationem, ſed ſolũ ad munia vegetabilia: quia eâ ratione dictum eſt Philoſophis, vitam, hoc eſt, vegetabilem, eſſe primam participationem calidi in humido: quo etiam efficitur vera pars quia viuit, eo quod nutriatur: quod opus aliis partibus non conuenit, ſicut illis, quia nullis ab eo conuenit miniſterium vegetabile (licet nutriantur) hoc eſt vegetationi inſeruire. Inſuper hic implantatus ſpiritus, ante aliorum generationem præeſt in membris, & inſuper ante partium configurationem in ipſis immerſus, cuncta diſponit ad nutum formatricis potentiæ, & ex materia conficitur puriori, & ſpirituoſiori ac humidiori ſeminis & ſanguinis menſtrui parte, vt qui futurus eſt pars prima & efficaciſſima ad omnia opera formationis, & diſpoſitionis pro forma ſuſcipienda, ac deinceps vitalia munia, & alimentoſa eſt exequuturus. Quod profecto fuit alterum propoſitum in huius ſpiritus explica- *Primum eſſe partem [illegible].*

plicatione: quippe hic vt inſtrumentum primum ad operationes partium integrantium formaliter concurrit, per analogam ſuam formam: quo fit, vt amiſſio eius ſit periculoſior, quam amiſſio alterius partis: non ſolum quia cunctas gubernat & moderatur, ſed & quia cum perit, difficilius reficitur, quam quiuis alius ſpiritus. Quo factum eſt, vt in peſtilentibus & veneficis affectionibus, tanta nobis incumbat huius ſpiritus cuſtodia atq; prouidentia. Verum quod viuat, probari etiam poteſt: quia communis eſt doctiſſimorum virorum ſententia, hunc ſpiritum nutriri: quod ſi ea Philoſophis multi negauerint, cenſeo intelligendum eſſe de reliquis ſpiritibus, non de implantato, quem partem principaliſſimam eſſe fatentur: idq; tenent, vt certum ac firmum, ita vt ſtatuant, huius ſpiritus nutritionem, propriorem & perpetuam eſſe, magis quam reliquarum partium: ſiquidem eius deficiente eorum nutritione & refectione, corpus perit quam ſi partes ſolidæ aliquo modo laborent. Ratio profecto eſt, quia non poſtulant, vt hic ſpiritus, aut hæc ſubſtantia per ſpirituoſa, aſſiduam nutritionem. Deniq; hic ſpiritus pars eſt à principio generationis integrans cuiuſq; membri ſubſtantiam: ergo ſi pars eſt, viuit: ſi viuit, nutritur: aut quia nutritur, viuit. Et conſtat, quia noſtri naturam complet, & vtcunq; hic ſpiritus euertitur, morbos creat: ſiquidem ſolum ſunt affectiones partium viuentium: quo factum eſt, vt ad huiuſmodi ſpiritum implantatum, ad nullam animi paſſionem pertinere poſſit primo & per ſe, quia motu caret, & lente reſoluitur, non ſubito & affatim.

Spiritum naturalem viuere & nutritionis participem eſſe.

Spiritus quidem vitalis, ſubſtantia etiam eſt ſubtilis, tenuiſſima ac ea puriſſima ſanguinis parte in 6
corde productus, & vere impetum faciens, calorem & vim ſingulis partibus deferens. Qua finitione conſtat, mille rationibus ab implantato differre: quia hic quietus, fixus, velut pars viuens exiſtit: vitalis autem nullibi quieſcit, ſed vndique mouetur: ille nutritur: hic augetur & per nouam generationem propagatur; ille viuit: hic vero minime: ille inſuper immerſus humido primigeneo exiſtit: hic vero ſolutus; liber & ſolus vagatur: ille inſtrumentum eſt animæ vegetatiuæ ad munia vegetabilia: hic autem medium eſt quo omnes actiones vitales eluceſcant, participatione eius per motum cordis & arteriarum: ille profecto ex principiis noſtræ generationis originem ducit: hic quidem ex puriori ſanguinis parte, ſeu ex vapore eius in corde: ille craſſioris eſt ſubſtantiæ, licet aliquid ſortiatur alterius conditionis: hic autem ſubtilioris, purioris & tenuioris naturæ. Quibus euidenter cuiuis vel mediocriter erudito conſtabit, mille modis hos ſpiritus inter ſe differre, ita vt nulla lege vnus alterius munera exequi poſſit, ſed vt ipſa ſunt diuerſa, ita & nos inter ſe longiſſimis interuallis diſſidere. Operatur enim in primis munia prædicta, præſtat vitalis ſeu influens & mobilis vim ſeu poteſtatem, & calorem quo in actum dirigatur implantatus. Cui ſane ſpiritui contingit, animi deliquia, ſeu defectionem concitare, dum à recto euariat in motu & debitis eius conditionibus, vt in conſultatione de *animi deliquio* latius expoſuimus.

Spiritus vitalis quid.

Spiritus vitalis in quo ab implantato differat.

At ſpiritus animalis, ſubſtantia eſt pari ratione ſubtilis, aerea & dilucida, ex vitali ſpiritu cum ae- 7
ris beneficio, vt in cerebro genitus, vt virtus quædã ab ipſo ad reliqua membra ſenſationi & motui ſeruiētia deferatur. Qui ſane ſpiritus quantũ differat à reliquis duobus, materia ſuæ generationis, modo, loco, & officio atq; miniſterij varietate, nemo eſt qui ambigat: cum certum ſit, implantatum in noſtris principiis originari: vitalē, ex puriori ſanguinis parte, hunc vero animalem ea vitali. Item in principio ortus genitus: vitalis & animalis indies pereunt, & indies propagantur: ille craſſioris naturæ & ſubſtantiæ, vitalis tenuioris & purioris: & animalis puriſſimæ & tenuiſſimæ ac ſplendidiſſimæ naturæ & ſubſtantiæ. ita vt opus nõ ſit omnia organa attingere, ſed ſatis ſit ſplendore, ſeu illuſtratione ſuas vires impartiri, ac ſuum miniſterium implere. *Inſuper* naturalis generatur in membrorum formatione: vitalis in corde: ſicut animalis in cerebro ſuſceptat perfectionem, & poteſtatem perficiendi ſua munia, quę longe diuerſa ſunt à naturali & vitali. *Præterea* naturalis nullum ex aere ſuſceptat beneficium: vitalis autem temperationem, cuſtodiã, & moderationem. Nam ob id dixit Ariſt. lib. de ſpiritu *Non eſt ſpiritus aer, ſed tamē affert aliquid natura ſpiritib. ipſis. quia refrigeratur, calfactus temperatur; & ab eo ſeparatur fumidum & exuſtum*: animalis vero inſtaurationem [illegible] ptat, non quidē nutritionem, quæ ſit corpulentiæ reſtitutio, quantumuis dixerit Hipp. *aerem per nares attractũ ſpirituũ ſubſtantiam in cerebro nutrire*: cum certũ ſit, illam non eſſe veram nutritionem. Inſuper præter hęc omnia, ſpiritus naturalis ſolum operatur circa ſe, & in loco vbi præeſt: vitalis vndiq; peruadens omnia alit, fouet, & omnia realiter peruadit, & attingit atq; calfacit, calore (quod mirabilius eſt) cuiq; parti proficuo & neceſſario: animalis vero licet à cerebro moueatur, ſolum ad oculos realiter peruadit, in aurib. & naſo quieſcit, guſtui quidem & tactui ac motui licet à cerebro egrediatur, ſiſtit prope exortum neruorum, & hinc ad ſingulas partes illuſtratione peruadit, ac fouet, & ad actum ſui miniſterii reducit: non quidem realiter, vt vitalis. Quibus profecto euidenter iam conſtare arbitror, corporis viuentis ſpiritus, tres neceſſario debere eſſe: nam iuxta operum diuerſitatem, conuenit conſignare duos ſpiritus, alterum vitalem qui vitæ muniis inſeruiat, & reliquum animalem, qui ſenſibus internis, ac motui famuletur: verum pro corporis integritate, & muniis vegetabilibus, alium conſignare eſt neceſſum, qui pars ſit viuentis ſubſtantiæ.

Spiritus animalis quid à vitali & naturali differat.

Quod tertio locu diſceptandũ propoſuimus fuit, *qualis natura & poteſtatis ſit cauſa agens & mouens* 8
ſpiritus, ſi vita & actiones vitales in eorum conuenienti & generali motu ſita exiſtunt. De qua re ſummopere controuerſum fuit inter autores, maxime neotericos, quorum maior pars ſtatuit, ab intrinſeco moueri, & ego etiam in iuuentute mea, cum librũ Praxis ſcriberem. *ca. de ſyncopi*, docui, ſpiritus vitales & animales ſua ſponte, ex cauſa aliqua commotos intus recurrere & foras exire, vt contingit in animi paſſionibus. Sed in hac vltima ætate mea maturius rei naturam conſiderans, prætermiſſis vulgi figmentis, (ſiquidem multi aſſerunt ſpiritus à ſe moueri, quaſi animatos: & alii, naturaliter inclinari ad omnes motus) placet quæ ſentio libenter explicare.

Spiritus mouens cauſa qualis naturæ & poteſtatis.

In qua

9 In qua re primo ſtatuendum eſt, vt ſint tres ſpirituum ſpecies [illegible] inter ſe, ratione motus ſe habere. Nam ſpiritus naturalis, vt pars no[illegible] mouetur, vt reliquę noſtri partes. & eandē ſedem à princ[ipio] [illegible], de quo nihil aliud in hac parte diſceptandū puto, cū nihil poſſit firmius dici. At ſ[piritus vi]talis, & animal[illegible]tum habent, & perpetuo exequuntur localem cæterum non ex innata natura, vt grauia & leuia, neq; à generante, neq; à ſibi inſita poteſtate (niſi obedentiali [illegible]) ſed [illegible] nimirū ab ea [illegible]tate cui miniſtrat, cuius mun[us] eſt, pro ratione indigētiæ [illegible] de ſ[illegible] ac dimouere [illegible] in motionis fortibus, vt neceſſitas [illegible] poſtulauerit, vt inf[illegible] [illegible] mirō modo inter ſe diffident ſpiritus vitales & animal[es] [illegible] [illegible] tum, vndiq; à corde vtrunq; [be]neficium ſuſceptant, diuer[illegible] ſis potenti[illegible] generantur in ſiniſtro cordis ventriculo, à facultate ſeu potent[ia] vegetabili ex vapore ſeu [illegible] ſanguinis parte, & in hoc opere [illegible]ctione media, à cordis [illegible] calorem ſuſceptam & vim maximam, quorum pars c[or]di inſeritur, & ibidem manet, te[mper]ans calidiſſimos illos [ſpiri]tus, quorum efficacia & calore operantur ſpiritus vitales in ip[ſo] [illegible] reliqua vero eorum pars, quæ [illegible] eſt per vniuerſum corpus, conſequuta fuit mirabilem poteſtatem, et adeo inſignem, vt quamcunq; in partem ierint, calorem eius conditionis, ac is eſt qui præeſt in parte, [illegible] poſſit, talem nimirum, qualem partis natura ad ſui cuſtodiam poſtulauerit: ſiue os ſit, ſiue caro, ſiue cuiuſuis alterius ſubſtantiæ tanta eſt huius ſpiritus poteſtas, & æquiuoca efficacia. Mouentur tam[en] [illegible] genit[i] à cordis vitali nuncupata potentia q̄ nos arbitramur eſſe, cordis & arter[iarum] [dil]ata[tion]em & compreſſionem. Huic & data eſt notitia vſus & indigentiæ miniſterii cordis, ad vi[illegible] & tutelam, adeo perenni m[otu], q̄ nec momento temporis ab eo deſiſtere poſſit: quin imo (quod [illegible] eſt artific[ium]) non ſolum no[uit] vſum in genere, videlicet tutelam innati totius corporis caloris, ſed & ſingulas eius mutationes, ac modos, vt pro indigentiæ & mutationis ratione, prædictos ſpiritus mouere ſtudeat, nunc celerius, o[lim] tardius, nunc rarius, nunc frequentius; ac primo nunc maiorem, nunc vero minorem copiam eorum diſtribuendo. Quæ omnia euidentiſſime monſtrant animæ paſſiones, qualeſcunque ſint. Quippe non minoris eſt cordis & arteriarum vſus circa ſpirituum miniſterium, q̄ circa caloris attemperationem & prouidentiam: ſi quidem vt animi paſſionum feritati ſubuenire poſſit, & animal tueri à reliquis ſpirituum paſſionibus, ipſi datum eſt cordi, ipſos vel celeriter agitare, ac diſperdere & diffundere, aut intra ſe præter modum continere: illud quidem depauperatas re[linquit] cordis & viſcerum partes, influentis caloris: hoc vero externas calore & colore priuat, nam circa ſpirituum prouidentiam hi ſunt motus, & hic eſt vſus, quib. cor & arteriæ ſatisfacere tenentur. Sic profecto hæc vitalis poteſtas cordi & arteriis inſita, hunc ſpiritum perpetuo curat per canales, ſeu cauitates arteriarum vndiq; diſtribuere, inceſſabili actione, non tamen ſemper eodem modo, ſed pro indigentiæ ratione, vt dictum eſt, neceſſitati & vſui præſenti ſatisfacit, variatis mille modis ſpirituum motionibus, vt ipſa ab indigentia, & beneficio animalis excitatur ac mouetur.

[illegible] modo demonſtrationis [illegible] inter ſeſe habere.

Spiritus vitales, & [illegible] [illegible].

10 Ante tamen quam hinc diſcedam, ſtudebo probare, hanc veritatem Hipp. confirmaſſe mirabili illa ſententia, quam adduxit li. de diæta, per hæc verba, loquens de caliditate cordis, ac de eius ſpiritu. *In hoc vero triplices circuitus ignis facit, inter ſe mutuo, intro ac foras terminantes: alios quidem ad cauitates humorū, Lunæ facultate, alios vero ad externam circumferentiam ad ambientem ſoliditatem, aſtrorum facultate, medios vero, & intro & foras terminantes, calidiſſimum & [fo]rtiſſimum ignem habent: qui ſane omnibus dominatur. omnia ſecundum naturam gubernans ſine ſtrepitu, tum ad viſum tum ad tactum in hoc anima mens prudentia, augmentum, motus, imminutio, ſomnum, permutatio & vigilia hic omnia gubernat, & hæc et illa nuſquam quieſcens.* Quæ profectò mirabili ſententia (non de corde, vt nonnulli p[ut]auerunt [illegible] de [illegible] calore, ſed de ſpiritu qui à corde procedit, intelligit: cuius efficaciam & beneficia explicat el[egantiſ]ſime. Nam [illegible] hunc ſpiritum, triplicem ſtatuit peragere circuitum alterū per venas, qu[illegible] [illegible] & [hu]mores redd[illegible] vitale alimentum: ſecundum per carnes & ſolidas partes, quo ſimilia [illegible] ſunt al[illegible]: re[liquum] intercorem, quo hic vegetior, calidior, & potentior ad plura & varia exiſtit. Sic [pri]mum explicuit per verbum illud *Ad cauitates*, hoc eſt, ad venas: ſecundum exprimit per verbum *Ad externam circumferentiam*: tertium vero patefacit per verbum, *Intro & foras terminantes: Qui dominatur, & omnia ſecundum naturam cuiuſq; gubernans*, vt dictum eſt, ſecundum diuerſas partes præbens vnicuiq; quod ſibi conuenit. Quas profecto, licet ſint diuerſæ, perficit, & hoc eſt eius imperium, hæc ſua poteſtas & præſtantia, quemadmodum antea ego dixeram, & Hipp. explicuit per hoc verbum, *Omnia ſecundum naturam gubernans ſine ſtrepitu*: & paulo antea dixerat eodem li. per hæc verba. *In ſumma ignis* (hoc eſt, hic ſpiritus) *omnia quæ in corpore ſunt ſecundum ſuum ipſius modum exornauit.* Nam certum eſt, ſigillatim in corde ſpiritum ea poteſtate, qua poſſit omnib. partibus ſubuenire, ſecundum cuiuſque indigentiam, ad nutum vitalis potentiæ dilatantis & comprimentis cor & arterias, vt quæ nouerit vſus & neceſſitatem cuiuſq; partis. Quod & ſingulari elegantia dixerat idem Hipp. per hæc verba: *Ignis n. omnia per omnia mouere poteſt*: multa n. antiqui per analogiam & allegoriam explicabant: non enim eſt ignis qui mouet, ſed vitalis poteſtas, quę nomine ignis ſubintelligitur, quia vſurpatur id quod mouetur, hoc eſt ſpiritus, ſeu ignis, pro re mouente: quippe explicatur ignotum per notius, nimirum potentia mouens & ignota, per rem notam & notiſſimam, [vi]delicet ſpiritum, calorem ſeu ignem. Sic profecto patri loquendi modo dixit, *motus ſiue circuitus tres fieri, per Lunam, per Solem, aut per Cœlum*: non quidem quod Luna, Sol, aut Cœlum moueat ſpiritū, ſeu calorē aut ignem ad illas tres partes, quas diximus, ſiquidem ſola potenti[a] vitalis id miniſterium [illegible] efficere, ſed q̄ Luna, Sol, & Cœlum, partes indigentes ſpiritu & calore diſponant ad illam neceſſitatem; videlicet, ad expoſtulandū maiorem aut minorem ſpirituum & caloris copiam: ſiquidē partes taliter a-

Cœlo & Sole ſic hoc vel illo modo diſpoſitæ, ea poſtulant maius aut minus ſpirituum ſubſidium, & reſpirationis aut pulſus beneficium. Namq; iis verbis etiam ignotum (hoc eſt, modus & diſpoſitio partium, aut earum indigentia) per notius explicatur, nimirum per motum caloris ad eas partes per vim motiuam pulſus, ex cuius varietate & motus diuerſitate venamur partium interiorum ſanam aut euerſam conditionem aut naturam: namq; pulſus differentias nemo eſt qui ignoret: cæterum partium diſpoſitionem, cuius ratione hoc vel illo modo variatur, omnes ignoramus, & non poſſumus cognoſcere, niſi per horum motuum varietatem.

Atque hæc eſt lex & ratio, cauſa & modus, quo hic vitalis ſpiritus mouetur: quod euidenter conſpicimus in animi paſſionibus, quibus ſubito commotis, pro ratione viſus, mille accidentibus premuntur animalia; non quidem quod ipſe ſpiritus (vt nonnulli falſo arbitrantur, & ego etiam eandem ſententiam aliquando probaui, vulgi opinione deceptus) moueatur à ſe, ſed quòd hæc vitalis facultas vndiq; dimoueat, & retineat, aut non moueat. In qua ſe ego dubito, hos ſpiritus, in timore, triſtitia vel ira, ab externis corporis partibus à ſe neque à facultate aliqua ad cor moueri & reuocari: ſed cenſeo, in his & ſimillimis paſſionibus non tranſmitti ab eadem facultate vitali, vt aſſueſcit ſecundum naturam, ſed intus retineri & conculcari, non ſine magno vitæ periculo, ſicut in lætitia & gaudio, & vltima ira partes profuſius & liberalius diffundi ab eadem facultate, ita vt non minus ſit vitæ periculum ipſis copioſius à corde diffuſis, quam vltra debitum intra cor coercitis & retentis: vtrunq; n. curat natura, aut cogitur alicuius vſus gratia exequi. Neq; eſt ratio alicuius momenti, dicere, *partes extremas, & faciem in his paſſionibus protinus refrigerari ac decolores fieri retroeuntibus ſpiritibus*, quia id ſymptoma certius & citius increſcit ſpiritib. non tranſmiſſis, quam retroeuntibus (vt vulgi eſt opinio) maxime cũ nulla appareat cauſa, quæ ipſos iterum ad cor repellat, aut repellere nec debeat, nec poſſit: Et probatur, quia retroceſſus nequit fieri à dilatatione cordis & arteriarum, ſiquidem tunc trahitur aer: neq; à compreſſione, quia ſpiritus eo tempore propellit à corde vndique: ergo nullo modo retrocedere poſſunt: vnde ſupereſt, verum eſſe, intus remanere: quorum defectu partes frigidæ & decolores fiunt, ſicut ad eas accedentes ſpiritus caleſiunt, & viuidiores apparent.

Spiritus animalis à quo promoueatur.

Spiritus quidem animalis licet etiam moueatur, non tamen vt vitalis: namque primo generatur in cerebro, non ex vapore & ſanguine, ſed ex illo vitali ſpiritu, per actũ vegetabilis potentię, vt efficitur vitalis in corde: cæterum altiori modo. Namq; ob conſortium animalis potentiæ, quæ in cerebro reſidet, huiuſmodi ſpiritus generatur altiorib. miniſteriis aptior, quanto præſtantiora ſunt opera animalis potentiæ, quam vitalis: ſic profecto ſpiritus qui in cerebro, per quendam coctionis modum, fiunt, partim remanent cum temperamento cerebri, eo nimirum, quod aptum eſt animales actiones iuuare, quietius, & præſtantius miniſterium acturus, vt inſtrumentum, ad eaſdem animales actiones, in cuius quiete antiqui Philoſophi prudentiã conſiſtere dixerunt, & nos cap. de *phrenitide* ſcripſimus, eius motũ deliria concitare. Partim vero ad ſenſoria & reliqua animalia miniſteria adeunt: qua parte recipiunt, & impreſſum deferunt characterem, ea ſigillatione & perfectione donati & inſigniti, quòd ſingulis ſenſoriis (quantumuis vnus ſit ipſe ſpiritus) præſtet poteſtatem, & efficaciam operandi iuxta naturam in eo organo reſidentem; opus quidem mirabile. Haud ſecus quam iecur præſtat humorib. aptitudinẽ alendi diuerſiſſimas partes: ac teſtes ſemini varias figuras genitoris in genito imprimendi. Namq; ſic in oculis viſionem: in lingua guſtum, & in naſib. olfactum, auditum in auribus, & tactum in cunctis partibus & motum exequitur & perficit. Cæterum in modo motus longe alter rẽ hanc conſiderare oportet: namque ſicut tales ſpiritus vitali facultate mouentur beneficio cordis & arteriarum, ita & animales operatione cerebri ſeſe dilatantis & comprimentis in ſenſorio diſſeminantur: non quidem vt vitales in propria ſubſtantia, ſed à cerebro, non admodum longius in cauitates quaſdam neruorum ex ortu propinquas tranſmittuntur: à quo loco, illuſtratione quadã ad extimas partes protenditur, qua illuſtratione quoduis inſtrumentum animale dirigitur in actũ ſui miniſterii; non quidẽ virtute animali delata, quia hæc in organis reſidet, ſed poteſtate communicata potentiæ in organis reſidenti, tanquam neceſſario ſubſidio ad operandũ. Secus res ſe habet in oculis, vbi ſpiritus pręſentialiter adeunt, ſpecies illuſtraturi & externũ aerem. *Inſuper* diſſident in modo diſtributionis, quòd vitales ſpiritus diſtribuit facultas compreſſis corde & arteriis: animales vero potẽtia cerebri dilatatiua & cõpreſſiua (licet de genere animalis cũ vitali) diuerſo prorſus modo. Namq; cerebrũ compreſſione trahit, quia ſubſtantia eius ſeſe comprimens maiora reliquit ſpatia, & ampliores fiunt cauitates (ſiue ſint ſpatia inter tunicas & cerebrum, ſiue quæ præſunt intra ipſius cerebri ſubſtantiã) quo neceſſum eſt impleri, vitandi vacui gratia, & ob id hac diſpoſitione trahunt aerem & ſpiritũ vitalem, quæ apta eſt materia ſpiritib. animalibus gignandis. At cum cerebrũ dilatatur in propria ſubſtantia, cauitates eius minores & anguſtiores fiunt, licet rarior fiat ſubſtantia, quo neceſſum eſt, euacuari, & pellere id quòd intra cauitates continebatur, & ſic hoc mirabili artificio ſpiritus tranſmittit ad organa, perſtatutos poteſtatem operandi. *Præterea* animales ſpiritus non efficiunt motiones ſubitas & momentaneas, licet ſemper ſint in motu & illuſtratione ad ſenſoria: tamẽ in hoc ẽt differunt, quod vitales nunquã deſinunt diſtribui & operari diu, noctuque, ac dormiendo & vigilando & ob id maximum eorum afficitur diſpendium: animales vero inter dormiendum, licet ẽt continuo tranſmittantur, minus laborant, neq; diſſipantur (etiam ſi cerebrum nuſquam quieſcat, neq; deſinat dilatari & comprimi) quinimo plurimum reficiuntur: vitales vero inter dormiendum longe magis diſſipantur, ſicut animales vigilando reſoluuntur, & pereunt ſummopere in ſenſuum ac motus operationibus, quo neceſſum eſt ſuper dormire, alioqui quam citiſſime diſſiparentur: ſicut ad vitalium refectionem ſatius eſt vigilare, quia minus laborant quã noctu, in qua coctiones vegetabiles intenſius fiunt.

DISPVTATIO III.

Diſſerit de natura & generatione ſudoris, ac de eius differentiis: nec non de materia & efficiente, ac de cauſa ipſum expellente.

1 QVANTVMVIS ſudorificas excretiones vulgus arbitretur, res eſſe omnib. notiſſimas, &(vt ferunt) lippis & tonſorib. manifeſtas, rei obſcuritas, opinionum varietas, contrarietatum multiplicitas, res eſſe abditas & mille dubitationibus plenas proculdubio oſtendunt: ſiquidem plures habet ambiguitates, quam ſint partes quib. ſudor quiuis conſtat. Siquidem in vnaquaque parte, aut cauſa materiali vel efficienti tot ſeſe offerunt dubia & obſcura atq; incerta dogmata, & tot autorum ſententiæ, quod vix poſſis vnam conſtituere aſſertionem, quæ multis placere & ſatisfacere poſſit. Quapropter in hac diſputatione ſeorſum & ſpecialiter decreui de cuiuſq; partis (ſiue materialem ſiue efficientem cauſam conſideres, ſiue generationis locum, tempus & modum) ad amuſſim diſputare: & cuiuſque etiam ſubortas dubitationes abſoluere & enodare, quo facilius ex ſudoribus poſſis, vel corporis diſpoſitiones noſſe, vel quid futurum præſagire, aut curare quidquid in ſudoribus fuerit morboſum & præter naturam. Sumam tamen initium à ſudorum materia.

2 Circa ſudorum materiam (nam de hac primo agere inſtitui, quo clarius conſtet eorum natura & definitio) non pauca ſe nobis offerunt diſcutienda ob autorum varietatem in eius cognitione. Quippe è a communi veterum ſententia conſtat, *ſudorem eſſe excrementum tenue tertiæ coctionis ex potulenta ſubſtantia in iecore prim alterata, & tam ſanguine per venas tranſmiſſum, cum humorib. alituris per inſenſibiles corporis vias naturæ actione ſenſibiliter excretum.* Qua profecto ſolutione nil cenſeo in hac re eſſe difficilius, neq; obſcurius, licet primo acceſſu videatur apertiſſima & veriſſima. Nam ſudorem eſſe excrementum tertiæ coctionis, & eius materiam eſſe potulentam & ſeream alimentorum ſubſtantiam in iecore ſeparatam, & per venas delatam cum ſanguine, non ſatis inter ſe cohæreot. Ratio profecto eſt: quia ſi ſudoris materia in iecore ſeparatur, vel ibidem ſuſceptabit formam ſudoris, vel alibi: non quidem in iecore, quia licet vrina & ſudor eandem formam in iecore videantur ſortiri, nequeunt in ea parte perfici & efformari, quod nemo negabit. quo ibidem careant conditionibus requiſitis neceſſario ad ſuæ naturæ integritatem. Quis enim concedet, ſudorem in iecore efformari, & ab eo per corpus diffundi? ergo neceſſum erit, & ex communi omnium conſenſu, *in tertia regione*: In quo ego etiam cum illis conuenio: cæterum non ex coctione tertiæ regionis, licet per tertiam regionem expurgetur. Quod profecto tribus modis probo. *Prima*, quia ſi id eſſet verum, ſemper ſudarent homines, quia nuſquam tertia regio deſiſtit à ſua coctione, & eo magis ſudarent, quo ipſa perfectius concoqueret, quia ſemper adeſt prædicta materia cum alitura ſubſtantia: ergo ſi coctione tertia illud vt excrementum tertiæ coctionis ſepararetur, ſemper indubitanter appareret: ſed non ſudant homines niſi infirma natura ex ſe, aut ex copia vel tenuitate humoris: ergo non eſt hæc legalis materia ſudoris modo dicto ſeparata. *Secundo*, quia tertiæ coctionis naturale excrementum ſolum elucet per inſenſilem halitum, vnum, & aliud craſſum ad pilorum, vnguium, & ſordium productionem: ergo non eſt credibile, licet per eam partem expellat natura ſudorem, ibidē per dictam coctionem efformari, quia nuſquam erumpit, vt naturale excrementum perpetuo, & neceſſario & inceſſanter, ſed cum cauſæ ad eum generandum ex occaſione accedunt: quod naturalibus excrementis non contingit, ſed his quæ ſecundum naturam fieri poſſunt, vt dictum eſt. *Tertia* quidē & vltima ratio eſt, quia creditu videtur difficile, ſi ſerea ſubſtantia ſolum eſt ſudoris materia, in vna & eadem parte carnoſa, vbi ſeparatur ab alitura ſubſtantia, in formam vaporis mutari, & in eadem ſudoris formam ſortiri, cum ſint adeo diuerſa opera, quod videantur prorſus eſſe contraria; vt ſunt euaporatio & concoctio. Ex quo inferendum neceſſario eſt, aliter eſſe conſideranda, & formam aliter illi tribuendam, & nulla ratione concedendum, eſſe merum tertiæ coctionis excrementum.

Sudoris materia.

Sudorem non eſſe tertiæ coctionis excrementum.

3 In qua re ego ita ſentio, nimirū, ſudorem eſſe excrementū: non tamē tertiæ coctionis (vt ipſi profertunt) ſed tertiæ regionis, h.e. per tertiam regionē excretum: cuius antecedens materia eſt, quidquid in corpore aliqua euaporationis cauſa euaporari ſiue mutari in halitum ſenſibilem pōt, ſiue humores ſint morbum facientes, vt in criſibus, ſiue ſerea potulentaq; ſubſtantia, ſiue quidquid humidum in vaſis continetur, vt conſtat in exercitio, aut inſolatu, vel ignis approximatione, aut animi paſſionibus, in quib. aliquid circa cor, aut in toto efferueſcit. Quam ſententiam eleganter ſcripſerat Hipp. li. de fla. dicens: *Cum flatus ingens*, hoc eſt humiditas vaporoſa, febrilis & calida *ad meatus corporis irruit, ſudores fiunt: ſiquidem ſpiritum compactum in aquā tranſmutatur*. Et li. 4. *de morbis*, ſimili modo in vaporē verti refert, quidquid ſudorem effecturum eſt. Et pari ratione antea *li. 1. de morbis ac in ſanis li. de locis aqua & aere*, vt latius inferius explicabo. Qui ſane vapores geniti in vaſis ex prædictis materiis, quas, vt fert definitio, ſeparauit, efformauitq; iecoris facultas, adeuntes ad partes carneas, & cutaneas (quia ipſis vaporib. temperatiores & ſolidiores ſint) id ſit in morbis febrilibus, ſiue quouis modo prodeant, quia non opus eſt cutē frigidā eſſe, ſed minus calidam: nam cū vapor calidior exiſtit, ob ignis aut febris incendiū homines nō ſudant, quia longe antea reſoluitur, aut cū vapores nil lentoris ſortiuntur, tenues ſunt, facilius reſoluūtur, quā cōcreſcant, formāq; ſudoris ſuſceptēt, & potius per poros euolāt: nō quidē, quod excremēta ſint illius tertiæ coctionis, ſeu nutritionis, ſed quod aliūde ad eas partes trāſmiſſa, per tertiā regionē expellēs facultas

Sudor excrementum eſt tertiæ regionis.

more aliorum excrementorum tertiæ coctionis expellit. Vt dixerat expreſſis verbis Hipp. *li. 1. de morbis & li. etiam de flat.* in exemplo de aqua feruenti & euaporante ad rem denſam, vbi in aquam concreſcit. Quibus ſic intellectis, integra manat definitio prædicta: cæterū aliter explicata, q̄ primo acceſſu ſonat.

Carnem raro exſudare ex ſe quia ſudor ſit præternaturam.

In hac etenim re (vt clarior euadat) duo mihi magni momenti ſeſe offerunt enodanda. Primum ſit, ſtatuere, *raro carnem, ſeu tertiam regionem, ex ſe & ex propria paſſione exudare, quia ſudor ſit prorſus præter naturam & diaphoreticus.* Alterum vero, *raro etiam venas & humores earum per inſenſibilem halitum purgari, dum in eis humores abundauerint, aut vitioſi fuerint.* 4 Primum quidem ſic probari poteſt, quia cum ad ſudorem neceſſarium ſit attenuare ſuccos, & in vaporem mutare: & carnis munera natura ſemper intendat craſſiorem formam comparare, videtur perdifficile, ab eodem agente ambo hęc fieri poſſe, niſi per ſeparationem excrementorum variæ ſubſtantiæ ab alimentis, vt de ſorde & inſenſili euaporatione conſtat: at eundem humorem, & eadem parte, & ab eodem agente ambo hæc fieri, non eſt ita facile; quod ſi aliquando fiant ex carne exudationes (quas ſic licet nuncupare) hæ profecto ſunt diaphoreticæ, vt ex rorida & nutritoris ſubſtantia, aut ſpirituoſa, ipſis ſpiritibus in ſudore cum vaporibus diſſipatis, quo partes ſuperiores cernimus in diaphoreticis copioſius exudare, quia copioſiori abundant ſpiritu, idq; non quidem à calore partis natiuo, qui id nuſquam ſcit, neq; poteſt efficere, ſed ex cauſa aliqua prorſus pręter naturam, & efficaciſſima, quæ naturam perdat, diſſipet, & pati potius, quam agere cogat. Et ob id huiuſcemodi ſudores in animalis incommodum prorumpunt, quinimo ſemper pernicioſiſſimi ſunt, & nunquam ab aliquo malo liberant. Quod ſi quis dixerit, *optime poſſe eandem carnem euaporare, & ob craſſitiem vaporis in eadem carne concreſcere id quod per inſenſilem halitum aſſueſcit pellere*, expendat, id homini ſano non poſſe contingere, nam ſanus per inſenſilem halitum diſcutit excrementum tertiæ coctionis: carnes enim, niſi male affectæ ſint, ſalubrius euaporant inſenſibiliter, & pernicioſe ſudant vi & efficacia cauſarum: nunquam enim tenue excrementum ſenſibiliter excernitur, niſi aut defectu caloris innati, vt in vlceribus, aut patiente ipſo calore & ſubſtantia, vt in diaphoreticis ſudoribus.

Venarum abundantiam raro per inſenſilem halitum purgari.

Secundum, quod non minus difficile mihi viſum fuit, eſt, *raro aut nunquam venarum abundantiam, aut vitium per inſenſilem halitum purgari*: 5 frequentius tamen & ſalubrius per *ſudorem*, quantumuis, cum naturæ lege corpus ſe gerit, inſenſibiliter cum fuliginibus aliquid perpetuo per poros & extrema vaſorum euaporet. Quippe cum ſucci abundant, aut vitioſi ſunt, ſatis naturæ eſt, ipſos poſſe concoquere, & in aliquam ſubſtantiam, aut craſſiora excrementa mutare; nam ſenſibiliter purgare, ſanioris eſt naturæ & robuſtioris potentiæ, non languentis, & onera vel malitia ſuccorum oppreſſæ. Quod ſi quis dixerit, *pueros à maximis & vehementiſſimis morbis venarum & totius corporis non raro inſenſibili euacuatione, aut ſomno liberari*, expendat, id quidem verum eſſe: cæterum fieri materia venarum euaporante in carneam ſubſtantiam, quæ potenter eam diſcutere (ſic in vaporem verſa) & inſenſibiliter digerere nata exiſtit: quia plurimo abundat calore innato, & ob id antequam in ſudorem concreſcat, vi huius caloris diſſipatur, niſi admodum fuerint vapores craſſi, & cutis denſa, nam tunc copioſiſſime ſudant pueri. Neque eo inficias, in adultioribus, ob raritatem pororum & caloris præſtantiam, id quoq; poſſe contingere, in exquiſitiſſima victus ratione & vitæ obſeruatiſſimo modo, maxime quando ſuccorum quantitas non eſt admodum copioſa, & eorum conditio non admodum maligna, craſſa, aut alio modo vitioſa: vt conſpicimus in morbis qui paulatim, ſine manifeſtis excretionibus ſoluuntur, & in conualeſcentiis ſalubrium morborum. Cæterum maiori ex parte prædictum dogma veriſſimum eſt, & experimento quotidiano confirmatum: ſiquidem nuſquam morborum pleriq; tuto terminantur citra euacuationem notatu dignam, arte aut natura factam. Quod etiam probatur: nam cum citra hoc beneficium, naturę, aut artis, ſucci ad partes carneas adeunt loco nutritionis, ſcabiem, aut cutis fœditates, vel vltimo inutiles ſudores contabeſcentiam concitant, Medicis quibuſdam cauſam horum ſymptomatum ignorantibus: qua deceptione ſeducti, citra legale præſidium, laborantes perdunt. Conſtat igitur tanquam verum, ſudoris materiam eſſe, *quidquid in corpore euaporari poteſt, ad carneſque & cutim adire, ſiue humor aliquis ſit, ſiue ſerea ſubſtantia, aut potulenta cum ſanguine ad venas tranſmiſſa, quia vapor optima & immediata ac proxima ſudoris materia exiſtit.* Quæ autem tria, humor nimirum aut ſuccus, vapor & ſudor, inter ſe vere & realiter differunt, quia non capit intellectus, eandem eſſe vaporis, & humoris, & ſudoris formam, cum accidentia conſeruatiua formæ prorſus in humore pereant, vt fiat vapor, & in vapore etiam pereant, vt fiat ſudor. Haud ſecus quā comperimus, exhalationem à terra, nihil terrenum obtinere, neque iterum in terram poſſe conuerti, cum prorſus exhalatio grauitate deſtituatur, quæ proximum eſt formæ eius accidens, licet aliquando in quibuſdam elementis viſum ſit iterum ad antiquum principium vaporem remeare: cæterum in miſtis perdifficile eſt, ita poſſe cogitare. In hac etiam re ſunt qui ſtatuant, in morbis qui per criſim ſunt terminaturi, ſi bilis cauſam præſter, ipſam deponi ex venis ſub propria conſiſtentia, quin vertatur in vapores, quia cenſent ob facilitatem & tenuitatem, ac leuem reſiſtentiam, quia lentore caret & friabilis eſt, antequam euaporet, per ſudorem abire, ſimul cum aliis vaporibus in cute in aquam verſis. Quibus dicendum eſt, longe tenuiorem, & minus lentam materiam ſortiri quintas eſſentias, quas ſcimus facillime in vapores abire, nedū bilis, quę craſſior multis numeris exiſtit, & neque bilis friabilis eſt, neque prorſus lentore caret: præter quam quod ex friabilibus & lentore orbatis vapores extrahimus & aquam chimica arte. Namq; à quauis re, dum miſta ſit, quod tenue, aereum & aqueum, citra dubitationem extrahere poſſumus arte, nedum quod natura id poſſit efficere. Probant quidem hanc veritatem copioſi ſudores morborum ex melancholia orti, & maxime in febrib. quartanis. Præterea quod ait Hipp. *1. de morbis*, quod à pituita & bile quod tenuiſſimum eſt, liquatur, hoc eſt attenuatur & vapor fit, & cum ſpiritu permiſtum foras emittitur: non quidē dicit in propria conſiſtentia (vt hi autores autumant) ſed vapor fit. Quapropter optime dictum eſt, ex

qua-

quauis re quæ in vaporem verti poſſit (quantumuis craſſa ſit) vt in tophis & melancholicis, aut pituitoſis morbis conſpicimus, quia ſolus vapor (ſiue ſolus, ſiue ſpiritu, aut quauis alia re admiſtis iuxta diſpoſitionem aut indiſpoſitionem corporis) immediata eſt ſudoris materia. Sic n. Hipp. dicit loco citato, *Ha quidem huiuſmodi, & ab his ſudor generatur*. & vt idem ſtatuit, neceſſum eſt, adhuc, quod tenuiſſimũ eſt, in vaporem abire: quod vt fiat, craſſum tenuari oportet. Itaq; neceſſum eſt prius attenuari & liquari, & poſtea in vaporem conuerti, vt ex eo ſpiritus foras exire poſſit, qui ſpiritus ſolum eſt vaporis pars vlterius attenuata. Quam ſententiam etiam protulit idem Hipp. *li. de flat.* & omnium antiquorum communis ſententia extitit, & mille experimentis confirmatur.

6 Ad cauſam igitur ſudorem generantem accedentes, duo nobis conſideranda ſeſe offerunt. Primum *quando ſudorem ex prædictis materiis cauſa efficiens producat & efformet*. Secundum, *quanam de cauſa à corpore ſudor expellatur & prorumpat*. Circa primum, (vt antea diximus) ſtatuendum eſt, ſudorem, neq; excrementum tertiæ coctionis eſſe, neq; ab ea coctione ſeparari, licet per tertiam regionem expurgetur, vt dictum eſt. In qua re conſectandum erit, ſudorem plures expoſtulare cauſas, quæ ante ipſius propulſionem præeant, & quæ varias prius præſtent materiæ ſudoris transmutationes & formas ante vltimã & integram eius formam. Quippe primo in ſudoribus criticis, & reliquis ſecundum naturam factis innatus venarum & totius corporis calor, coquens materiam attenuat, & in vaporem partes eius maiorem & tenuiorem commutat, & ſic per corpus vndique vapor diffunditur (quia vndique ſunt venæ, & partes quæ proprio aut aſcititio calore, liquare poſſunt) amiſſa prorſus præexiſtentis humoris, vnde producitur, forma, licet aliquid humoris remaneat, quo non raro in ſudantibus frequentius, quam in iudiciis per alias euacuationes recidiuæ ſuccreſcunt, quas ſoluunt deinceps alii ſudores: qui vero vapor contractus ex calore coquente aut efferueſcente ob exercitium, vel inſolatum, poros aperit, & foraminula partium laxat, atq; dilatat, adiens ad carneas & cutaneas partes (cum minori conſtent temperie, quam ſit ipſe vapor) nulla facultatis vi aut poteſtate formam ſudoris aut aquæ induit: haud ſecus quam in his exteriorib. vapores in aquam concreſcunt, ſolo adhæſu ſolidioris ac temperatioris & minus calidæ ſubſtantiæ. Qua via intelligere oportet autores ſtatuentes, ſudorem eſſe tertiæ coctionis excrementum: non quidem, quod ſeparetur in carnis generatione, aut coctione tanquam neceſſarium & peculiare excrementum ipſius: ſed quod in parte formam ſuſcipiat, & per eam more excrementorum tertiæ coctionis expurgetur. Quod ſi quis ob antiquum de hac re conceptũ miretur noſtratæ explicationis, expendat, veriſſimum eſſe, materiã ſudoris ſeparari in ſecunda regione, aut (vt generalius loquar) in omni genere venoſo ibidem ſuſcepta vaporis conditione, ea qua, vt ex immediata, vltimam formam in tertia regione adipiſcitur in aquam verſus. Namque ob id iudicatorios ſudores confeſſum fuit apud omnes, venoſi generis morbos ſoluere, quod à materia peccante, & morbũ faciente in prædictis partib. coctione præmiſſa, per actionem caloris, mutata in vapores, formam ſudoris capeſſit, & foras pellitur haud ſecus quam per reliquas euacuationes natura morbos iudicat. Quo etiam fit, vt vitia venarum tertiæ regionis, mirum in modum per ſudores arte aut natura commotos curentur, vt cõſtat ex ſudorib. ab exercitio: aut medicamento aliquo intus ſumpto, dum nactum fuerit ſuccos naturæ modum ſeruantes, aut ſecens in venis totius aut partis (iuxta dictũ antiquitus, *Vbi ſudor ibi morbus*) tentare, ac in calorem & feruorem agere, & in vaporem commutare, vt ſudorifica auxilia efficiunt.

7 Supereſt nunc in hac eadem re inquirere *qualis conditionis futurus ſit calor qui id opus euaporationis, raritatis, & tenuitatis poſſit efficere*. Cum certum ſit, caloris id munus eſſe, non quidem vt propria ignis paſſio conſideratur, ſed vt accidens eſt commune, quia ſi vt propria paſſio raritatem & tenuitatem operaretur, ſemper id efficeret, & conſequenter tendens ad ſummum caloris gradum; quod non ſequitur ex calore vt calor eſt, & vt commune accidens conſideratur, vt in hoc euaporationis munere cõſiderandum eſt, quia non ſolum diſponit ad calorem, ſed ad quamlibet aliam qualitatem, quia attenuat & incraſſat, ac alias accerſit qualitates. Vnde conſtat, caliditatem non eſſe connaturalem tenuitati, niſi cum tenuitas ea calore procedit, nam terra attenuata nullam habet cõnaturalitatem cum calore. Ex quo etiam inferri poteſt, quod licet vnio ſit miſcibilium alteratorum vnio, cum hoc tamen ad diſpoſitionem peculiaris formæ qualitates diſponunt miſtionem: ſic profecto, quæ calore attenuantur, calore ſibi acquirunt, non tamen quæ attenuantur alio modo. Quippe conſpicimus, calorem ſupra modum adauctum, non protinus natum eſſe ſudorem mouere: ſiquidem in ardentiſſimis febribus raro aut non ſemper ſudores ſuccreſcunt, quantumuis calor ingens ſit, neque in æſtuoſiſſimis regionibus: quia cum pori ſint plurimum aperti, ante concretionem euolant per inſenſilem halitum: inſuper diminutus longe minus ſudores conciare viſus eſt, quia languida corpora, defectu caloris nunquam ſudant, niſi ſuo magno malo. At vero moderatus calor, & in natiua conditione exiſtens, nunquam ſudores mouet; quia cum certum & euidentiſſimum ſit, calorem ſanorum potius per inſenſilem halitum, naturaliter quidquid ſuperuacuum congregat, expurgare, difficile videtur, cui horum calorum tribuendum ſit ſudandi munus.

Ratio difficultatis eſt, quia videbatur maioris opus eſſe calore ad reſolutionem per inſenſilem halitum, quam ad ſudoris prouocationem: & contrarium monſtrat euentus, vt dictum eſt. In qua quidem re ſtatuendum fore iudico, ſana corpora plus poſſe ſuo natiuo calore ad moliendam reſolutionem vaporum, & cuiuſuis alterius ſubſtantiæ per inſenſilem halitum, quam cum calor à iuſto deficit, aut exuperat, quia ſana corpora poros habent ſecundum naturæ legem huic miniſterio aptos: humores inſuper naturali modo compoſitos copia & conditione: calorem præter hæc omnia adæquatum huic reſolutioni muneri: quia ſe habent hæc omnia conſonanter. Quippe in actionibus vitalibus plus poteſt naturalis, moderatus & genuinus calor, quam excedens & elementalis,

quia

Sudoris generatio quando.

Sudoris generationi quis calor conducat.

quia hîc potius vrit, & conatur in ignem omnia vertere, quam aliquid ſecundum indigentiam indiuiduí molui. Sic enim in febrientibus calor extraneatus nequit (neque in reliquis morbis) ſufficienter reſolutionem humorum exequi: tum quia humores copioſiores ſunt, quam par ſit, ita vt tanto minus reſoluat, quanto naturalem menſuram humores excesserint; maxime ſi affecti fuerint conditione inreſolubili, dura, denſa, craſſa & viſcida, tunc enim ſi calor vehemens ſit, potius vrit, quam naturali modo reſoluat, & ob id ſatis eſt eos mutare in meliorem conditionem (ſi pernicioſus non ſit calor) manẽte ſubſtantia: nam cum plurimum augetur, ſi humores fuerint nimis tenues, diaphoreticum ſudorem concitabit, & ignis inſtar, ipſos & ſubſtantiam colliquat, aut ſalubriter reſoluit, non quidem coquit; ob immoderantiam caloris, ſed veluti aſſat & vrit, aut per aliquam partem intempeſtiue cogit naturam pellere. Conſtat etiam, diminutum calorem non poſſe, neque reſoluere, neque ſudores mouere: vt euidenter conſtat in mendoſis ſudoribus, qui ſolum à corporis medio ad ſuperiora prodeunt, deficiente calido in partibus à fonte caloris diſſitis, quo in eis partibus, neq; humores funduntur, neque exuaporant, neque partes illæ ſudant. *Denique* calor, vt eos conciter ſudores, neceſſum eſt exiſtat moderato maior, tum copia, tum conditione: quod probat puerorum calor, qui ob copiam ipſius quam facillime ſudant (niſi tempus frigidum prohibeat) & per inſenſibilem halitum purgat vtrunque vero ex vi caloris innati, & ex vbertate ſuccorum. Quod etiam conſtat in ſudoribus ab exercitio concitatis, quia prodeunt caloris natiui augmento, citra mutationem qualitatis: creſcit n. calor exercitio, inſolatu, & ſimilibus, vt in Vere contingit, in quo internæ partes calore natiuo fouentur, & in quo humores exiſtentes ſecundum naturam, quodammodo mutantur, & veluti incaleſcunt, & in ſudorem prorumpunt, potius quam in halitum, tantum quidem, quantum calor ab his cauſis creſcit, & humores mutati fuerint, ſi huiuſmodi mutationes extremæ non ſint. Quod euidenter cõſtat 5 *apho. 6.* ſiquidem Hipp. ea parte ait: *Quando Aeſtas fit Veri ſimilis* (non cum æſtuoſa nimis exiſtit) *ſudores in febribus multos expectare oportet:* quod confirmat *li. de locis, aqua & aere*, & Ariſt. 2. *proble* 36. & 37. Nam ſimiliter febres, quæ nactæ fuerint aliquo modo benignos humores, ſi calore natiuo corpus polleat, plerunque per ſudorem terminantur. Quo conſtat, calorem ſudorificum, moderato debere eſſe maiorem aliquo modo, cum humorum ea copia & fuſione, qua reſolui inſenſibiliter non poſſint. Quam etiã ſententiam docuit Hipp. *li. de fla. in medio & 2. prog.* 26. quibus locis calorem tantum attenuantem, neceſſarium fore ſtatuit, non tamen huic muneri ſufficientem: & confirmat 1. *de morb.* addens, *humorum liquationem eſſe quoque proficuam medio calore euaporante.* Qui ſane vapor cum ſpiritu permiſtus expellitur, dummodo intelligatur ſub forma aquæ, quia tune vere eſt ſudor: *vt explicuit Gal. 2. potu. parte 2. com.* 27. Neque ob id credendum eſt, vaporem ſudorem effectum à calore poſſe ſumere principium ſui motus à centro ad circumferentiam, quia tenuitas materiæ ex innato principio ſolum habet ſurſum moueri: quod ſi ad circumferentiam moueatur, id ex loci natura, & prohibita aſcenſione ſurſum prouenit, non ex calore attenuante; alioqui ſudores omnes eodem modo, eadem ſignificatione, & ad eundem finem tenderent: quod in medicis conſiderationibus abſurdiſſimum foret.

Sudorem à corpore qua cauſa ſeu poteſtas expellat.

Secundum quod in hac re conſideratione eſſe dignum ſtatuimus, proculdubio fuit, ſcire (co- 9
gnita materia ſudoris, & cauſa efficiente ac mouente vapores, itẽ loco & cauſa vaporem commutante in ſudorem) *quæ ſit cauſa, ſeu poteſtas quæ ſudorem à corpore expellere nata exiſtat.* De qua re non deſunt qui cenſeant, vt vapores (alioqui ſudorum immediata materia) à ſola caloris poteſtate, vt calor eſt, citra alterius potentiæ a vegetabilibus, vitalem actionem produci. Nam licet proprium ſit caloti, vndique euaporationem, quam efficit, agere, & ad omnem ſuam ſphæram expandere, non ob id credendum eſt, non opus eſſe alia poteſtate, quæ hunc motum exequatur: neque ſudores, vt nonnulli cenſent, ſua leuitate mouentur ſurſum, & expelluntur citra alterius facultatis expultricis vitalem efficaciam, ita vt extra corpus ſuo motu erumpant. Quod ſane decretum innititur fundamento non ſatis à Medicis neque à Philoſophis probato neque conceſſo. Nam primo vaporem & ſudorem eandem ſubſtantiam eſſe realiter, à ratione prorſus videtur alienum, ſaltem in corporibus animatorum, ac etiam in reliquis difficilimum habetur, controuerſum & non ab omnibus probatum. Quo ſuppoſito (*vt ante dixeram*) ſtatuendum eſt, ſi diuerſæ ſunt ſubſtantiæ, diuerſa neceſſario ſortiri agentia, & in diuerſis locis, & pari ratione diuerſo modo à corpore eſſe expellenda: non quidem more vaporum in rebus inanimatis, qui ſurſum per canales, aut per medium aerem ſemper aſcendunt, aut ad latera, ſi impediantur: ſed craſſorum excrementorum inſtar: ſiquidem vapores non migrarunt in aliam ſubſtantiam, quæ expoſtulet vim & poteſtatem quæ vndiq; ſudorem poſſit vitali & regulato modo expellere: cuius naturæ eſt carnis & venarum expultiua potentia. Neq; ob id credendum erit, ſudores eſſe tertiæ coctionis excrementum, nam (*vt antea diximus*) ſatis eſt concedere, expurgari per tertiam regionem & per potentiam quæ reliqua excrementa tertiæ coctionis expellit. Quippe id eſt naturæ inſtitutum in expellendo, quod quidquid alienum ipſi acceſſerit, pellat, ſiue id reſultet à coctione & ſeparatione vtilis, ſiue aliunde illi tranſmittatur, haud ſecus quam amplectitur & coquit omne familiare & ſimile. Nam ea eſt excrementi ratio, vt conſtat ex Gal. *6. de ſan. tu. cap.* 1. Quod ſi quis dixerit, neceſſariam eſſe ſenſus actionem, vt irritetur natura ad pulſum, & nullum eſſe in ſudoribus irritamentum, expendat, plantas etiam citra ſenſum expellere.

Cæterum, vt clarior ſuperſit difficultatis enodatio, præmittendum eſt, in animalium corporib. 10
vapores nec moueri ſurſum, vt in inanimatis & in libero aere, neque eo modo ita libere extra corpus exire; quia ſi ita eſſet, ſemper in ſuperioribus partibus apparerent ſudores. *Præterea* ſi ſudores ſequerentur modum naturæ vaporis, neceſſum foret, corpus præſtare liberum locum canalibus liberis perforatum, vt in excretis conſpicimus: ſed conſtat (licet corpus ſit conflaxile & tranſpirabile vndique)

id non

id non eſſe recta ad ſuperiora, quo halitus poſſint ſemper aſcendere, ſed mille anfractibus præpeditum, quo vapores & flatus ad latera, & ſæpiſſime deorſum vergunt, quia ea eſt natura vaporum, vt quærentes liberum exitum, ad omnem loci poſitionem moueantur, vt adire ad locum naturalem poſſint. Sic enim conſpicimus flatus in ventre deorſum deſcendere, & dolores ex eo diuerſis & contrarius partibus concitari. In quo opere ſtatuendum cenſeo, vapores & ſudores in noſtris corporibus; poſſe generari, præſentibus materia, & calore agente: & pari ratione, per omnes partes neceſſario debere expurgari regulate, & iuxta indigentiam, extra id quod vapores ſequantur motum ſibi naturalem: haud ſecus quam per omnes partes tutiuum eſt naturæ per inſenſibilem halitum (qui tenuior, ſubtilior, & mobilior exiſtit) omne fuliginoſum & vaporoſum expellere, per ſibi dicatas ſibi quacunque parte canales, ſeu poros & foramina, citra id, quod neceſſum ſit ſequi motum ſurſum ea rei natura. Quippe id negari non poteſt, quia ea ratione ſanitatem tuetur, & à morbis liberat natura. Quo ſuppoſito, videndum ſupereſt, *an vt halitus, vapor ſiue ſudor ſua ſponte quærens exitum à centro ad circumferentiam & cutem moueatur: motus fiat, aut ſortiatur principium ab aliqua potentia corporis viuentis, quæ vitaliter operetur, & tanquam nocuum id expellat.*

11 Circa primum, videtur neceſſarium, debere conſignari potentiam quæ id poſſit vitaliter efficere: ne teneamur concedere, ſudores fieri caſualiter, ſine ordine, tempore & modo animati proſectuo. Quippe certiſſimum eſt, ſi ſolum prorumperet ea naturæ ſuæ motu, ſemper apparere eiuſdem rationis & modi, ita vt ſemper idem liceret prædicere & expectare ex ſudoribus in morbis, & in ſanitate: quod profecto euerteret vniuerſam cognoſcendi, & præſagiendi rationem, & omnem de criſibus veritatem, ac fidem etiam dierum decretoriorum: ſiquidem non ſat eſt, materiam in vaporem mutari, niſi præceſſerit eius coctio, & poſt ſeparationem vaporis, excretio aqueæ ſubſtantiæ, eum modo vitali, qui oſtendat vim & poteſtatem naturæ ſupra cauſam morbi, vnde pendet iudicii veritas & firmitudo: nam certiſſimum eſt, copioſi ſudoris cauſam eſſe, vim facultatis expultricis, aut impotentiam retentricis, *vt legitur apud Gal. 4 apo. 38 & 3 prog. 4.* Præterquam quod vegetabilis potentiæ victoriam noſcimus ex ſudandi munere lente, paulatim, copioſe, minutim per vniuerſum corpus, aut aliqua tantum parte facto: quod ſi ſudor non eſſet verum expultricis obiectum & munus, quocunque modo prorumperet, idem profecto præſagire liceret: quia ea eſt lex omnium naturæ ſolius. Non enim ſat eſt, in iudiciis coctionem præceſſiſſe, niſi ſequatur ſeparati excrementi vitalis expulſio: quinimo defectu expellentis facultatis plures laborantes perijſſent, præhabitis optimis coctionibus. Nec valet, ſi dixeris, ſatis eſſe ad proferendum optimum iudicium de ſudoribus, expulſum fuiſſe excrementum, vt cunque excernatur, ſiue natura, ſiue potentia. Namque (*vt dictum eſt*) noſcimus numeroſam varietatem in modis expulſionis factam vitali modo, quia nobis potentia quantum, quale, quo tempore & modo debeat fieri, quod naturæ ſolius actionibus denegauerat. Ex qua varietate colligimus futurum euentum: quod pro certitudine fidei efficere, eſſet impoſſibile, ſi ſolo naturæ motu ſudor prorumperet: ſatis enim in hoc miniſterio erit, concedere, vaporis tenuitatem, & natiuum motum vndique (cum illi ſurſum non datur aditus) iuuare ad expulſionis facilitatem, & eſſe veluti concauſam perueniendi ad partes carneas, & cutaneas. Cæterum credibile eſt, ortum horum fieri ſolo naturæ motu: quapropter neceſſum eſt conſignare potentiam, quæ vitali modo pellat extra corpus, venarum venam, quæ vapores agat ad partes carneas: & carnis alteram, quæ potenter, & legaliter vaporem in aquam verſum, extra corpus pellat. Nam ſi verum eſſet, ſola natura hos vapores moueri, & ſubinde ſudores ſequerentur, ſudores circa collum & ceruicem longe ſalubriores & ſecundum naturam magis eſſe, quam reliquos: ſiquidem hi fiunt natura ſequente inclinationem & motum ſibi naturalem: ſed ſudores à medio ſurſum omnis Medicorum ſchola; tanquam inutiles & perniciofos, damnat; & proficuos æſtimat eos qui ad inferas ſedes deſcendunt, cum illi ſequantur motum naturæ, & hi violento & ope extrinſecus accedente, moueantur: ergo neceſſum erit, poteſtatem aliquam conſignare, quæ vtrobique ipſos poſſit mouere: Scimus enim, ſudores à medio ſurſum, ſi ea venarum ſucceſſu prodeant, inutiles eſſe, & inſufficientes; & maximam adducere facultatum impotentiam, quæ nequeunt vndique quod ibi nocuum exiſtit, pellere. Quippe certum eſt, ſi infimæ partes non ſudant, eas deſtitutas eſſe calore ſufficienti ad euaporandum, & ea ratione, vt imbecilles non ſudare. Sic profecto ſudores circa thoracem; vt diaphoretici habentur, quia natura præ impotentia continere ſubſtantiam alituram nequit: quo conſtat vtrinque actui potentiam neceſſario fore conſignandam.

12 Quam profecto arbitramur eſſe eam cui munus eſt ſimilia attrahere, & aliena ac excrementitia pellere; cuius naturæ eſt vegetabilis potentia fibris inuantibus, & etiam arteriarum motibus: nam hæc potentia pellens, quæ vere eſt vegetabilis animæ facultas & miniſtra coctionis, in venis & carne inſidens, ſine magiſtro edocta eſt, omne diuerſum (quo coctiones fiant perfectius, aut fractis fiat vt natura commodius) alienum, diſſimile & nocuum protinus pellere: non quidem impulſu & facta vi vnius excrementi in aliud, vt in vnguibus & pilis comperimus. neq; fit virtute ſolum ſibi data, vt magneti contingit, præterea neque animali motu, & voluntatis imperio, vt thoracis expulſiones fiunt, quia hæc prærequirit ſenſus actum, vt etiam expulſiones aliquæ vitali modo factæ, quæ niſi irritamentum præcedat, non excitatur potentia ad expulſionem. Cuius doctrinæ exemplum ſunt oſcitationes & pandiculationes, in quibus ex ſenſu ponderis aut acrimoniæ præhabito, fibris ſeſe comprimentibus, vapores ex ſomno ibidem congeſti & nondum reſoluti expelluntur vi & poteſtate expellentis facultatis; ſiquidem hæ actiones nullo modo alio fieri poſſunt: haud ſecus quam in his ſudoribus contingit expellente vegetabili potentia, quæ mediis fibris ſere inſenſibili modo perficit hoc opus, cum pororum apertione & excrementi ſubtilitate. In quo opere credendum eſt, eas partes vberius ſudaturas,

quæ

quæ apertione pororum, & laxitate ſuæ ſubſtantiæ propellunt, etiamſi fibris non plurimum conſtituantur: nam ſatis eſt ſubinde partes habere fibroſas, & arteriarum ac venarum prouentum, quib. omnib. ſimul iunctis, cum partis ſalute, vberius prorumpit ſudor: maxime ſi arteriarum motiones fiant maiores & frequentiores. Quapropter colligere oportet ex præmiſſis, ſudores non prorumpere ſolo vaporum naturali motu, ſed neceſſario fieri à facultate quæ vndiq; contra inſitum vaporum motum ipſum pellat: cum certum ſit, vaporem, vbicunque moueatur, facile ceſſurum, ob leuitatem, ſeu tenuitatem ſuæ ſubſtantiæ. Facultas enim primo calore coquit, ex coctione vapores eleuat, ac humorem in vaporem commutat. Hunc pellit à venis, tanquam excrementum, ad partes carneas: ibidem in aquam concreſcit, & carnis expellens potentia lege ſibi ſtatuta (vt cætera ſuæ coctionis excrementa) pellit vitali poteſtate, quæ ſita eſt in tempore, modo & quantitate, ac reliquis vſui vitæ neceſſariis. Et [illegible] ſudoribus incipientibus, retroeuntibus, diminutis, copioſis, redeuntibus, & in die indicatorio, intercalari aut indice apparentibus, perfecte, aut imperfecte, varia colligimus, quæ profecto vana & incerta eſſent, niſi à principio intrinſeco & vitali modo fierent. Quo etiam fit, vt ſudore non deſcendente ad inferas ſedes, argumentum ſit euidentiſſimum ſummæ imbecillitatis facultatum, quæ nequeunt tem[illegible] motui facillimam vndiq; pellere: cum certum ſit, leuitatem illam, concauſam eſſe, & medi[illegible] quo facillime id fiat: cæterum facultate quæ ſciat varietatem temporis, loci & conditionis ad vſum humani neceſſariam: nam motus ex natura factus, ſemper terminatur ad vnum: facultas vero ad vſum & indigentiam, & ob id animali conſignauit ad vegetabiles actiones, fibras, poros, & modum carnium, diuerſa & mira varietate donatas, quo ad varia opera aptitudinem ſortirentur, ſiue compreſſione ſenſibili, ſiue inſenſibili id fiat: cæterum ſine ipſa nequaquam. Nam conſpicimus in aliquibus partibus, quæ eam compreſſionem non habent conſpicuam, iuuari motibus arteriarum, quibus pulſum excrementi, & tractum alimenti facilius exequeretur potentia vegetabilis. Qui vero plura de actionibus vitalibus voluerit ſcire, legat diſputationem ſequentem de *Vitalitate*.

Sudores non prorumpunt à ſolo vaporum motu, ſed à facultate.

DISPVTATIO IV.

An actio, vt vitalis dici mereatur, ſpecificetur ſolum a principio intrinſeco, & in eo neceſſario teneatur permanere.

Vt elatius quæ in præcedenti diſputatione dicta ſunt elucescant, & pleraq; opera quæ in viuentib. fiunt, vere vitalia dici mereantur, ac poſſint apertius diſtingui ab aliis, quæ licet in nobis fiant, non ſunt vitalia tamen, etiam ſi vitali modo & ſtatuto tempore fiant, ſed certo quodam modo, neceſſum fore iudicani de vitalitate nonnulla dicere, quæ ambiguitatem in hac re auferant, & verius monſtrent quid vere ſit vitalitas. Cuius diſputationis ratione non erit abre aliqua præmittere. 1

Cum certum ſit, vitam & vitalitatem (licet aliquando, licentioſius quam par ſit, pro eodem vſurpentur) inter ſe differre, tanquam accidens à ſubſtantia, neceſſum ob id erit, vtriuſq; ſeorſum rationem & modum reddere, quo clarius conſtet quid proprie vitalitas ſit. Sic profecto vita ſeu viuere primo & principaliter ſignificat quidditatem ſeu naturam & ſubſtantiam, atq; actum primum & ſubſtantialem eius cui opera vitalia competunt. Nam ea ratione Philoſophi vitam definiunt eſſe internum motionis principium, à quo proficiſcitur actio, ſeu vitalitas: cæterum per actum potentiæ tanquam à principio per quod: animæ enim præſentia dat eſſe ſubſtantiale, quia viuere in viuentibus eſt eſſe, & eſſe à propria forma. Vnde vita eſt animæ præſentia, ac ſubſtantialis actus adæquatus: quæ ſane vita cum ſubſtantia ſit, manifeſtatur per accidentia, ſeu vitales actiones: nam ea ratione dixit Ariſt. t. *de vegetabilibus*, vitam eſſe manifeſtam in animalibus, cum ea dicantur *viuere, quæ habent motionis principium intra ſe, & ſe agunt ad motum*: ſiquidem ob id viuentia à non viuentibus diſtinguuntur, quia hæc à ſe & in ſe moueri non poſſunt, niſi cum exiſtunt extra naturalem diſpoſitionem, vt grauia quæ mouentur ad centrum, vt ſint in naturali ſtatu: viuentia vero, modo ſint extra naturalem diſpoſitionem, modo in naturali, poſſunt à principio, citra generantis adminiculum, ad ſanitatem, ſeu naturalem perfectionem, ſeu ſtatum reduci: vt in corporibus hecticis, aut aliter affectis conſpicimus, nam ſic animalia peragunt ſuas ætates. Quæ ſane opera omnia iure dicuntur *vitalia*, *ſeu vitæ manifeſtatiua*: nam licet nutritionis opus, non ſit ita manifeſtum, etiam Ariſt. 2. *de ani. text. 3.* eum manifeſtatiuum vitæ ſtatuit. Namque officium vitale eſt, à ſe moueri, hoc eſt quod actio dependeat à tali principio, in quantum tale exiſtit, ita vt ſpecifice atque proxime pendeat à potentia animæ & ſic nutriri ex ſe atq; augeri dicentur quæcumq; ab alio non habent vt nutriantur, ſed à ſe, & inſtrumenta habent quibus alimentum ſuſcipiatur, & conficiatur, quo additio fiat omnibus partibus, & excrementa ſeparentur atq; excernantur. Itaq; vt vita eſt primus & ſubſtantialis actus, ita profecto vitalitas, eſt ſecundus & accidentalis. 2

Vita & vitalitas differunt.

Viuere primo quid ſignificet.

Viuentia in quo à non viuentibus differant.

Præmiſſa vitæ & vitalitatis ratione atque differentia, ſeſe nunc offert diſceptandum *a quo nam ſpecificetur actio, vt vitalis habeatur.* In qua re, dimiſſis aliis quæ non ſunt huius loci, ſtatuendum videtur, vitalitatem actionum prodire principaliter à principio intrinſeco actiuo, cæterum pro effectiua [illegible]talis termini, quia ipſum continet in virtute: ſiquidem actio via eſt agentis ad terminum [illegible] qua ra[illegible] ab agent[illegible] ne ad terminum ſpecificationé habet, ſiquidem abſolute, vel præcipue actio [illegible] 3

Actio vt vitalis habeatur à quo ſpecificetur.

dicta

dicit ad agens, à quo ſpecificatur: & ub id actio vitalis iure dicenda eſt ea quæ [illegible] quia id non ſemper eſt verum, addere oportet, *neceſſum eſſe* [illegible] *à viuente*, tanquam [illegible] cto, ita vt vel totaliter, vel aliqua ex parte maneat in ipſo [illegible] ente liqu[illegible] em ſunt plures [illegible] uente quæ huius conditionis defectu vitales non cenſentur [illegible] conſtat ex Beat. Thoma 4 [illegible] *capit* 11. *& etiam* 1. *part quæſt.* 27. *art* 2. in exemplo arte factorum. S[illegible] cogitationes [illegible] & nutritiones, & reliqua huius cenſus, & quæ ad ea ſunt [illegible] ſſaria, [illegible] fiant, [illegible] metentur: ſicut aliæ ex [illegible] turà principio vitæ coniuncto [illegible] Ad [illegible] xteria, & E[illegible] ſed hæc aliis diſ[illegible] quia etiam ad vital[illegible] requiritur [illegible] & intrin[illegible] influxus & connexio cum [illegible] principio formali, ſcilicet anima, [illegible] modo ſibi [illegible] afficere [illegible] hac ratione dixerat Ariſt. 8. *Phyſ. text.* 28 viuentium & an[illegible] proprium eſſe, à ſe moueri quacunq; motus aut motionis ſorte, media ipſorum anima, quæ ad [illegible] ſeſe moueat.

4 Cæterum vt clarior ſuperſit vitalitatis ratio, [illegible] dum eſt, actiones accidentales, duas maxime inter alias, conſignaſſe veteres Philoſophos, quarum quædam ſunt & nuncupantur *tranſeuntes* quas antiquiores appellarunt *factiones*: & aliæ ſun: *immanentes*, quas proprius *actiones* dixerunt. De quibus dubitant iuniores, an omnes ſint vitales: nam videtur ſolas immanentes tales debere dici: ſiquidem ſi vitales actiones ſuum perficiunt ſubiectum, manere [illegible] ent in efficiente, alioqui alium perficiunt, & tunc potius eum perficiunt in quod tranſeunt, ac ex conſequenti [illegible] merentur nomen vitalium. Sed vt facilius rem percipias, placet ſeorſum naturam cuiuſque harum actionum explicare, ab immanentibus facto initio.

Actiones accidentales duplices.

5 De immanentibus, prout in homine conſiderantur, diſcoprandum primo atque ſtatuendum, in intellectu vitalitatis actiones perfectiores eſſe cæteris omnibus: quia nullo indigent externo, ſiue interno motore, ſiue obiecto, vt reliquæ potentiarum [illegible] tes, quæ profecto externum aliquid deſiderāt, ſiue à quo moueantur, ſiue ad quod tendant, atque e[illegible] ant: quidquid enim ſuis numeris abſolutum non eſt, in potentia eſſe dicitur ad perfectionem ſuam ad quam contendit. Namque perfectio ratio vitæ eſt, à ſe, in ſe, excitari: quod vero alio quopiam indiget, & ſibi ſufficiens non eſt, in potentia eſſe dicitur ad perfectionem. Quapropter in perfectiori vitalitatis ſorte, quatuor obſeruantur vitalitatis genera. *Primum*, quod à ſe, in ſe conuertitur, nimirum intellectus prædicta acceptione ſumptus. *Secundum*, quod ab externis ad ſe, cuiuſmodi eſt rationalis potentia, quæ à ſenſibilibus concitatur, & ad ſenſibilia ſe conuertit. *Tertium*, quod à ſe in externa conuertitur, qualis eſt phantaſia, poſt primam motionem factam à ſenſibilibus. *Quartum* vero, quod extrinſecus mouetur, & ad externa protenditur, & eis eget, vt moueatur, & cum hoc vitalis dicitur actio, qui ſenſus exterior, qui [illegible] tius generis exemplum eſt, interno motu mouetur, præcedente tamen paſſione, quæ in ſenſorio fit: quoniam ex ſe, intrinſecus perfectionem adipiſcitur: quia ſpecies i[illegible] concauſæ [illegible] tantummodo ad ſenſationē, perfectio vero [illegible] vitalitas, ab interno principio, quia paſſio ſenſuum eſt propria. Quibus conſideratis, ſciendum eſt, intelligentiam triplicem eſſe (quo conſtat vitalitatis [illegible] egra cauſa & ratio) quarum *Prima* intellectiuæ animæ propria eſt, & neque vtitur corpore, vt inſtrumento, neque à corpore interpellatur, ſeſe vltro interponente: nimirum actio illa manens in eſſentia, ſeque in eſſentiam reuocans & contrahens: quod ſane intellectionis genus, animæ eſt à corpore ſeparatæ: *Secunda* vero quę propenſione ad exteriora editur, nec tamen corpore vt inſtrumento vtitur, ne[illegible] ue [illegible] cian habet phantaſiam, vt cooperantem, atque auxiliatem, quamuis ſponte ſeſe [illegible] e[illegible] rem [illegible] eat, eamque, veluti vmbra corpus, [illegible] quatur: quod quidem genus intellectionis, eſt animæ corpori coniunctæ: non tamen ea vt inſtrumento vtentis: contemplatiua enim eſt & [illegible] & circa vi[illegible] *Tertia* [illegible] ſiua & Sim[illegible] appellata, quæ phantaſia & corpore vtitur, [illegible] cogitante, cuius naturæ eſt actiua. ſed practica ratiocinatio animæ corpori coniunctæ [illegible] quæ [illegible] viuunt [illegible] operante, & circa particularia etiam ſe immergit, ſaltem in altera [illegible] ogitini pr[illegible]. Quibus conſideratis, ſtatuendum eſt, non ex quouis prædictorum actuum, qui [illegible] ſunt, ſiue intelligendo, ſiue ſentiendo, ſiue nutriendo, ſeorſum homines ſimpliciter viuere, ſed ex quouis eorum certo quodam modo viuere: intelligendo enim, vt homines viuimus: ſentiendo vt animalia: nutriendo vero, vt plantæ. Omnis igitur motus interior, vita eſt & viuere, quod omni animæ potentiæ demonſtratur, cæterum iure optimo digniores & perfectiores cenſuerunt, Theologicas actiones inter omnes vitales, quæ vere immanentes ſunt, cuius naturæ ex ſtunt, quæ formaliter manent in ea[illegible] tia proxima, à qua eliciuntur: quæ [illegible] actiones tales ſunt, vt nunquam in alio ſubiecto fieri poſſint, quales nuper diximus eſſe cogni[illegible] actiones.

De actionibus immanentibus.

Vitalitatis quatuor genera.

Intelligentia triplex.

6 Circa quas, vt vitalitatem earum clarius cognoſcas, ſciti[illegible] in examen vitos [illegible] æ eruditionis reuocaſſe, *an productio ſpecierum intelligibilium ab intellectu, ſit actio vitalis, an ſecus.* [illegible] cuius ſe[illegible] nodatione ſtatuendum eſt, ex maiore Philoſophorum parte, [illegible] m agentem [illegible] potentiam quandam ſpiritualem, productiuam ſpecierum intelligibilium in intellectu poſſibili. Et quantum [illegible] is ed multis ſapientibus palam conſtet, non deſunt qui his tempo[illegible] ipſum ratione [illegible] ab-legauerit: cum Philoſopho 2. *de an. text.* 18. certum [illegible] virtutem eſſe intellectualem, quatenus reddit obiecta materialia actu intelligibilia: quia productiua eſt ſpecierum intelligibilium, quo age[illegible] d[illegible] ur ſiue le[illegible] ua, à poſſibili realiter diuerſus. Præter[illegible] conſtat, [illegible] m neceſſ[illegible] teritiam & eius officium, nimirum productionem ſpecierum intelligibilium [illegible] actu [illegible] em [illegible] n[illegible] ſtra ratione, vt cæterarum potentiarum (& præſtantiori modo [illegible] anima, verum eſt prod[illegible] pr[illegible] cipium, & operum hucos intelle[illegible] s quoque erit, p[illegible] ans pec[illegible] urſum. [illegible] ambo intellectus [illegible] potentia, nun eſſet cur magis aliqua eius actio eſſet v[illegible] q[illegible]

Productio ſpecierum intelligibilium ab intellectu, an ſit actio vitalis.

conſtat, productiones [illegible] eſſe quoque actum vitalem, præſertim cum ſortiatur omnia requiſita ad vitalitatis rationem, & animæ concurſum ad ſui productionem: quod ſatis eſt ad vitalitatem, ſiquidem talis actio procedit à potentia radicata in anima, tanquam à principali virtute, & immediato principio: quo profecto diluuntur varia argumenta, quæ non ſunt magni momenti. Quibus omnibus accedit, demonſtrationis vicem habens, nimirum animam ſeparatam non producere [illegible], niſi corpori vnitam, quod videtur firmiter monſtrari, vitalem neceſſario habendam fore prædictarum ſpecierum productionem.

Nec minoris probabilitatis eſt, facultatum & paſſionum emanationem fieri vitaliter tum ob prædictam rationem, tum etiam ex eo quod anima det ſubſtantiam ſuo compoſito & ſubi[illegible] d[illegible] ctiones vitæ huius demonſtratiuas. quod conſtat, quia eas producit ſeparatas. Sed hæc aliis diſceptanda dimitto.

Inſuper ſtatuendum eſt, non eſſe opus (quinimo repugnare ſubſtantiæ) animam immediate 8
concurrere cum potentiis ad vitales actiones, cum vita ſit vitalitatis principium immediatum. Nam ſi quis rem maturius conſideret, facile reperiet, concurſum quidem animæ cum potentiis neceſſarium eſſe, cæterum immediatum, id repugnare naturæ ſubſtantiæ, quæ actiones ſine medio, ſeu accidenti attingere nequit.

Actiones transeuntes verum inter vitales numerari debeant.

De actionibus quidem tranſeuntibus maior dubitatio habita ſemper fuit an inter vitales nu- 9
merari debeant: cum ferè omnibus de hac re diſſertantibus ſtatutum ſit, vitales actiones eas eſſe, quæ formaliter manent in eadem potentia proxima, à qua eliciuntur: ita vt nunquam in alio ſubiecto fieri poſſint, vt ſunt omnes tranſeuntes, quæ liberaliter à conſortio vitalium ablegantur à pleriſq; Philoſophorum. Sed vt rei veritas patentior fiat, expendere oportet, quod *tranſeuntes actiones*, eas propt[illegible] cei æſtimare quæ ab agente exeunt, & in paſſum diuerſum recipiuntur: tales enim formaliter *tranſeuntes* dixerunt Philoſophi antiquiores & appellarunt *factiones*.

Actiones transeuntes quæ.

Huius profecto naturæ licet plures reperiantur actionum ſortes, non tamen omnes vitales cenſeri debent, licet adhuc intra ſubiectum vitale reperiantur: nam ſolum in hac actionum ſorte, ea tantum vitalis cenſenda eſt, quæ aliquo e a dictis modis recipitur, & manet in eodem ſubiecto vitali, hoc eſt, quod ſit actio animæ, ſeu potentiæ eius, ſeu motus interior, quales ſunt vegetabiles animæ actiones. Quas quidem, quantumuis obſcuræ ſint, & ferè imperceptibiles, vitales eſſe dixerat Ariſt. 2. de *an. text.* 3. eo quod à principio interno prodeat, & in eodem terminentur. Qua profecto finitione cenſeo deceptos fuiſſe, qui arbitrantur, neceſſario vitales actiones debere recipi in ſubiecto actualiter vitali: quo cenſent, humorum generationem, & mutationem in rorem, gluten & ſimiles formas: neque rurſus attractiones alimentorum & excrementorum ſeparationes, atq; eorundem expulſiones, vitales non eſſe, licet fiant intra ſubiectum vitale: ſed ad modum calfactionis, & refrigerationis, & aliarum motionum, quæ fiunt in mixtis, fieri quoq; in viuentibus citra vitalitatem aliquam. Sed quid ſentiendum ſit, iam audies.

Actiones transeuntes duplices.

In qua re primo ſtatuendum eſt, actiones tranſeuntes in noſtris corporibus, eſſe in duplici dif- 10
ferentia: quaſdam nimirum *diſpoſitiuas* tantum, in quibus nulla actio terminatiua apparet in ipſo ſubiecto operante, veluti conſtat in calefactione, & refrigeratione, in quibus nulla elucet vitalitatis ratio: quaſdam vero eſſe *perfectiuas* & vitales, quæ licet in patiente eluceant, cum hoc tamen in agente ſe explicant, & terminantur, ſecundum aliquem terminum immediatum vel vltimum quæ ſane terminatio, ſeu explicatio, duplex exiſtit: altera diſpoſitiua, tamen vitali modo facta: altera vero proprii ſubiecti perfectiua & in ipſo terminata. Ex qua diuiſione conſtat, eſſe in noſtris corporibus quaſdam actiones, quæ licet communes videantur cum non viuentibus, in nobis tamen quantumuis tranſeuntes ſint, & in exteram ſubſtantiam recipiantur, quia tamen modo vitali fiunt vitales cenſeri debent.

Vitalis modus quis cenſendus.

Nam is cenſendus vitalis modus, qui præter id quod procedit à principio [illegible] modum habet & ſeruat, quantitatem & figuram, qualitatem cum tempore & loco: quas profecto conditiones non viuentia non adſeruant. Sic profecto actiones quæ prærequiruntur, & viæ ſunt ad terminum & perfectionem, ſi modum hunc vitalem ſeruauerint, vitales quoque erunt. Nam licet ex his actionibus nonnullæ diſpoſitiuæ ſint, vt ſanguinis & humorum generatio, id quidem perficiendo, & vitalizando operantur, vt conſtat in alimentorum diſpoſitionibus ad nutritionem, cum certum nihil horum fieri citra conditiones requiſitas ad vitalitatem, quæ ſecundum hunc terminum & exercitium intrinſecum, ſunt perfectiuæ agentis in ſe. Namque ob id ſemper ſubiectum perficitur intrinſecus, præmiſſa diſpoſitione, & vitali actione, ab eadem anima, mediis potentiis huic miniſte[illegible] o dicatis, quibus terminatur ſubiectum in perfectionem. In qua actionum ſorte ſciendum eſt, vi[illegible] rate plantarum, & vegetabilium infimum & abſconditum ſortiri viuendi modum, quatenus ſun[illegible] ductiuæ actionum tranſeuntium, quæ in materia extrinſeca non præſtant perfectionem, ni[illegible] reſpectu viuentis ſubiecti, non quidem ratione extrinſecæ materiæ, & ubi id ſunt vitales diſpoſitiuæ, quia modo vitali ſuſcipiuntur in alimentis, quæ ſane diſponuntur vitaliter ad viuendum eadem perfectione, qua fruitur ſubiectum, vt paulo inferius leges. Quo fit, vt licet omnes actiones vitales immanentes

Actiones immanentes & tranſeuntes quinque modis inter ſe differunt.

non ſint, ſunt tamen immanentes aliquo modo, quia in vitalibus vitaliter fiunt. Verum vt conſtet ratio vitalitatis tranſeuntium actionum, conſtituenda venit differentia inter actiones immanentes & tranſeuntes, quas profecto quinque modis inter ſe differre, pro comperto habemus. Namque actio quæ vere & proprie immanens eſt, nullum habet finem externum, ſed ipſamet ſibi, qualis contemplatio eſt. H[illegible] vero, quæ actio tranſiens iure optimo vocatur, finem [illegible]bet externum, nimiru[illegible] [illegible]ud quod [illegible] do prouenit. *Præterea* differunt, quia actio tranſiens, in patiente diuerſ[illegible] eſt: a[illegible] i[illegible] auen[illegible] in agente, *vt conſtat ex Ariſt. 9. Meta. tex.* 16. Inſuper actionis tranſeuntis huius opus a[illegible]

externum

externum eſt; actio quidem immanens nullum opus externum proponit faciendum, ſed ipſa ſibi eſt finis, quia nullo alio fine agit, niſi vt agat. *Præterea* differunt, quia in factione actus aliquis in patiente eſt, in actione vero animæ, ſiue intellectio ſit, ſiue ſenſus, forma actionem præcedit. eſſe enim prius, aut primo in intellectu formam oportet, & mox intellectionem exercet: & ubi id forma in anima primus actus dicitur, notitia vero aut intelligentium, ſecundus, *vt conſtat ex Ariſt. 2 de anima, text.* . Patiuntur ratione differunt, eo quod in tranſeunte actione forma in diuerſo patiente fit, in immanente vero in ipſo agente, nimirum in intelligente aut ſentiente, *vt conſtat ex Ariſt. 2. de anim. 2 4.* Addi etiam alia differentia poteſt, eo quod factione, ſeu actione tranſeunte, forma producitur: actio vero formam extra ſe non producit, ſed ad formam ſe transfert, quia intellectus intelligendo agens eſt, & in ipſo eſt intellectio, per ſimulacrum rei cognoſcendæ. & licet potentia cognoſcitiua reſpiciat formam, per quam cognitio videatur quodammodo pati, paſſio illa potius perfectiua eſt, quam corruptiua.

11 Addi etiam poteſt huic doctrinæ, quod maioris cenſeo eſſe momenti, nimirum, quod licet dictum ſit, *actiones aliquas tranſeuntes, vitales quoq; eſſe*: intelligendum eſt, ex his eſſe aliquas, quæ licet à principio fiant vitali, cum hoc tamen illata in exteriori materia, paſſio non ſuſcipitur in ea vitaliter, nec ibi exiſtit vitalis: quia ex ea actione nō perficitur materia intra naturalem ſtatum perficientis. nam quamuis impulſus, quo ego proiicio lapidem, ſit in me vitalis actus, motus tamen in lapide ſuſceptus, non eſt vitalis. Sunt tamen aliæ actiones etiam tranſeuntes, quæ verſantur circa vegetabilia, in quibus licet materia patiens extrinſeca ſit, vitaliter ſe explicat, intrinſecum & agens principium ſeſe perficiens ex ea materia, quam diſponit vitali modo, vſque ad conſecutionem finis, hoc eſt nutritionis, quia eam non diſponit, vt ipſa perficiatur, ſed vt ipſum ſubiectum perficiatur per eam: & ſic ſibi diſponit, non vt actio maneat in ea, ſed in ſe. Quæ ſane opera, quia obſcure & præmiſſis variis tranſmutationibus efficiuntur, ob id non protſus vitalia cenſentur: verum ſi quis conſiderauerit, quæ mox referam, reperiet procul dubio, neceſſario vitalia debere dici.

Actiones tranſeuntes vitales eſſe quomodo intelligendum.

12 Sed vt ad probationem huius rei accedamus, ſtatuendum eſt, *actiones inchoatiuas & diſponentes, vitales quoq; eſſe*, ſi vitali modo fiant. Nam generatio ſanguinis & aliorum humorum vitaliter efficitur, tū ratione principii, tum ratione modi vitalis (huius infimæ ſortis) quem ſuper diximus, quia non ſit citra eum reſpectum ad vitam, qui neceſſarius eſt ad actionem vitalem. Quippe aliud eſt, iecur generare humores ſimpliciter, aut ad propriam alitionem: & longe aliud, ad vniuerſi corporis & partium eius vitalem reſpectum, & per modum etiam vitalem, omnibus non viuentibus denegatum: quia iecur tali modo eos diſponit, quod vitæ capaces ſint. Hoc enim eſt, quod Philoſophi omnes & Medici dixerūt, *alimentum eſſe in principio diſſimile & in fine ſimile*: quid enim eſt ſimilitudo illa, niſi aptitudo, & reſpectus atque diſpoſitio vitalis, qua in viuentis ſubſtantiam mutatur. Namque ob id mutatio in carnis formam fit in inſtanti, quia extenditur forma ad ſimilem & vitalem ſubſtantiam, ob rudimenta vitalitatis, quibus condecoratur, diuerſis actionibus, ſeu motionibus præſtitis ab anima, media potentia vegetatiua, quibus facile alimentum, ea ſimili efficitur idē formæ extenſione, quia vitaliter diſpoſita eſt materia, eo modo vitalitatis, quo in ſuis actionibus vtitur vegetabilis anima: qui modus imperfectior eſt cæteris vitalitatis modis. Coniectabile etiam eſt, mediis illis tranſmutationibus prædictam materiam indui vitalitate indeſinenter, à principio ad terminum: nam vita corporea actus eſt indeſinens potentiæ nutritiuæ, quia ſemper agit. Quod ſane axioma non ſolum de nutritione intelligendum venit, ſed etiam de motibus ad eam prærequiſitis: quia nutritio non eſt motus, ſed mutatio: at motus vitalis, qui proprius dicitur actus vitalis, indeſinens, à ſuſceptione alimenti, vſque ad vltimam diſpoſitionem non ceſſat: quo conſtat euidenter, hos actus diſpoſitiuos, vitales quoq; eſſe: maxime quia probatiſſimum eſt, motum ſumere denominationem à termino: ſed terminus, puta nutritio, vere vitalis eſt: ergo & motus ad eum terminum, ſuo modo vitalis erit, etiamſi non recipiatur in ſubiecto actualiter vitali, ſed potentia proxima, quia ſolum ſufficit vltima mutatio, quæ à ſola formæ extenſione fit. Difficile enim creditu eſt, vitalem fieri ſubſtantiam citra vitalès diſpoſitiones: ſiquidem cum diſpoſitionibus contrariis, diuerſis, aut aliis communibus, nōn ſpecificabitur materia. Nec refert ſi dixeris, quod agens & terminus ſunt res valde diuerſæ, quia cum hoc reſpiciuntur inter ſe cum ſubordinatione per modum vnius: actio enim non egreditur ab agente, niſi vt tendat in terminum: vbi eſt autem vnum propter aliud, ibi eſt vnum tantum.

Actiones inchoatiuæ vitales quoque eſſe.

13 Quibus ſuppoſitis, facile erit ſtatuere, hunc vitalitatis modum, étiam neceſſario adeſſe in attractionibus alimentorum, & excrementorum expulſionibus; quod in hac diſputatione maiorem infert difficultatem. Namque attractiones & expulſiones in non viuentibus, aut omnes fiunt à principio extrinſeco, aut terminantur in augmentum extrinſecum, & præter id, eodem modo ſemper fiunt, & ad idem terminantur: at attractiones viuorum ſemper à principio intrinſeco, & ad terminum etiam intrinſecum, quem vere vitálem nuncupamus, quia talis terminus ordinatur ſemper figuratus, & harmonicus, quibus carent non viuentia, licet augeantur, & videantur attrahere: quod ego non cenſeo, ſed ſolum fruuntur his, quæ ipſis adhærent, quia non eligunt. lapides enim, & metalla, non habent vim trahendi (excepto magnete, aut ſuccino) neque rurſus expulſiones fiunt in his vitali modo. Nam ob id lapides variis coloribus & ſubſtantiis ludunt, & variegantur, & metalla, aurum etiam, mille ſpurcitiis fœdantur, quia neſciunt vitaliter excrementa, & varias atque alienas ſubſtantias à ſe pellere, vt vitali modo efficiunt viuentia, nimirum, ſtatutis & determinatis temporibus, modis, & quantitatibus (quod vitalitatis eſt rudimentum) ac per peculiaré locum, quo conſtat, vitali modo hæc omnia in animalibus fieri. Cuius rei gratia expenderé oportet, attractionum & expulſionum in genere vnam eſſe ſimplicem, nullo alio inſtrumento, quam inſita poteſtate, quæ vndiq; diffuſa ſimile allicit,

Vitalitatis modum attractionibus alimentorū, & excrementorum adeſſe.

Attractionū & expulſionum varia ſpecies.

 & diſſi-

& diſſimile pellit. Aliam vero, quæ eadem operæ efficit, cæterum mediis quibuſdam fibris, quæ cum motu conſpicuo in animalibus, & occulto in plantis operatur. Inſuper aliam, quæ motu fit animali voluntario, vt in thorace conſpicimus. & etiam aliam, quæ motu fit etiam animali, cæterum inuoluntario, vt arteriarum genus: quibus aliam addere oportet, quæ fit propulſione aduenientis, quæ proprie *impulſio* appellatur, vt in excrementis pilorum & vnguium contingit: quippe portio quædam excrementi aduenientis, reliquam quæ anteſtat, pellit. Quæ omnia diſtinxiſſe oportet, vt conſtet quæ ſunt quæ vitali modo fiunt, quæ ſecus: nam vtcumq; vitaliter fiant in noſtris corporibus, multa docent cognoſcere, præſagire & præcauere. quæ ſi naturali modo fierent, eſſet impoſſibile certitudinem præſtare in ea diuerſitate rerum & caſuum, quæ nobis in morbis & per ſanitatem ſuccreſcunt: quia naturalia & vno etiam modo terminantur. Sic profecto attractiones & expulſiones quę in nobis fiunt cum tempore, modo, quantitate & cæteris ſimilibus, neceſſario vitales debent cenſeri: cum dictum ſit Philoſophis omnibus, *vitam ſubſtantialiter eſſe animæ præſentiam: & viuificationem nil aliud quam caloris naturalis actionem*: quam præſtat anima motu arteriarum reſpirationis, & ſpirituum atque ſanguinis generatione, totiuſque corporis nutritione, quæ vere ſunt animæ in corpore actiones, ac vere etiam vitales, eo quod per eas viuificatio in corpore continuetur, ac fiat, & per eas & reliquas, viuere manifeſtatur tale corpus, *vt latius præcedenti diſputatione de ſudore probauimus*. Siquidem ſudandi munus vitale exiſtit (quantumuis ſit expulſio illius excrementi) & efficitur maxime fibris, iuuantibus etiam arteriarum motibus. Nam potentia illa pellens, quæ vere eſt vegetabilis animę facultas & miniſtra coctionis, in venis & carne inſidens, omne diuerſum, alienum & diſſimile ac nocuum, protinus pellere ſtudet, non quidem impulſo, & facta vi vnius excrementi in aliud, vt in vnguibus & pilis comperimus, neq; ſit virtute ſolum ſibi data, vt magneti contingit: præterea, neq; animali motu & voluntatis imperio in thorace expulſiones ſed ſolum prædicta poteſtate expellente: cuius rei exemplum eſt oſcitatio & pandiculatio, in quib. ex ſenſu ponderis aut acrimoniæ præhabito, fibris ſeſe contrahentibus, vapores ex ſomno ibidem congeſti, & vndum reſoluti, excernuntur vi & poteſtate expellentis facultatis, vt dictum fuit in ſudoribus contingere. Nam ob id hæc opera vitalia haberi debent, quia facultas, quæ id molitur, noſcit varietatem temporis, loci & conditionis, ad vſum bonum necessarium: nam motus a natura factus terminatur ad vnum, opera vero quæ facultate fiunt, ad vſum & indigentiam, quo mille varietatib. infigũtur, & multa habent monſtrare & varia, cum inſigni certitudine quodcunque monſtrauerint.

DISPVTATIO V.

Differit, quando & quomodo liceat, ſuppreſſis menſtruis purgationibus, aliunde quam à talo ſanguinem mittere, aut purganti pharmaco vti.

MVLTA nobis ſecundum præcepta in arte curatiua operantibus ſuccreſcunt mala, quorum rationem ignoramus, & admiratione digna exiſtunt. Nam quis profecto non mirabitur & ſtupeſcet, ſi, vt præcepta conſulunt, quantitatem quaſi iuſtam metiatis, ſi vt affectus videtur expoſtulare, ſi vt vires conſentiunt, ſi qualitatem elegeris ſelectam, ſi occaſionem conſideres legalem in omni auxiliorum adminiſtratione, & cum hoc in deterius laborans ruat indies magis ac magis? Quippe ob id cenſeo ſcriptum reliquiſſe antiquitatem: *Si ſalentia iuxta artem non iuuant*: quod equidem mil[ies] nobis adhuc caute & prudenter operantibus contingere cernimus. In quare, conſiderata ſolum naturæ poteſtate, & auxiliorum efficacia (nam alio modo licet de re concipere, ſi quid diuinum in morbis habeatur) ſtatuendum eſt, *multa in corporibus noſtris cum laborant, abdita eſſe & obſcura, quæ ſi non calluerit, procul dubio maiorem habent ad mortem accerſendam poteſtatem, quam reliqua, quantumuis iuſte adhibueris, ad ſalutem*. Nam ob id dictum eſt Philoſophis & Medicis omnibus, *ad ſalutem omnia ſimul debere conſentire, ad morbum quidẽ & ad mortem, quouis ex his quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria deficiente, ſufficere*. Sed, quod magis dolendum eſt, id exiſtimo eſſe, quod culpa non vacamus, vno neglecto aut ignorato, licet cætera diligenter inquiramus. Verum cum hoc ſunt etiam in rebus tam communibus, tum indiuiduis, quædam adeo occulta, quod venia digni ſimus, ſi non protinus aſſequamur: nam ob id ſapienter dixit Hipp. *Qui laborant, concupiſcunt à nobis quæ poſſumus & quæ non poſſumus*, quia multa ſunt quæ ex naturæ conditione nobis occulta exiſtunt, quæ poſt rerum vſum, poſt aſſiduã ſpeculationem, poſt longiſſimam obſeruationem per experimentum fidiſſimum, aliqua de re præſtent rudimenta. Sed proh dolor! hoc enim dolendum ſummopere eſt, quod ſi quis diligentia ſummoq; ſtudio, aliquid eorum quæ occulta fere omnibus exiſtunt, inueniat, probet & explicet, ac doceat, cæteri qui id ignorant, protinus tanquam falſum, vel damnant, vel parui faciunt. Quod ſapientiſſimus ille Hipp. non ignorauit dicens *Quod Medicus ignorat, id arbitratur eſſe falſum in arte*. Sed abſit, quod ruſticus hic timor & inertia hominum conditio, & liuida rabies, me ſeparet ab ſtudio veritatis, & manifeſtatione earum rerum, quas mihi diuina lux patefecerit: quiſque ſentiat vt libuerit.

Habet profecto facultas Medica, præcepta celebratiſſima non pauca, quæ niſi quis religioſe obſeruauerit, & vt iacent & ſonant, coluerit, aut aliquo modo tranſgreſſus fuerit, crimine atrociſſimo & infamia punietur. Cum certum ſit, occulta nobis & ignorata (quæ pauca non ſunt in morbis) vel illud tenere, vel contrarium conſulere, vel mutare præciſe conſulat, quæ Medicus aggredi non audet, ſi

cogno-

cognouerit, aut id ignorat, & contemnit, aut prætermittit, timore criminis commiſſi, contra vulgata illa & antiquitus obſeruata præcepta.

3 Verum ſi quis rē hanc inſtius & maturius penſitauerit, proculdubio reperiet nullum eſſe præceptum in Medica facultate adeo celebre, probatum, firmum ac ſtabile, quod limitationē careat, & quod caſus aliquis, vſus rei, peculiaris aliqua conditio, aut indiuidua & monſtroſa natura non expoſtulet limitationem; ita vt longe iniuſtius ſit, antiquum præceptum obſeruare cum euidenti laborantium periculo, quam prætermiſſo conſueto more, à periculo, ſi poſſibile fuerit, laborantem eruere. Cuius profecto conditionis & naturæ multa præcepta reperiuntur, quorum aliquot refe. am, Deo adiuuante.

4 Primum eſt, idq; obſeruatiſſimum, in menſtruæ purgationis ſuppreſſione, ſiue menſalis ſit, ſiue ea partu aut abortu, ſi forſan caſu externę occaſionis, aut internę cauſę, vel protinus ſupprimatur, vel diminute profluat, protinus ipſam reuocare, aut ſopplere ſanguine miſſo aa talo: cauentea fere omnes Medici, ne id ſuppleamus (licet morbus ſuccreſcat grauiſſimus) expurganti medicamento, & rurſus cauentes, ne ſanguis mittatur ex brachiis, ne maior fiat, aut ſuppreſſio, aut renocatio ad ſuperiora, difficile quidem iudicium: in cuius deciſione, implorato prius diuino auxilio, ſic rem aggredior.

5 In hac enim difficillima diſputatione præmittere nonnulla oportet, quæ claritatē rei accerſant, & nos veluti manu ducant, ad ſecuritatem euentus comparandam, & quæ diſtinguere doceant quando præceptum inuiolabiliter obſeruandum ſit, & quando ſecus. *Primum* ſit, quod ſi ea ſuppreſſione, aut imminutione, nullus morbus ſequatur, aut nullum accidens graue timeatur, ſemper fore generalia precepta obſeruanda, ac ſemper innitendum in prouocatione purgationis per loca conferentia & naturæ conſueta, aut per eis proxima, nimirum per venas tali, aut per hæmorrhoides, vel per crurum, femorum, aut prope inguina ſcarificationes per cucurbitas, aut citra ipſas.

6 *Secunda* ſit, quod tandiu in obſeruatione huius præcepti eſt immorandum, quandiu opus fuerit ad deponendam iuſtam quantitatem, & quam fundere aſſueuerat mulier menſtruans, vel puerpera per bonam valetudinem, aut ſecundum conſuetudinem aliorum partuum, cauentes & ſtudentes diligenter intelligere, an ſuppreſſio cauſet plenitudinem, vel ex plenitudine fiat ſuppreſſio.

7 *Tertiam*, an cum hoc quod ſupprimatur vel diminuatur, plenitudinem vaſorum creet, an ſecus, ſed ſolum quo non oportet vergat. Primum cum euacuatione leui diſtrahes, reuelles & deriuabis: poſtea vero omni diuerſionis genere ſeparabis fluentem, & retrahes aliunde, vel ad originem.

8 *Quarto* conſiderabis, an ſuppreſſio illa ſuccreſcat alicui morbo, quo correpta fuit mulier ante ſuppreſſionem: vel ex ſuppreſſione morbus aliquis ſuboriatur: & inſuper qualis ſit natura, conditio & vehementia morbi ſuperuenientis, aut præexiſtentis, nam id quoque generalia præcepta euariare poteſt.

9 *Quinto*, qualis fuerit conditio, bonitas aut malitia ſuppreſſi ſanguinis: quippe id eſt, quod metiri aut expoſtulare poteſt peculiarem prouidentiam & mutationem generalis præcepti: ſiquidem idea humoris proprius & peculiarius deſignat quali remediorum genere ſit vtendum in malis, quæ prodeunt à peculiari ſanguinis conditione, vt mox docebo.

10 *Sextam* ſit, conſiderare quo nam loco colligatur recurrens ac deficiens illa purgatio: ſiquidem ea natura, dignitate, ac loco vbi præeſt & recipitur, certum eſt varia prodire mala, & variam ſubindo prærequiri medelam. In qua profecto conſideratione ſtat omnis difficultatis enodatio, & recta medendi via.

11 Cuius conſiderationis ratione ſtatuendum eſt, *ſanguinem qui fluxurus erat per vterum, poſſe ad vnam ex quatuor locis recurrere.* Nam aut remanet concluſus intra vteri venas, oſculis earum nimis clauſis, vt contingit ex laboribus partus, cum plurimum vlnerantur, aut ex ſubita alteratione, vel paſſione animi, vel ex perfrigeratione nimia earum partium. Ex quo caſu frequentius ſuccreſcunt fœminis, præſertim nuper enixis, ardentiſſimæ febres, de genere continentium, & quæ nullis auxiliis, neq; ſanguine miſſo ſoluuntur, ſed diu durantes per vteri purgamenta putrida, fœtida, & mille aliis vitiis fœdat, paulatim ſoluuntur.

12 Præterea, ſi ab vtero fugiat, vel remeat per eaſdem venas ad corpus, & ibidem conſpurcat reliquum ſanguinem, efficitq; febrem vel morbum de genere humoris, qui magis in eiſdem venis abundabat: tertianam, ſi bilis, aut quotidianam, ſi pituita, ac ſic de reliquis humoribus. Quæ ſane febres deteriores plerunq; efficiuntur conſortio menſtrualis ſanguinis, & longe deteriores, cum recurſus fit ex puerperii purgatione. *Inſuper* ſolet recurrere per minores venas ad particulam aliquam & ad carnem eius, efficereque phlegmonoſas affectiones, vt non raro conſpicimus in puerperis pleuritide correptis; angina, vel alio viſcerum tumore, ac non raro mammarum affectionibus.

13 *Vltimo*, (quod grauius, periculoſius, obſcurius, & mille dubitationibus plenum in cognitione, in curatione & præſagio exiſtit) recurrit ad inanitates corporis, meſeraicas nimirum venas, pancreas, & vaſa atat ſpatia interiecta, ventrem & ſplenem ibidemque mutata ſanguinis forma in excrementitiam; fœtidam putridam, aduſtam melancholicam, aut grumoſam conſiſtentiam, & conditionem varia, monſtroſa, varia & periculoſa accidentia concitat. In ventriculo, ſi iuxta eum irruat, in corde, iecore & ſplene, pro cuiuſque natura & officio ſuccreſcunt importuniſſima mala. Sed id frequentius contingit in capite, vbi epilepſia, melancholia, cathalipſis, & deliria omnis generis ſuccreſcunt, ita vt, quo magis conſideraueris, eo magis admiratione ſtupeſcas, & conſilii videaris inops, & prorſus deſtitutus. Nam in pleriſque ex his fœminis quæ ſic afficiuntur, comperimus, nec ſanguine miſſo, ſiue copioſe, ſiue ſecus vel non miſſo, neque hirudinibus, aut vterinis præſidiis, neque cucurbitis, fomentis, inunctionibus, neque vllo auxiliorum genere, beneficium aliquod comperimus ſed

ſolum admiratione & confuſione præpediti, quid agere, aut dicere oporteat neſcimus: cum eiſdem met præſidiis in aliis ſuppreſſionibus præſentaneum comperiamus beneficium. Conabor vniuſcuiuſque harum quatuor conſiderationum, quæ ſumuntur à loco repoſitionis, purgationum menſalium, aut puerperii, & varietatis ſubſtantiæ, vel vitii in quod degenerat, rationem reddere, ac docere rei difficultatẽ, & in quo ſita exiſtat: & qualiter generalia præcepta aliquo modo limitare, aut variare oporteat, & quando potius purgare, quam ſanguinem mittere, & quando ex brachio potius quam ex talo opus, quinimo neceſſarium, ſit.

Initium tamen ſumam à permanſione purgationis in vteri venis, quando ex aliqua ex prædictis occaſionib. aut cauſis oſcula venarum ita coarctata ſunt, nil poſſit percolari, niſi inſufficiens aliquod purgamentum: quo tempore concluſus ſanguis, niſi alio tranſmittatur, putreſcit, & mille ſpurcitiis fœdatur, ac protinus (ſi putredine corripiatur) ſuccenditur vehementiſſima febris homotona, & perſeuerantiſſima, & quæ nullis videtur cedere auxiliis. Verum ſi aliis fœditatibus conſpurcetur, in maniam, melancholiam, difficilem reſpirationem, & alias vterinas affectiones, commigrat, pari prorſus ratione, ita curatu difficiles, vt quantumuis regulariter & prudenter te geras, nil prodeſſe videatur. Grumeſcit etiam, & tormiſuſbus moleſtatur mulier.

Sanguis in vtero ſuppreſſus quibus ſignis cognoſcatur & curetur.

14 Cognoſces autem in vtero concluſum eſſe ſanguinem, ex ipſius inflatione, rugitu, flatuoſa tenſione, nullo flatu excreto: adſunt etiam in his purgamenta quædam fœtidiſſima, tenuis, ſeroſa, & veluti ſtillatim excreta.

15 Cognita mali natura, & loco affectionis, in examen reuocatur, quo auxiliorum genere, vtendum ſit, vt purgationes redeant, & morbus inde ſubortus curetur, & accidentia miteſcant. Nulli dubium vſquam fuit, miſſione ſanguinis ex talo rem oportere tentare & perficere: quia venæ vteri conſortium habent maximum cum venis tali, diſſeminatis venulis à vena caua deſcendente, quæ bifurcatur iuxta femora ſiquidem in bifurcatione, & parum ante, ad vtranque partem ramificat prædicta vena propagines. In quo opere oportet Medicum ſe gerere prudenter: nam ſi ſemel aut bis ſanguine miſſo ex talo, vteri purgatio redierit, verendum eſt, ne plus damni inferas, ſi vlterius ſanguinem miſeris: quippe extrahes ſanguinem inculpatum, imbecillitas vires: & cum hoc nil vterus expurgat, ſed intus recluſum manet quod lædit & læſurum eſt, morbo non ceſſante.

16 In qua re duo mihi ſeſe offerunt expendenda, nimirum, an ex ſuppreſſione illa aliquis morbus ſuboriatur, an ſecus, ſed ſola ſit viarum obſtructio, quæ poſtea ceſſura eſt in aliquod malum. Si primũ, tantum ſanguinis extrahes, quantum vires permiſerint, ad debellandum malum inde ſubortum: ac ſiſtendum eſt, antequam vires labantur, quo poſſint morbo debellando ſufficere: & ſi vlteriorem poſtulauerit diligentiam, tum ratione morbi, tum ad innitendum prouocatione ſuppreſſi ſucci, rem aliis auxiliis exequeris: In quo caſu ſic ad hunc ſtatum perducto, primo concluſum ſanguinem deriuabis per hæmorrhoides affixis hirudinibus, tum ſcarificatis, cucurbitulis prope inguina affixis: miru m enim in modum vtraq; deriuatoria euacuatio ſupplet defectum purgationis menſtrui, & iuuat ad prouocationem ſuppreſſi. Verum ſi quando vterina præſidia ex vſu poſſunt exiſtere, in hoc caſu citra dubitationem erit. Sic enim proſunt vterina clyſteria ex ſucco *mercurialis*, iure pingui, ac modico melle. Item ex decocto *capillorum veneris, & lupulorum* cum melle, & aliis quæ modice irritent: caute tamen, ne alba ac fœda purgamenta, quæ cohibere poſtea non poſſis, concitentur. Ita quoq; ſuppoſitoria ex *axungia portina*, aut *lardo porci ſalato*, ex *goſſipio*, & *ſucco mercurialis*, & ex herba ipſa ad magnitudinem & figuram digiti efformata: ex *biera*, ac etiam in his quæ in epilepſia, delirio, aut profunda melancholia tentantur, *bieralogodii*. Sic inunctiones ex *theriaca*, aut ex *extractione theriaca*, *oleo croci*, *liliorum alborum chamæmeli caparrorum*, *dialthea*, *vnguento artanita*, & *aleo angelica*, & *amygdalarum dulcium*. Item fomentis ex *artemiſia*, *chamæmelo*, *abſynthio*, & *emollientibus herbis*. Proſunt & emplaſtra ex his & *parietaria* & *myrica*: ex vitellis ouorum frixis cum prædictis oleis & theriaca, quorum ſimilia reperies proprio cap. *de fœminarum morbis*. Verum ſi grumeſcat, fomentis vteris & prædictis inunctionibus.

Purgationes vteri per pharmaca inutiles.

17 Sed vt in omnib. his quatuor differentiis ſuppreſſionum ſciat Medicus quid non agere oporteat (ſiquidem dictum eſt, quibus præſidiis vtendum ſit) expendat, inutiles eſſe purgationes per pharmaca: ne dicam, ſummopere nocuas: namq; quod prædictis vteri vaſis continetur, nulla lege, nulloque loco per pharmaca purgantia extrahi poteſt, quinimo inutili perturbatione facta, grauiora fiunt & ſuccreſcunt accidentia, ſecus res ſe habet, ſi alicuius morbi gratia neceſſum fuerit vti purgatione, quã differre oportebit, donec aliquo modo conſtet, ab vtero, vel aliquid inſtillaſſe, vel ventrem detumuiſſe: tunc n. ratione aliorum humorum, qui vel computruerunt, vel vitiati ſunt, tempore & occaſione præſtita à morbi conditione, & materiæ coctione, id tentare iuſtum & neceſſarium iudico: cæterum leniſſimis pharmacis, & quæ vires non habeant vterum irritandi & turbandi.

Sanguinis recurſus ad venas maiores quib. curetur.

18 Secundum & non minus difficile, quod propoſuimus, fuit, cũ recurſus ſanguinis retrocedentis recurrit ad venas maiores, per eaſdem, per quas deſcendit: quod intelligere oportet, non fieri more turgentis humoris, ſed quia non datur exitus deſcendenti ſanguini, creſcit, & ſurſum recurrit: quo vniuerſus ſanguis conſpurcatur, & febres fiunt de genere ſucci in ipſo ſuperabundantis: & fœmina grauior efficitur, dolorib. premitur, & capite dolet, & laſſitudine inſolita moleſtatur. Tunc quidẽ nulla ratio na, ex talo (vt vulgatum eſt) ſanguinem mittimus, quantũ par fuerit ad implendam conſuetam purgationẽ puerperii, & aliquid amplius, vt ſatis ſit morbo præſenti, & ſuppreſſioni, virium robore conſiderato. In quo caſu (ſiue febris ſit bilioſa, ſiue cuiuſuis alterius humoris, continua aut interpollata) tria mihi ſeſe offerunt cõſideranda. Primum *an ſemper innitendum ſit, ex talo ſanguinem mittere*. Secundum *an ex brachio liceat aliquo modo ipſum fundere in prædicta ſuppreſſione*. Tertium, *an in his liceat purgare*. C[illegible]a primum,

primum, vſu & ratione compertum habeo, & mille experimentis confirmatum [illegible] odum eſſe, eo vſq; ex talo ſanguinem mittere, quo conſtet ſatisfactum fuiſſe conſuetudin[illegible] vel men[illegible] logialis purgationis, ſaltem donec reuocetur ſuppreſſa purgatio [illegible] poſſibile fiet [illegible] nam id eſſe [illegible] let. Verum ſi non redierit, & [illegible] factum videatur conſuetud[illegible] nc [illegible] andum eſt, an nuch quieuerit & temitatur his q[illegible] acta ſunt, quo tẽpore deſiſtere oportet [illegible] ſanguinis detractione, neq; e [illegible] lo, neq; aliunde. At ſi cum h[illegible] morbus protrahatur, vel [illegible] lange [illegible] aut d[illegible] s conſuetæ purg[illegible] ionis vel partus tranſierint, tunc quidem ſi [illegible] dhuc prænaluerit plen[illegible] [illegible] tas corporis, ſi in [illegible] endium ſit grande, procul dubio e[illegible] b[illegible] hi[illegible] ſanguinẽ mittes: ni[illegible] [illegible] pore in venis ſ[illegible] peteſt, neque loeis q[illegible] æ proximæ [illegible] t ac [illegible] picaris [illegible] rgamenta adhuc ſupere[illegible] qua, cucurbit[illegible] s inferni[illegible] partibus af[illegible] is inhib[illegible] humorum m[illegible] um ad ſuperiora. præterquam ꝙ neq; tantum ſanguinis extrahere licebit, quod ſuperi[illegible] es venas inanias, ita vt eas cogaris ab infernis partib. ſibi allicere. hoc n. grauiſſimum [illegible] ar[illegible] m: ſatis n. in his caſib. er[illegible], extrahere q[illegible] antum par fuerit ad ventilarionem comparandam in [illegible] nera putredinis, quæ exiſt[illegible] potius in meditullio co[illegible] poris, dixerim in iecore, ſplene & [illegible] artib. vicinis, q̃ [illegible] vtero, à quo per venas tali iam ſufficienter ſang[illegible] us miſſus fuit, & ob id non opo[illegible] et veteri h[illegible] parcas ſanguinis detractiones. *Præterea* & tertio, ſi nec vires amplius conſenſer[illegible], nec [illegible] ea morbi ex abundantiori ſanguine præſit, ſed iam in cacochimiam maior pars ſuccorũ verſa fuerit, tunc profecto, poſthabito iuſt[illegible] co timure, purgare oporteb[illegible] t pharmaco ſel[illegible] gente humorem peccantem: nec peperiſſe fœminã, impedimento erit, ſi mali vrgentia poſtulauerit, & humoris conditio id ex neceſſitate conſuluerit, quando nec ſanguinis detractiones, nec hirudines profue[illegible] unt, ad reuocandum ſanguinem, neq; ad ſedandam morbi ſæuitiam. Nec obſtabit, modicum quid in vtero remanere, ſiue inſullet, ſiue ſecus: nam expurgantia medicamenta nullam habent vim retrahendi, neq; euacuandi ea quæ in vtero ſunt, niſi quando venæ, à quib. purgantia pharmaca trahunt vitioſos ſu[illegible] c[illegible] s [illegible] n vterum actu ſeſe exonerant: quo [illegible] præcepta illa generalia [illegible] onſulunt, quatenus attinet ad ſanguinis detractionem ex vtero: ſiquidem ſi iam purgarunt, aut arte adimpletum fuit id in quo vterus defecit. Secus tamen res ſe habet, ſi arte aut natura ſanguis deſcendit ad vterum, & purgatur q[illegible] od ſuppreſſum fuerat: nam tunc donec durauerit talis purgatio ſanguinis, pharmaco purgan. [illegible] quam vtendum erit: qua lege intelligere oportet rem hanc in caſu poſito.

10 Tertio loco, vbi logiales, aut menſtruales purgationes recurrere, & recondi ſolent, eſt particula aliqua co[illegible] poris, ad quam irruit prædicta purgatio, & ad carneas partes aut neruoſas, & efficit inflammatorios affectus, veluti ad pleuram, pulmonem, aut guttur, efficiens, vel pleuritidem, vel anginam, aut difficilem reſpirationem. & pari ratione ad plures alias particulas, veluti ad caput, & phrenitides, & alia cerebri vitia machinatur. Quippe cum humor, quem natura per venas vteri purgare nititur, careat commodo deſcenſu ad ipſum, eo quod viæ obſtruuntur vel quomodolibet aliter coarctentur, procul dubio neceſſum erit recurrere ad totum per maiores venas, aut ad partem aliquam imbecillam, effecturum aliquem morbum peculiarem, vt dictum eſt. *Sanguinem menſtruum ad particulã aliquam recurrere quibus ſignis pateat.*

11 Cognoſces id facile ex peculiaribus partis affectæ ſymptomatis, ex dolore, moleſtia & ardore, ac reliquis quæ partem affectam deſignare ſolent: ſunt autem hæc mala grauiſſima, & periculoſiſſima, ita vt omnibus legibus, aut præceptis communibus poſthabitis, neceſſum ſit, protinus illis ſubuenire: & hoc etiam eſt operari ſecundum artem.

12 In qua re non ſolum ſuppreſſis purgationibus, verum fluentibus, ſanguinem mittere oportet ex ea p[illegible] te quæ citius & commodius reuellat, ſi morbus dederit expectandi inducias, vt à talo, dum purgatio adhuc præſit, quo naturæ ſatisfactum ſit, & à parte affecta longe diuertamus fluentem humorẽ, vt [illegible] uis ſit, qui quo non oportet, vergat. Verum ſi malũ creuerit, ita vt vrgentiæ ratione non ſit locus differendi ſanguinis miſſionem ex propinquiore parte, tunc profecto & ſi purgationes fluant, præſtitis infernis partibus cucurbitis, vt de more habent Medi[illegible], ad brachia deuenire oportet, & ſemel ac bis, & vt mali ſeuitia poſtulauerit, ab eis partibus ſanguinẽ mittes nedum cum prorſus purgatio deſiitur, & ſuppreſſa eſt: dummodo diſtantiſſimis partibus cucurbitas affixeris, aut in vtroq; caſu (maxime in phrenitide, aut al[illegible] is capitis grauiorib. affectionibus [illegible] ſuras ſcarificauer is: iuuant enim, & miſum iam modum recurſum humorum ad ſuperiora cohibent.

13 Sed in his caſibus vereri ſummopere purgationes per pharmaca oportet; nã præter id, quod ab inflammata, aut quomodolibet affecta parte nihil euacuant, humores illuc commotos, & adhuc quietos, longe magis exagitant, & impetu ſemel incepto, vbi fluere cœperunt, impetuoſius irruunt vel ſaltem donec declinauerit affectio, & tranſierit impetus fluxionis, & vltimo & ſecurius, donec ceſſet impetus purgationis logialis aut menſtrualis. De hac enim re, quæ dubitationem maximam ſolet Medicis, vel peritiſſimis afferre, hæc ſufficere videntur: nam reliqua auxilia, quæ cuique prædictarum affectionum debent adhiberi, non eſt cur in hac parte referam: requiret profecto diligens lector propriis capitibus.

14 Vltimo vero dictum eſt, puerperii purgationes aut menſales fluores (quod cunctis grauiora, & [illegible] iora pericula ſolent afferre) recurrere aſſueſcere ad partes corporis inanes, vacuas, & quæ viæ communes ſunt, vel excrementis excernendis, vel continendis, vel deferendis alimentis, aut alitoriis ſuccis, quales ſunt meſeræi venæ, & partes omnes inter iecur, ſplenem & ventriculum. Et cum mantales, aut puerperii purgationes, ex innata conditione, fœda labe ſint infectæ, & nactæ iam excrementi naturam ſi alicui par[illegible] præter naturæ inſtitutum, recondantur, & ibidem nullum beneficiu[illegible] à natura poſſint recipere reli[illegible] num eſt, putredine incorrigibili ampl[illegible] us fœdari conculcata in anguſto loco. & ab ea minera e ſe fundere [illegible] um vaporem, qui quecunque ierit [illegible] ſæuiſſima concitet accidentia, & [illegible] *Sanguis & menſtrua recurſus ad partes inanes, quibus curetur.*

repe-

reparabilia mala, quę lethaliter corpus perdant. Sic in his fœminis conſpicimus ſuccreſcere catalepſim maniam, epilepſiam, cum immodica ſenſus & motus euerſione: item melancholicas affectiones, & alia quæ ratione originis & loci, vbi cauſa eſt, & ob incompeſcibile vitium in materia contractum, irreparabilia ſunt: atque non ſolum ob id, ſed quia artis præſidia nequeunt attingere ac debellare omnem morbum, nedum eum, qui ita eſt grauis, abſconditus & inuincibilis mille modis, maxime cum vię non ſunt per quas ſeſe exoneret natura. Ratio horum omnium malorum, & difficultatis in curatione eſt, quia ſiue ſanguinem mittas, ſiue cutem ſcarifices, & quod grauius eſt, ſi per vterum irritans iterum reuocare, nil proficies: quod nunc mihi incumbit probare, quo conſtet ratio difficultatis. Primo, licet vitium ſit iam in cacochimiam verſum, purgare non audebis, quia vulgariter habetur criminoſum enixam menſtruantem purgare. *Præterea* per ſanguinis detractionem ex brachiis, quis audebit rem hanc tentare? cum ad ſuperiora euocent ſanguinem, vbi irruit ſua ſponte. Inſuper ſi tentes per vterum ſuppoſitoriis aut vterinis clyſteribus ſuppreſſam purgationem reuocare, nil magis efficies, cum iam ierint humores ad intima ſpatia & cauitates ac vias communes, cum quibus vterus nullam habet communionem. Etiam tentata euacuatione per hæmorrhoidas, malo aut ſymptomatibus ſubuenire poteris, ſuppreſſam vero purgationem prouocare, minime.

Quod ſi confidentiam habueris in ſanguinis detractionibus ex talo, vt omnia præcepta curatiua 25
prima facie videntur conſulere, crede mihi, longe magis lædes: cum hoc tamen non diſplicet, neque excuſari poteſt, à principio ſuppreſſionis, ab ea parte ſemper ſanguinem detrahere, quo is qui in partibus vicinis vtero præeſt, extrahatur, neque etiam in ſuppreſſione fluentis illuc cum illo recurrat: cæterum in eo auxilio perſiſtere, non ſolum fruſtra erit, verum ſumme pernicioſum. Quippe cum poſſibile ſit, id quod in locis dictis reconditum fuerit, non poſſe per vllam venarum ſectionem extrahi (quia non eſt commercium neque via per quam ad venas ſciſſas, ſiue brachiorum poſſit remeari) & quod laudabile eſt in venis quæ ſcinduntur, & alimentoſum, atque ſpirituoſum extrahitur, coniectabile eſt, extractionem illam duobus modis eſſe læſuram: vno, quia quod vitioſum eſt, intus remanet, quo morbus ſæuior efficitur: altero vero, quia extrahitur id, in quo vires corporis ſitæ exiſtunt: quo fit, vt laborantes fœminæ deterius magis ac magis ſe habeant, & vires fere proſternantur, tentatis præſidiis prædictis, quæ iuxta artis generalia præcepta, profutura erant, idq; non ſine ſugillatione Medicorum, & totius plebis admiratione.

Verum ne quis perterritus rei difficultate auxiliares manus vereatur adhibere, & ſic miſere mu- 26
lieres ſine præſidio conuenienti pereant, & vt laborantes & Medici credant factum fuiſſe, quantum artis poteſtas & præcepta poſſunt, quo quieſcat animus, & ex manu Domini arbitrentur fieri quidquid euenerit, multa prius conſideret, & diligenter examinet.

Primum quidem, *ex loca illis nullum eſſe recurſum ad venas, ſed quod ſemel ibidem collectum fuerit, ſolam per* 27
propria & peculiaria emulctoria poſſe euacuari. Monſtrant hanc veritatem præſidia legalia, quæ diximus nihil prodeſſe: explicat etiam & experimento fidiſſimo ipſa mulier, quæ in morte plurimum ſanguinē fundit per os, aut per inferiorem ventrem: quæ ſane ſunt illius loci, vbi collecta fuit logialis purgatio, propria emulctoria. Quod profecto non contingit in his, quæ moriuntur retroceſſione purgationis ad venas, aut ad partem ſignatam, aut ad vaſa ipſius vteri, licet ab eo ſoleat aliquādo nonnihil profundi. Secundo conſiderabis, *purgationes illas in prædictis locis collectas iam non eſſe de natura & ſorte ſanguinis, ſed in mera excrementa degeneraſſe, fœtida & mille vitiis conſpurcata: quo euidenter conſtat, fruſtra eſſe per venas conari illud educere.* Tertio conſiderabis, *ſi prædicta auxilia non ſolum non prodeſſe conſtiterit, verum potius vires labefactare, quo perſtante ſæuitia mali & fœda illa cauſa in deterius ſemper vergente, ineuitabili & breui morte laborantem perituram, & ob id neceſſum eſſe, aliud excogitare auxilium, legale etiam & adæquatum, quo poſthabitis vulgi erroribus, & communibus præceptis è directo cauſæ & malo, & loco vbi viget, correſpondeat: præſertim ſi haberi poſſit, quod non ſolum purgationi ſuppreſſæ non opponatur, ſed potius iuuet.* Quarto, vt id ſecurius & certius poſſis exequi, diligenter conſiderabis, *an fluat adhuc per vterum aliquid, quod prodeſſe poſſit, vel nihil, vel parui momenti, reſpecta magnitudine malorum:* nam tunc tanquam grauiori & vrgentiori malo, ſubueniendum erit. In quare cauendum erit, ne adhuc per vterum fluat, quod prodeſſe poſſit & videatur aliqua conferentia: aut ſanguis ſit purus, veteri enim eo tempore (quamuis non ſit ſufficiens quantitas pro mali vrgentia) oportet purgationem per pharmacum: quia coniectabile erit, poſſe iterum remeare ad vterum ſanguinem qui recurrerat ad ſuperiora. Verum, ſi neq; quod fluxerit, ſanguis, neq; ſi alia purgatio fuerit, ſufficiens ſit malum compeſcere, antequam vlterius illuc concluſum vitietur, & firmentur mala quæ viſuntur, tunc quidem audacter oportebit pharmaco purgante vti, quod poſſit per aluum ducere quidquid in viis prædictis immoratur.

Quæ profecto curandi ratio experimentis fidiſſimis eſt confirmata: namq; mulier quædam quæ a 28
habitabat apud diuum Nicolaum, ex menſibus non probe purgatis in febrem continuam, quę referebat modum duplicis tertianæ, incidit, & in principiis acceſſionū ex minera illa recurrebant humores in ventriculum, quo moleſtiſſimis eius doloribus infeſtabatur & ſyncopi: tandem purgata adeo melius ſe habuit, quod ſe putaret ſanitati fuiſſe reſtitutam: ſed iterum in quinta acceſſione irruit vitioſus humor, ſed mitius, donec iterum leuiter purgata longe melius habuit. Etiam alia mulier quæ in foro habitabat, ex partu, ſecundo die ardentiſſima febre correpta, tum acceſſionibus tertium diem deſignantibus, & tertio die ſuppreſſæ fuerunt partus purgationes, quæ fœtidiſſimæ erant, & ex toto recurrerunt ad hæc ſpatia & inanitates. tandē in tertia acceſſione, & quę quinto die ſuperuenit, ſubito correpta fuit vehementiſſima epilepſia cum ſpaſmo non ſenſato, ſed veluti cathaleptica. & obrutis ſenſibus manſit, ita vt nec ſanguinis miſſionibus factis, neque eadem die iterum facta per hæmorrhoides, quicquam profuerit. Quo viſo, coniecimus, in prædicto loco ſeſe collegiſſe prædictam purgationem,

& cly-

& clyſmatis fortiſſimis, ac ſuppoſitoriis ſepties plura & fœtidiſſima excrementa per aluum fudit, quo mox in ſeſe rediit. Ex quo euidenter collegimus veritatem caſus propoſiti, vt dictum eſt: cæterum tranſactis ſeptem horis, iterum mœſtiſſima facta eſt, & continuo delirauit, ac poſtmodum furibunda ſletit, & inſuper conuulſiuis motionib. premebatur. Quamobrem coniectauimus, non ſuffeciſſe vacuationem illam tanto malo: & cum ob mentis alienationem non potuiſſet pharmacum purgans ſumere, neque vires permiſiſſent, neq; loci vbi humores erant reconditi, vlterius ſanguinem mittere, obiit, fundens per os fœdiſſimum & corruptiſſimum ſanguinem.

29 Quibus profecto, & aliis quæ paſſim conſpicimus, & ratione, atq; caſus vrgentia ducti, cenſemus in caſu poſito, & in ſimilibus neceſſum eſſe pharmaco purganti vti potius quam inniti plurimum in euocatione ſuppreſſæ euacuationis, neque ſanguine miſſo, neq; deriuationibus: ſiquidem nec materia eſt iam ſanguinis, neque loci vbi præeſt, ſitus atque connexio permittit, niſi per propria emulctoria per pharmacum expurgare. In cuius adminiſtratione cauendum eſt ab his quæ à venis ſeligunt humores, & eos alliciunt ad partes ventris: nam id eſt, quod perniciosiſſimum ſolet eſſe, & quo infamari contigit adæquatum hoc præſidium. Nam cum certum ſit, ex humorum in vaſis commotione cauſam malo addi, mirum non eſt, ſi improſpere cedat: & ob id his ſolum rem agere oportet, quę ab his partibus efficaciter poſſunt euacuare: nam talia ſolent eſſe quæ ſecutius operantur, velut eſt ſerapinum Regis, & ex infuſionibus roſarum Perſicarum, cum ſeoa & lacte ſeminis cartami, ſerapium ex mercuriali cum ſeoa, & his ſimilia.

30 Verum ante omnia diligenter inquirere oportet locum vbi tales purgationes recurrerunt, nam ſi id ignorauerit, mirum non eſt, ſi loco ſanguinis miſſionis (quæ neceſſaria eſt ratione loci) purgatione vtaris (quæ nocua ſit) & loco purgationis proficuæ (vt dictum eſt) ſanguinis detractione, quæ læſiua ſit, vtaris: in hoc enim ſita eſt omnis felicis euentus cauſa & ratio.

Diſputationum Medicinalium

FINIS.

LVD.

LVDOVICI
MERCATI,
MEDICI,
A CVBICVLO PHILIPPI TERTII HISPANIARVM, INDIARVMQVE REGIS POTENTISSIMI ATQVE EIVSDEM PROTOMEDICI, ET

in Valleſoletana Academia Primariæ Cathedræ Profeſſoris emeriti,

DE PVERORVM EDVCATIONE, CVSTOdia, & prouidentia.

ATQVE DE MORBORVM, QVI IPSIS accidunt, curatione.

LIBRI DVO.

Ad beatiſſimam, ſacratiſſimamque Virginem, Mariam Dei genitricem, & aduocatam noſtram.

Francofurti, ex Officina Paltheniana.

ANNO CHRISTI M. DC. XXIX.

DE PVERORVM EDVCATIONE, CVSTODIA ET PROVIDENTIA, LIBRI DVO.

QVORVM PRIMVS DOCET INFANTIVM EDVCATIONEM: Secundus enumerat, & curare docet puerorum morbos.

De nutricum electione, cuſtodia, & prouidentia.

LIBER PRIMVS.

1 DE puerorum educatione, cuſtodia & prouidentia tractaturo mihi multa ſeſe offerunt explicanda, quę huic miniſterio ſummopere neceſſaria, & proficua fore ſpero. Primum profectò eſt, diligenter inquirere, *quale ſit primum & neceſſarium principium in puerorum educatione.* In qua re licet multa, & quæ primo acceſſu videntur neceſſaria, ſeſe poſſunt offerre; nullum profectò eorum adeo eſt vtile, & præciſe ineuitabile, in omni tempore & occaſione (nam reliqua ad tempus ſunt neceſſaria, & non raro ſine illis puerorum multi vſq; ad maiorem ætatem innocue perueniunt, vt in ruralibus conſpicimus) quam alimentum, idq; maxime, quod ex nutrice depromitur: quo fit, vt ab eius electione & cuſtodia inchoandum ſit in hoc miniſterio. Verum quia huius rei *lib. de fem. morbis & tomo 2.* latius rationem reddidimus, ſolum pauca, & præciſe neceſſaria, hac in parte referam, ne huic tractationi aliquid deeſſe videatur. *Ab alimento cur inchoandum.*

2 In qua re ante omnia conſiderare oportet, quod licet ætates conſtet variis partitionib. diuiſas fuiſſe ab auctoribus: tamen in hac tractatione cum Ariſto. placet pueritiam primo ſeptenario comprehendere (licet ad decimum quartum annum pleriſq; Stoicorum placeat extendere, & in ea infantiam) nam vtriuſq; morbi, fere eiuſdem ſunt modi & rationis, cum in eo tempore caliditate, & humiditate, ſuper natorum corpora maxime polleant. Quam temperaturam ſi quis ſuperficialiter conſideret, facile reperiet morboſiſſimam eſſe, quia corruptioni maxime eſt obnoxia. Verum quia, vt paulo inferius referam, hoc decretum limitatione, & clariori explicatione indigeat, ſiquidem ea corruptibilitas, non ex innata temperie, ſed aliunde illis ſuccreſcit, illuc diſſeram propriores rationes. Nam prædictam promptitudinē aliunde prouenire comperimus: quod ſi velis præcauere, multa præmittere opus erit, quib. inhiberi corruptibilis illa temperies facile poſſit. quorum omnium ſeorſum meminiſſe erit opus. *Pueritia nomine quid veniat.*

3 His quidem ſic conſideratis, ſciant qui filios velint probe educare, & cuſtodire, atq; ad optimos mores diſponere, longe melius id fieri materno lacte (etiam ſi non ſit omnibus dotibus ſelectiſſimum) quam quouis alio: nam ob id tot electionibus oportet nutricis lac eſſe ſelectum, quia eis omnibus non ſatis in vna muliere ſimul oſtendet eſſe melioris temperaturæ, & ſubſtantiæ, cum hoc minus conueniens. Nam ſi his omnibus polleat, ſignum eſt, naturæ cuiuſuis, conditionibus, & temperamento iuſtiſſime conuenire; quia medium in omnib. his rebus ſatius ex vſu extitit, quam ſi aliquo modo ad aliquod extremum deuiauerit; idque non ſolum in cuſtodiendo, ſed etiam non raro in curando: & ob id non carent culpa matres, quę filios alere recuſant ſine cauſa. Quod ſi ratione commutata mates ſtuduerit facere, id quidem opus incipiat poſt menſem à partu, aut ſaltem, dum à puerperio purgata fuerit, dummodo alterius pueri, aut catuli ſuctu quotidie vbera à coloſtris expurget. Verum ſi aut celſitudini matris non decuerit proprium filium alere; aut nequiuerit, vel ob aliquem affectum impoſſibile, vel difficile fuerit, tunc eligenda nutrix eſt, quæ multis dotibus inſignita ſit; nam tantum deerit à conuenienti, vt alienum filium alere commode poſſit, quantum ab ea bonitate deuiauerit: etiam ſi proprio filio educando aptiſſima ſit, & ipſum oſtendat vegetum, boni habitus, & coloris, & pulchritudine maxima inſignitum. *Filiorum educatio melior fit materno lacte quam alieno.*

4 Primo quidem à viro ſit ſeiuncta; nec nimium luxui dedita: ſit iuuencula, à vigeſimo anno,

R 2 vſque

Nutrix quæ & qualis eligenda. vſque ad trigeſimum quintum: nam annoſior plerumque generabit lac aliquo defectu vitiatum: iunior vero crudius. Sit enim boni coloris, non admodum albicantis, ſed cum rubore pudica, modeſta, ac bene morigerata, mitis, ſobria, hilaris, munda, non iracunda, non guloſa, neque procax, aut triſtis, neque ſtolida. *Præterea*, ea eligatur, quę non abortierit; quia lac generabit mille modis vitioſum, & imperfectum: neque rurſus ex ſua natura abortiua ſit, quod deterius eſt, quam ſi ſemel abortient: ſiquidem vt ſanguis vitioſus ex abortu aſſueſcit ad mammas adire, eas quoque vitiat, & intemperat, adeo vt neceſſum ſit, lac etiam prauum fieri. Neque rurſus *menſtruam* fuerit, quia lac fore prauiſſimum, mox probabo latius. *Denique* ea potiſſimum eſt eligenda, quæ lac habeat, quod non plurimum diſtet ab infantis ætate, aut in nuper natis nutriendis, à ſecundo, ad quartum menſem. Sed inter omnia ſanitate maxime polleat, & potiſſimum libera ſit à morbi Gallici contagio, aut tabe, epilepſia, lepra, alopecia, vel ſcabie, ne refundat cum lacte in puerum morborum ſeminaria. *Nec minus* eligere oportet eam (quę tamuis ipſa ſana, & bonæ temperaturæ primo aſpectu videatur) quæ vito ſit, aut in primo matrimonio fuerit nupta morboſo, aut ei, qui vel ſudauerit, vel perunctus hydrargyro fuerit; hæc enim omnia ſuſpectione non carent. *Præterea* pectore ſit amplo, mammis mediocribus, cum papillis etiam mediocribus: quia magnę linguam & palatum infantis offendunt: tenues quidem papillę vix apprehenduntur: neque meatus, ſeu lactis canales habeant cauernoſos, & nimis apertos, ne pueruli copioſo lacte ſuffocentur, neque rurſus nimis adſtrictos, ne impetu feriat lac palatum pueri ex nimio ſuctu atque impetuoſo: quia hac ratione palatum ſæpiſſime calfit; quia tenetur vi maxima lac ſugere; nam ob id labore defeſſi deſinunt ſugere, & minus quam neceſſum eſt, aluntur. *Præterea* ea nutris eligenda eſt, quæ corpore ſit neque pingui, neque nimium gracili, ſiccius enim generat lac: quæ vero pinguis eſt, plurimum alimenti conuertit in pinguedinem, quo fit, vt ſæpiſſime lactis quam pauciſſimum generet. Tandem omnia illa vitentur, quæ ad Venerem concitare poſſint. *Inſuper* non ſit primipara, ſed quæ ter, aut bis ad minus pepererit; non tamen vltra ſex partus grauida fuerit. Item filios habeat viuos, ſanos, vegetos, ſed (vt antea cœperam dicere) eius ſit conditionis, & conſuetudinis in lactando, quod citra menſtruam purgationem lac ſuppeditet vltra biennium aut ſaltem vltra vigaſimum menſem, ne parentes pueri cogantur ante ablactationis tempus idoneum, nutricem mutare, quod rariſſime caret incommodo aliquo. *Inſuper* in nutricis electione, ruralis vrbanæ præferenda eſt, & quæ vſa fuerit brachiorum plurimo exercitio; quia ob id lac minus abundabit excrementis. *Præterea* nutricem in filiis magnatum enutriendis, ſegregare à marito ſummopere oportet, & bonis alere cibis: ac ſi hoc tempore lac non mutetur in deterius ex nouitate vitæ & victus, iure optimo ruralis reliquis eſt prę ferenda. Sed vt exacta & perfecte fiat nutricis electio, ſciat Medicus, non ſufficere his omnibus dotibus ornatam eſſe, niſi lac omnibus bonitatis ſignis, & conditionibus ſit inſignitum; quorum ante omnia meminiſſe hac in parte decreui.

Lactis probatio. Electa his dotibus ornata nutrice, ad lactis probationem accedes, ſi prius intellexeris naturam, modumque generationis lactis, & vberum poteſtatem ad id munus exequendum. Fuere quidem mammæ exuberantiores, & glandulis plenæ, fœminis donatæ, & in ea parte ſitæ, *vt Galen. placuit. 7. de vſu par. capit.* 22. vt copioſiſſimum benigni alimenti reſiduum colligi poſſit, ex quo vſus, & indigentiæ tempore, lac filiis educandis ſuppeditaretur: & ob id oportuit, mammas eo ſitu locare, quo facillime ex cibo exacte confecto implerentur, ad lactis generationem, maxime vltimo geſtationis vteri tempore; *Lac quid.* vt placuit Hippo. *lib. 2. popu p. 3. tex* 24 dicente, *lac nutrimento mutationem accipere: acti menſtrui vero proficiente.* Eſt quippe lac nil aliud, quam veluti ſuperfluitas quædam nutrimenti partis ipſum generantis, ſimilis quidem ipſius naturæ exiſtens; nam eſt ſanguis mutatus & dealbatus, vt ſtatuerat Ariſt. 4. *de gene. anima. cap. 8. & 3. de hiſtoria, cap.* 20. Et ea ratione Empedocles *pus* nominauit, iuxta morem antiquorum, qui coctionem (qua mediante ex ſanguine fit pus) corruptionem appellarunt; quo excuſantur à reprehenſione Ariſtot. *loco citato*, ſiquidem ipſi lac coctum, ſanguinem eſſe fuerunt arbitrati. Sic enim Plut. 5. *de cau. natu.* imo & ipſe Ariſt. 4. *topi. ca* 5. refert, Empedoclem, vinum appellaſſe aquam *Lac ex quo fiat materia.* in ligno putrefactam, Et ob id Alexan. retulit 5 *proble.* 80. lac eſſe ſanguinem dealbatum. His miſſis, ad rei naturam accedentes, arbitrandum eſt, lac fieri ex puriori ſanguinis menſtrui parte; hoc eſt, ſanguinis qui ſupereſt poſt matris alimentum. Quo ſenſu cenſeo Ariſtot. dixiſſe 4. de gen. anim. *lac ante ſeptimum menſem, eſſe malum*, quia puriorem ſanguinis partem fœtus aſſumit: poſt vero non ita, quia maior pars dulcioris ſanguinis ad mammas defertur. Et ob id certiſſimum eſt, nutrices menſtruantes deterrimum lac gignere; quia eo tempore quo ad mammas recurrit ſanguis, quamuis puriſſimum ſua natura ſit, conſpurcatur conſortio menſtrui; quo imo tunc nequit natura ita libere ſelectam partem *Lac in mammis per veram coctionem conficitur.* ſeparare, & ad mammas tranſmittere. Statuendum inſuper eſt, lac in mammis per veram coctionem confici: quæ quidem in mediocritatem terminatur, vt conſtat ex Hippoc. *lib. de natura fœtus*; ſiquidem hæc coctionis ſors non terminatur in vltimam perfectionem, quia lac vlteriorem eſt conſequuturum, ſiquidem iterum in ſanguinem & carnem debet conuerti. Nec difficile videri debet, lac per coctionem ſanguinis calidioris fieri frigidum, mammarum frigiditate: quæ ſane frigiditas ineptiſſima videtur ad moliendam coctionem: cum hoc tamen euidentiſſimum eſt mammas ſanguinem ſeccidiorem poſſe concoquere; tum ex vicinia caloris cordis ipſius, quo implet natura defectum mammarum: tum etiam, quia illa cenſenda eſt verior coctio, qua alimentum vertitur in naturam aliti, ſiue calidum, ſiue frigidum. Quo fit, vt mammæ, licet frigidiores ſanguine ſint, poſſint in albam naturam, mammis ſimilem, mutare, vt alantur, quia tenentur ex ſimili nutriri. Quod artificium & eius materiam explicuit Gal. *5. apho. 39.* ſed clarius Hipp. *lib. 1, de morbis mulie.* dicens: *At vero lac quomodo fiat, dictum eſt à me*

eſt à me lib. de natura pueri. Poſtquam autem pragnans fuerit mulier, menſes non valde prodeunt, præterquam quibuſdam paucis, dulciſſimus enim humor cibi ac potibus ad mammas vertitur ac exugitur, & neceſſe eſt, etiam reliquum corpus enatuari, & minus ſanguine plenum fieri, atq; hoc ita communi [illegible] Quibus verbis conſtat modus quo lac generatur. Quo ſuppoſito, ad eius electionem accedere. [illegible] eſt.

6 In lactis vero probatione ſtatuendum eſt prim[illegible] debere eſſe *copioſum*, ita vt nutritioni, & augmento ſufficiat. Sit etiam guſtui & olfactui *grat*[illegible] quæ [illegible] nutrimentorum ſunt præſtantia. Sit inſuper lac *albiſſimum* [illegible] à glandulis albiſſimis [illegible] Non ſit cum hoc perſpicuum vt reliqua corpora alba [illegible] & [illegible] magis [illegible] videantur, *vt loco citato ex Ariſtot. & Plutar. probauimus.* [illegible] in aliis [illegible] ſuffiiat mediocritas, in colore quidem extremum ſequitur [illegible] Auic. reprobet, eo quod albiſſimum lac æmulatur pituitam. in quo quidem fallitur, ſiquidem lac candore ſuperare tenetur pituitam: & ob id reliqui colores improbantur. Et licet *lib. de fœminarum morbis* dixerim lac debere eſſe mediocriter album; ob id dictum puta, quia voluit Ariſtot. *lib. 3. de hiſto. ani. cap. 11.* lac liuidum albo eſſe præſtantius, intelligens per liuidum, cœli colorem: quod multi autorum non improbant: Sed Gal. *lib. 1. de ſani. tu. cap. 9.* lac albiſſimum debere eſſe ſtatuit: cum hoc tamen cœli color in eo non eſt poſthabendus: reliquos enim colores prorſus prauos eſſe, omnes fatentur, eo quod ſuperabundantiam alicuius humoris atteſtantur, aut vitium aliud deterius. Nec placet *pituitoſum lac* probare ad biliosi pueri reductionem, quia potius redderetur complicatis morbis obnoxius: ſiquidem tantam contrarietatem nequibit tolerare teneriima puerorum ſubſtantia, & ob id tutius eſt, temporis diuturnitate, & lacte mediocris temperiei, reducere, quam breui tempore prædictis affectus puero accerſire. *Præterea* lac ſit *medium inter tenue & craſſum*: craſſum enim caſeoſum eſt, & coctioni ineptiſſimum, & altioni inſalubre, ac ad epilepſiam concitandam paratiſſimum: tenue vero ex ſeroſitatis copia, atque ob id liquiditatem, atrophiam induerit: quia inutile eſt ad nutritionem, eo quod pa[illegible]ſſimam habeat nutrituram ſubſtantiam. Quod vero in medio eſt, tanquam magis butyroſum, probatiſſimum haberi debet; quia fere omnino in ſubſtantiam pueri, tanquam familiarius alimentum conuertitur. Præter quæ omnia ſit eius *ſubſtantia æqualis*: nam diuerſas partes ſortiri conſpicuas (etiam ſi ex ſua natura ex diuerſiſſimis conſtet, vt butyroſa, caſeali & ſeroſa) ſignum eſt ſummæ cruditatis, & ob id vndequaque oportet eſſe ſibi ſimile. Qua etiam ratione improbatur *ſpumoſum*, & quod cito, cum alicubi colligitur, ſeparat partem ſeroſam a caſeoſa. Repertes enim non raro, lactis partem ſeroſam ſeparatam eſſe à reliquis, quod ſumme malum eſſe, erit arbitrandum: nam præter id quod æqualitas cunctis inæqualitatibus eſt deterior, quia ſolum fugitur primo ſeroſa pars, & poſtea reliqua; ex impermiſtione difficillime & inæqualiter coquitur: quod non ita difficulter contingit, vbi partes diuiſæ permiſcentur. Vera enim, & ſalubris lactis tenuitas, non ex ſerea ſubſtantia, ſed ex butyroſa, quæ mediæ ſit ſubſtantiæ comparanda eſt. *Denique* medium in omnibus albiſſimum, temperatum, quod manu collectum, neque calfaciat, neque refrigeret, ſed media temperie afficiat, id profectu omnium probatiſſimum haberi debet, quia hæc temperies adeo eſt omnibus corporibus puerorum proficua, quod biliosos, & pituitoſos, atque reliquos ad mediocrem temperiem, & laudabiliorem reducit. Nam in excesſu in aliquo ex dictis polluerit, ad ipſum vergere puerum coget, & intemperatum efficiet quod ſane in puerorum educatione omni diligentia cauendum eſt. Qui vero ſtuduerit copioſius lactis probationem ediſcere, quo minus fallatur legat prædicta capita, *tom. 1. & tom. 3.* nam mihi non placuit ea, quæ admodum difficilia non ſunt, pluries repetere. Hoc vnum tamen placet hac in parte monere, nimirum ſæpe lac maternum, quantumuis inæquale, ſeroſum, caſeoſum, aut vitiatum ſit, proprium puerum alere, impinguare, & miro modo nutrire. quod ſi ſicut alteri puero præbuerit, ſummopere lædes. *Lactis maternæ bonitas.*

7 Cum in omni infantium educatione & cuſtodia, nihil æque potens ſit quam nutricis electio & in ea bonitate, qua inuenta fuerit, cuſtodia, ob id huius rei cura & prouidentia maxime habenda eſt. *Nutricis cuſtodia.* In quo miniſterio, primo vitanda ſunt nutrici omnia acria, acerba, ſalſa, acida, amara, & valde calefacientia, aut imprimis refrigerantia: atque non minus, quæ nimis aquoſa ſunt, vel ſupra modum ſicca & terreſtria: etiam ſi oportet diligenter ſeruari, an ad aliquam intemperierum vergat temporis inclementia & exceſſus, vt aduerſus illam alimentis modice, pugnes, & ſiſtere, ne vltra creſcat, pullis. *Inſuper* aliis concedes probatiora cibaria, ex carnibus animam, ſi [illegible] parentum tulerit, ſin alter, arietis, aut vituli. Mox vero à principio educationis, ſimplici victu victu communi, & mox, ſi vel id probe coxerit, vel pluribus indigeat, eo quod infans voraciſſimus ſit, victum adaugebis, præbens illi carnem aſſam, & coctam aut aliquid condimentis præparatum, quo guſtui ſatisfacias, quia ob id melius conficiet alimenta. Ex fructibus parum ac ex oleribus longe minus, niſi æſtuoſum tempus aut bilioſus puer id poſtulauerint. Denique talis victus ratio vnicuique inſtituenda eſt, qualis fuerit natura, & conditio pueri, aut parentum dignitas & præſtantia permiſerit. Et cum in hac re non parua ſit differentia, vnam viuendi formam, quæ omnibus ſit proficua, ſignare non licet: cum hoc tamen omnibus [illegible] nere oportet, ne vinum bibant; & id exercitium, quo partes ſuperiores magis exerceantur, commendare, vt lac copioſum & probatum gignat. Dormiat quantum poſſibile fuerit, ac neceſſarium ſit, vt alimenta probe coquantur: nam in hac re id ſolum curare oportet, alioqui, licet præſtantiſſima præbeas alimenta, nihil proderunt. Item viro non accedat, ne vſu Venereorum, menſes prorumpant, nam eis fluentibus, periculum eſt, ne puer in epilepſiam, aut alia mala deſeratur, aut grauida fiat vxor. quod multa ſolet infantibus afferre pericula; præterquam quod coitus veluti epilepſia repentina in nutrice, & maxima bonorum aut malorum ſuccorum concitatur perturbatio; quo lac ſummopere vitiatur.

 Qui

Quibus rationibus ea omnia quæ ad Venerem concitant, vitare ſummopere conuenit. *Inſuper nutrix* non ſit plurimum bibula interdiu, neq; copioſo in prandio vtatur potu, ne crudius & aquoſius fiat lac, quod multorum malorum ſolet eſſe cauſa. Item mane in ientaculo, ſi poſſibile fuerit, non vtatur carnibus, niſi puer plurimum ſugat, aut ipſa nutrix ventriculum ſortiatur robuſtiſſimum: ſin aliter, pauciſſimum ſit, aut oua ſorbilia, vel hepata gallinarum: paſſulæ hyberno tempore, aut quid ſimile. *Præterea* in merenda ſatis ſit conſatua aliqua cum pane & modico potu: cœna vero ſit copioſior; quo ſufficit per noctem puerulum ſufficienter alere: itaq; his omnibus deſumatur victus, vt famem cibus & ſitis potum capeſſant, cauentes faſtidium, & nimiam ſatietatem, atq; inſuper ciborum craſſitiem. Præcaueatur etiam ab omnibus animi paſſionibus: facile enim lac vitiatur ab ira ob efferueſcentiam, à triſtitia, quia craſſeſcit & melancholiæ effigiem recipit, ac inſuper facile ſanguis alteratur vniuerſus. *Rurſus* curandum eſt, vt ſufficienter dormiat nutrix: nam aliter crudum lac puero ſuppeditabit; id quod non faciet, interim dum puer vbera ſugit, ſed ſomnum capiat, ipſo ab vbere ſeparato, ne ſuffocatione periclitetur. At in nutricis cuſtodia maxime cauendum eſt, ne menſes fluant; in qua re dubitant non pauci ex autoribus, vtrum ſit præſtantius, nimirum, nutricem eſſe menſtruantem, an ſecus; & an protinus ac menſes fluxerint, ableganda ſit à nutritione pueri.

[illegible]

In qua re cœperam antea non nihil dicere. Sed fuſius hac in parte ſtatuendum eſt, longe vtiliorem, ſecuriorem, & magis proficuam eſſe nutricem, quæ menſtruis caret, ac nullo modo eſſe permittendam eam, quæ in educatione infantis menſes profundit, & longe grauius, ſi antea cum lactare cœperat, non fluebant. Quod quidem præceptum adeo verum & obſeruandum eſt in omnibus, quod adhuc in his quæ proprios filios educandos ſuſceperunt, verum teneat. In quo caſu ſi ſemper à partu mater menſtruauerit, longe minus malum eſt, quam ſi in medio educationis menſtrua eruperint: cæterum in nutricibus vtrunque perniciosiſſimum exiſtit. Ratio profecto eſt, quia menſtruorum eruptio præter id, quod auide ipſas fœminas ad libidinem inuitat, & fœdum ſanguinem ea concitatione fundunt; ſanguis enim ea libidine incaleſcit, turbatur & efferueſcit; quo fit, vt cum putrori parte reliquorum ſuccorum, quos natura cauet illuc migrare, magna pars commiſcetur, lac vitiatur. Hinc enim pueris fœdi colores, faſtidia, vomitus, & alui fluxus, febriculæ & inſolita triſtitia, atque alia mala ſuccreſcere ſolent, cum puſtulis & eaiuris per cutem, & caput; ſed maxime epilepſiã prouenire compertum habemus. Quippe ea fœdiſſimi ſanguinis ad menſtruam purgationem adſeruati turbatione, reliquus conſpurcatur, & potius veneni ac medicamenti, quam alimenti vices gerat; ita vt longe grauiora ſint mala, quæ ex hac turbatione ſequuntur, quam beneficium ea nocui purgatione. Non enim credibile eſt, purum manere ſanguinem pluſquam antea, ſed turbatum, quod antea non erat. Certum enim eſt, abundantiam paulatim ſeparari, commigrarétam ad vterum, qua fiant menſtruę purgationes, ex qua ad mammas fit grandis commeatus, ratione conſortii, & vius naturæ: quo fit, vt neceſſum ſit, lac ſuſceptare maius vitium & corpus maiorem turbationem in reliquo ſanguine, quam ſit vtilitas ex purgatione ſuperflui (*vt antea dixeram*) licet ad fœminæ ſalutem certum ſit ea vti eſſe, & eam præcauere à magnis malis. Et ob id cenſendum eſt, perniſioſiſſimum eſſe, nutricem menſtruare: nam cum ſanguis ille exuperet toto menſe, vt poſtea in fine excernatur, duobus modis lædi nutricem erit neceſſum: vno ea abundantiore ſanguine (& non probo) toto menſe ad expulſionem adſeruato; altero quidem menſtruationis tempore, & parum ante illud in lunari agitatione. Certum enim eſt, eas nutrices, quæ non menſtruant, non generare plus ſanguinis, quam ſibi & fœtui conueniat, & ob id carent periculis ex abundantia & turbatione in excretione menſtrui; quia ſicut non abundat, non aceruatur, & ſubinde carebunt etiam vitio, & corruptione lactis, quia carent vapore & conſortio ſanguinis fœdi & turbati ad menſtruandum; qua ratione ſemper in aliis purus eſt ſanguis, neq; purgatione egens, neq; ſubſidio alio. Neq; valet ratio à quibuſdam adducta, nimirum *pueros longe deterius ſe habere ex nouitate lactis, nutrice mutata, quam ex menſtrua purgatione:* nam ſi quis rem ipſam diligenter conſideret, maiorem & frequentiorem reperiet nouitatem ea menſtruis ſingulis menſibus erumpentibus, quam ſi ſemel lactationis tempore nutrix mutetur. Siquidem ea menſtruatione tripliciter lædi poteſt, nimirum ea nouitate, quia lac vitiatur menſtruis aggregatis, & ad pulſum commotis; item ea mutatione lactis in deterius, & tertio, quia hæc mutatio contingit ſingulis menſibus, & nutricis mutatio fit ſemel. Ea quo mihi ſemper perſuaſum habui, maturius eſſe conſilium, protinus menſtruantem nutricem ablegare, quo ſecurius fœtus alimentum ſuſceptet, quam ruſtico & incerto timore, in certiora pericula infantem deducere.

De vitijs quæ lacti accidere poſſunt.

Electa nutrice, ſummopere curandum eſt, ne lac illi aliqua occaſione vitietur: quippe lac ſolet plerisque deficere, imminui, aut in caſei formam concreſcere, vel plus iuſto craſſius reddi, tenuari, & aquoſius fieri, vel acidum, ſalſum, aut amarum reddi, ita vt infantes, ob id & alia vitia renuant vbera ſugere, ac ſi præ indigentia vbera ſumunt, mox guſtato lacte, caput & os à papilla auertere, & veluti à re pernicioſa ſugere cum ploratu & inquietudine. Quæ ſane vitia non raro conſpicimus in pleriſque nutricum, etiam ſi eas mille dotibus probatiſſimas elegerimus: nam temporis, vitæ & victus mutata conditione, ea mala ſolent ſuccreſcere. Quapropter ne in damnum & perniciem infantis hæc conuertantur, præcauere oportet, vel nutricem mutare, quod ſatius fuerit, aut diligenter ipſum amendare, corrigere, & familiarius, dulcius, & commodius reddere. Sed crede mihi, candide lector, ſatius multo eſſe, & tutius, ac citius puero beneficium præſtari nutricis mutatione in aliam commodiorem, quam fruſtra correctionem tentare. Nam certum quidem erit, vitia ea prauo alimento, aut vitę erratis emendari artis beneficio aliquo modo poſſe; cæterum dum lactis vitium à fœmina, vel ab vbere prodit, nequaquam, vt millies probatum, & fruſtra tentatum, ſine vitia contrahantur ex praua glandularum carne,

carne, ſiue ex iecore deterrimum ſanguinem gignente, ſiue à capitis defluxione lac fœdante, ſiue ex toto corpore praue temperato, aut aliquo morbo affecto. Quapropter vt vanum exiſtimaui, medicamẽtis amplius lac peruertere, ac citius quam ab eis corpus poſſit gratiam ſuſcipere, aut lac correctionem admittere, quo infantes ſæpius maius damnum, quam beneficium ſuſceperant.

16 Initium tamen in lactis emendatione ſumam ab ipſius paucitate: cuius rei qui multa & curioſa atque vtilia velit ſcire, legat lib. noſtrum *de fœmi. morbis*, qua parte latiſſime cauſas, ſigna & verum curandi rationem ſcripſimus: tamen hac in parte ſolum mihi eſt in animo, ſumma huius rei capita referre, & medelam accuratiſſimam deſignare. In primis in hac re expendenda eſt nutrix, an puero parcum lac ſuppeditet, & puer, an parum vrinæ expellat, vel aliis excrementorum; quibus ſignis conjectandum eſt, quam pauciſſimum lactis habere, maxime, ſi acceſſerit craſſum eſſe: raro enim craſſum ſimul & copioſum reperies. Paucitatem etiam noſces (*vt dictum eſt*) ex defectu vrinæ, conſiderans prius, ne defectus vrinæ proueniat ex nimia pueri nutritione ac obeſitate, ſicut ſolet vbertas vrinæ prodire ex pauciſſima refectione, quia lac aquoſiſſimum eſt, & pauci nutrimenti. Sed poteris id maiorius conſiderare, ſi cauſas paucitatis vrinæ propriores diligenter expenderis: namque certiſſimum eſt in his deficere, quibus corporis habitus vel temperamentum ſiccum exiſtit, gracile, excarne; aut è contra, ſi fœminæ corpulenta, carnoſa, & obeſa fuerit: quippe illa multum ſanguinis reſoluit; hæc vero multum ſumit ad ſui nutritionem. Pauciſſimum etiam lac generat copioſus ſanguinis fluxus, aut menſtrualis purgatio, vbi in nutrice perſeuerauerit: exercitium item vehemens & rurale, vigilia, licet hæc crudius potiſſimum faciat, ſicut fames pauciſſimum; mœror vero, ſollicitudo vel febris, non minus generationi lactis officiunt. Cognoſces etiam lactis paucitatem, quia nutrix mammas habet rugoſas, graciles, & contractas, ob propriam earum imbecillitatem, & ſiccam temperiem: vel ſi conſtiterit, mammas pollere immenſa caliditate, quæ plurimum ſanguinis diſſipet, aut frigiditatem, quæ parum conficiat, ac in lac commutare coquendo poſſit.

De lactis paucitate corrigenda.

Paucitas lactis ex quibus cognoſcatur.

11 Quibus conſideratis, curationem inſtitues vno è duobus modis. *Primo*, habito ad paucitatis cauſarum reſpectu: *altero* vero in genere, adhibitis his, quæ ſua natura lac adaugere idonea ſunt. Sic profecto ſi ſanguis defecerit, à quacunque cauſa ſit, copioſiori alimento & melioris ſubſtantiæ vteris, dummodo humidum ſit, & calidum moderate: nam talia, inquit Galen. 5. *ſimpli. cap.* 20. quæ lac generaturi futura ſunt. Huius naturæ exiſtit *Lac capræ*, aut *anu decoctum cum vitellis ouorum & ſaccharo*: & idem *lac decoctum cum farina & melle*. Præſtat condire omnia cibaria modico ſale, quo facilius penetrent, vt docuit Apollonius Herophili diſcipulus, qui ea lege emaciatos impinguabat. Nec turbat hanc veritatem Moſchionem, Albertum Mag. Aetium & Arabes omnes, Auicen. excepto, ſalita omnia vetuiſſe in Lactis paucitate, quia vim habent exiccandi: ſiquidem ſalita, ſi modice adhibeantur, ſunt veluti reliquorum vehiculum. Idem beneficium præſtant piſces, *tructa* præſertim, *beſucus, ſalmo*. Item cibus albus, ex *lacte, ſaccharo & carne gallina*: cui quoque vſui placentas formamus, ex *ſeſamo, amygdalis, nucleis pineatum & nucibus cum melle*. Præſtantius vero eſt *lini ſemen cum melle decoctum, & aniſo aut fœniculo*, vel *ptyſana cum eiſdem ſeminibus, & piſtacea omnia*: & modicum vini generoſi, vbi præ defectu caloris lac non probe in mammis conficitur. Pari ratione vitium ſanguinis emendabis optimis alimentis, ſed maxime expurgato vitio, ſi ex pituita, melancholia aut bile fuerit. Quod ſi ex mammarum gracilitate lac imminute gignatur, licet frictionibus & fomentis ex rebus humidis ac modice calidis aliquo modo emendari poſſit, tamen cum hoc fere hoc malum eſt incorrigibile, & ob id ad ea, quæ ſua natura lac copioſum ſuppeditant, deuenire oportet: quorum ſyluam reperies *lib. noſtro de fœminarum morbis*. Quod ſi calidum præfuerit totius corporis intemperamentum, ſatius iudico mutare nutricem, quam cum pueri periculo vniuerſum temperamentum euertere: quod ſimiliter de frigido ſubaudire oportet. Conſiderabis etiam, lubricitatem alui in nutrice plerumque lac minuere: & ipſam roborare ac adſtringere diligenter inſtitues. Sic ſi defecerit lac ex aliquo ſubito terrore, ipſum reuocabis calidis fomentis, & leuiſſimis frictionibus, atque potibus aquæ calidæ. Interim tamen ſcito, ea quæ lac ſuppeditant, debere eſſe quæ primo ordine calida ſint, ſaltem ſecundum non excedant; nullo tamen modo ſicca, *vt Galen. docet at 5 ſimp. cap.* 22. ſicut prouocantia menſes, calidiora, & vrinam mouentia, ſicciora. Sic profecto proſunt paucitati lactis *fœniculus, anethum, aniſum, melantium, paſtinaca, apium, vitex, mentha, raphanus, cepa aſſa aut elixa*. Etiam in calidioribus fœminis lac augent *lactuca, malua, ſpinachia, hordeum* & ſimilia. Ob quam etiam rationem Auic. conſulit diligenter contrectare mammas, ac inquirere, calidę ne ſint, an frigidę, & pro ratione qualitatis perceptæ remedia exhibere. Fere quidem omnib. præſtat *cryſtalli in pollinem redacti* ℥. ß. *ex diluto ciccrum aut piſorum quatuor diebus præſtita*. Sed ex omnibus præſidiis ea ſemper eligenda ſunt, quæ magis fuerint alimentoſa & ſorbilia: quo fit, vt ſummopere proſint pultes ex *farina tritici aut hordei cum lacte, vitellis ouorum & ſemine fœniculi*; item *farina ſeminis lini cum melle aut paſſo*. Refert etiam Aetius, *ſeptem lumbricos terreſtres, cum paſſo tritos, decem diebus cum aqua hordei præſtitos* ſummopere lac augere. Sic aqua *decoctionis hordei & maluarum cum ſaccharo* mane ſumpta, vtilis eſt: ſed inter omnia maioris eſt momenti, quod recipit *nucleorum pini, amygdalarum dulcium ana.* ℥. i. *ſeminis petroſelini fœniculi, raparum ana.* ℥. i *pulueris vermium terreſtrium vino lotorum* ℥ *ij. ſacchari quod ſufficiat*; fiãt rotulæ, quarum mane porrige ℥. i cum vino, aut iure aliquo. Nec minoris momenti eſt, mammas leuiter fricare fomentis ex *oleo & aqua tepida*, aut ex oleo *liliorum cum lana*. Proſunt & cucurbitæ leuiter mammis affixæ: ſed id caute facito, nam periculum eſt, ne plus trahatur, quam par ſit, & in phlegmonem degeneret. Quod ſi his non creuerit lac, ſatius erit nutricem mutare, quam tempus inutiliter conterere, & infantem in marcorem reducere.

Medela paucitatis lactis.

De lactis vitioſa vbertate.

Non minus peccant nutrices, & puerulos ſummopere lædunt ob immodicam lactis vbertatem, 12 quam ob eius defectum; nam ſi infantes nequiuerint prorſus ſugere vbertatem illam, mammæ in tumorem eleuantur, quia ex multitudine ſanguinis fit copioſa in lac conuerſio, cum tumore & tenſione doloroſa. *Præterea* lac in mammis turgens, vel in caſei formam aut aliam corruptionem protinus mutatur, aut tumores fiunt præter naturam ſummopere moleſti. Si vero puer ſugat copiam illam, periculum eſt, ne lac crudum ſupatſit, tanto quidem crudius, quanto maior fuerit vbertas, quam ipſe conficere poſſit. Quo fit, vt in mille morbos ex cruditate incidat infans, ac non raro in epilepſiam, & vt Ariſt. inſinuauit 7. *de hiſt. ani.* in conuulſionem. Denique abundantia vltra indigentiam pueri, ipſi & nutrici eſt ſummopere aduerſa, quia præter dicta mala, plerunq; huiuſcemodi inflammationes vberum commigrant in febres, & diuturnos abſceſſus. In hac etenim re ſciendum eſt, lac abundare, aut quia mulier vtero gerit, & interdum ob fœtus imbecillitatem intra vterum: & aliquando extra, quia parum ſugit, aut abundat, quia menſtrua defecerunt, *vt latius loco citato diximus*: ſed nos hac in parte ſolum de lactis immodica vbertate mentionem facere inſtituimus. Et ſic expendendum eſt, quod ſi ex alimenti immoderantia vbertas lactis proueniat, eius abſtinentia, præſidium erit ſufficiens; maxime ſi quod præſtiteris, ſit tenuitate præditum; cui adiunges maius exercitium, præſertim partium infernarum: & curandum eſt prorſus, quæ lac generant minuere, aut ſanguinem mittere, maxime ex talo, ſi menſtrua defecerint, aut ex media brachii, ſi totum corpus ſanguine abundauerit. Verum id quod dictum eſt ab autoribus conſilii ratione, videlicet, *lac ſugendum eſſe ante lactationem, ne vbertate lædatur puer*, non probo; quia ſæpiſſime plus allicitur ad mammas, quam ſuctione extrahatur; præter id quod ſi ſemel feceris, ſæpius teneris deinceps agere; quod non leue inconueniens exiſtit; quia diuerſo ore ab ore pueri, vbera ſugere, maxime ſi leuiter non fiat, tutum non eſt: ſiquidem ea ratione cenſeo dictum fuiſſe ab autoribus *non parum nocere*, maxime ſi vbera doleant. Quod ſi copia lactis aliquando cogat id facere, per longiora interualla conueniet fieri, & paulatim. Præſtat tamen, forinſecus vbera fouere decocto *myrti roſarum*; aut lintea his madida deſuper ponere. Proſunt & *lenticula cocta impoſita, cuminum* aut *myrrha* præſertim cum aceto: ſed hæc caute facies, ne in grumos, aut caſeum lac [illegible], vel alio vitio vbera afficiantur. Sed (vt ſæpe diximus) conſultius eſt, has nutrices mutare, quam importune perſtare in his quæ nocere poſſunt.

De lacte conterendo in fœmina iam ablactante.

Cæterum in his nutricibus, quæ lactare deſierunt, quauis occaſione id fiat, lac quidem minuere, 13 aut ex toto auferre conuenit; ſed longe alia ratione quam in his quæ adhuc ſuos fœtus alere tentant: nam tunc opus eſt cauere à repellentibus auxiliis in iis quæ nuper pepererunt, & lactare nequeunt. Cæterum in nutricibus, quæ ablactare puerum iam ætate maturum ſtudent, aut quauis alia ratione: cum profecto, præmiſſa ſanguinis detractione, leuiter repellere poteris, *poſca* aut *portulacæ foliis cum aceto tritis, petroſelino cum eadem poſca trito*; vel *apio eodem modo præparato*, aut *cum roſaceo admiſto*. Idem beneficium præſtat id quod recipit *farinæ fabarum, & lentium, ana* ℥ *i. ſucci plantaginis* ℥ *iij. olei roſarum* ℥ *ij. aceti* ℥ *i.* Etiam lentes cum aqua marina aut muria coctæ, quo decocto etiam partes fouebis. Iuuat non minus aliud quod recipit *ſucci plantaginis, & menthæ ana.* ℥ *i.* ß *farinæ hordei* ℥ *aceti* ℥ ß miſceant. Item pulmulæ cum pane & poſca tritæ, vel emplaſtrum hac lege confectum. Excipe *dactylorum contuſorum numero decem, florum chamæmeli, roſarum rubearum, ana p. i olei roſati* ℥ *ij ſeps quod ſufficiat* vt fiat emplaſtrum. Quod ſi vlterius conſtringere volueris, aliud conficere poteris quod recipit, *aluminis* ℥ *iij pſylii, coriandrorum ana* ℥ *i.* ß. *portulacam. i.* conterantur, & cum oleo *roſaceo omphacino & aceto*, ana partes æquales, quantum ſufficiat, miſce. Ouum item agitatum cum *roſaceo*; vel decoctum *lentium cum roſaceo*, aut *lentes cum decocto myrti* contuſi. Cæterum licet multis fœminis profuiſſe repellentia compererim; tamen in lacte prorſus extinguendo, ſemper, vt magis tutum mihi placuit, reſoluentibus vti, aut ſaltem aliquid eorum cum repellentibus admiſcere; cuius naturæ eſt *ſemen lini fœnugræci & althææ*, aut decoctum eorum, quo mane foueantur vbera, & poſtea prædicta ſemina emplaſtri forma ſuperponantur. Præſtat etiam *cuminum tertium cum aceto illitum, fœnumgræcum, ſeu apium viride, mentha ac ruta*. At vero, tam in nutricibus quæ lactare deſierunt, quam in nuper enixis, quæ nequeunt filios educare, mox adhibere oportet, quæ lac ipſum exiccent, ac digerant. Quale eſt quod recipit *fœniculi, apii, petroſelini, maluarum & althææ radicibus, ana p. i foliorum lauri, & foliorum chamæmeli ana p.* ß. quibus in aqua ſecundum artem decoctis mammillas fouere oportet, & abluere, ac melle illinire. Quod ſi adhuc his factis, mammæ plurimum indurueriut, fotibus prædictis vteris, & emplaſtro quod recipit *ſummitatum petroſelini, fœniculi, anethi, menthæ foliorum caulium ana m. i.* malaxentur omnia cum medulla vnius panis, & adde *pinguedinis anſeris & porci ana* ℥ *ij. mellis quod ſufficiat*, vt fiat emplaſtrum. Ex vſu quoque eſt id quod recipit *therebentina quod ſufficiat*: vino & aqua roſacea ſæpius ablutæ; cui adde duo ouorum vitella, cum modico croco & ad cerati formam cum cera redigito. Sed vtilius ſemper fuit id quod conficitur ex *butyro & therebentina, aqua roſacea & vino* lotis. Item oleum in quo ferbuerint *raphani fragmenta*, vel *radicis lilii*, vel ſi ex eis vnguentum feceris, aut ceratum, cum *pinguedine gallinæ*, maxime ſi addideris ſuccum petroſelini vel ipſum petroſelinum tritum ſuper mammas appoſueris. Magni etiam vſus eſt *emplaſtrum filii Zachariæ*, quod mirum in mirum ſolet ſufficere inter alia quæ reperies ad lib. *de fœminarum morbis*, non minoris momenti. Inſuper curandum eſt, ne vbera ſugantur, aut exprimantur; nam ex ipſa emulſione plus materiæ trahitur ad locum affectum, quam vi auxiliorum poteſt reſolui: niſi admodum prædictis auxiliis mammæ prius emolliantur, donec vel ipſum lac fluere incipiat, vel facile & ſine dolore poſſit lac extrahi.

Lactis vitioſi correctio.

Non minorem prouidentiam requirit vitioſum lac, quinimo maiorem, vt id quod ſi diu perſeuerer, 14

rer,

ſet, malus infanti damnum ſit allaturum, uetnon & nutrici; nam & mammas erodit, tumoribus extuberat, ſciſſuris papillas infeſtat, ac puerorum ora, fauces & thoracem exulcerat, exaſperat, & alia vitia concitat. Quæ ſane vitia multiformia exiſtunt. Nam vel craſſius iuſto lac redditur, vel tenuius concretum, caſeatum, amarum, ſalſum, fœtidum, & mille aliis ſpurcitiis fœdatum; quorum omnium ediſcere prouide otiam conuenit: quippe craſſum intercipit, & cohibet pueri excrementa alui, & vrinæ, nec libere adhuc exit ſpiritus, difficilis efficitur reſpiratio, & tandem, vel lac euomitur, vel puer copioſis abundat cruditatibus, ex quibus per corpus erumpunt abſceſſus, & furunculi, cum cutis decoloratione, & oculorum lemis, ac narium mucis. Contrario prorſus modo res apparet in tenuiori & acriori lacte; nam citatior efficitur aluus, copioſa apparet vrina, minus alitur puer, & ſic protinus gracileſcit. Et longe deterius ſentiendum eſt de reliquis vitiis quæ in lacte retulimus. Sed vt præcauere, vel curare recte poſſis, expende, id plerunq; fieri vitio ſanguinis, vbertate & affluxu ad mammas creſcentis. Sed ſanguinem vitioſum fieri comperies, capitis, ventriculi, aut iecoris deprauata temperie, aut prauorum alimentorum eſu: quod etiam non raro accidit ex malo corporis habitu, idq; maxime in fœminis quæ plurimo vtuntur potu. Verum quia non ſemper ad dignotionem probitatis in lacte opus eſt, quinimo periculoſum, ea pectate mala, quæ in mammis, aut in infantibus elucent, vt præcaueas, id quidem pręnoſſe docet eleganter Aetius, & probatum reliquit antiquitas, iubens tenuia & candidiſſima linteosum fruſta eo lacte imbuta in vmbra ſiccare, & diligenter in eis ſpeculari, quantum à natiuo colore diſſideant; nam talis elucet in linteo, qualis fuerit peccantis, ac deprauati humoris idea: inſpicientes, biliſne ſit, an pituita, vel melancholia. Cæterum ſit ne viroſum ac fœtidum, olfactu dignoſcemus: ſicut ſalſum, amarum, acidum vel inſipidum, guſtu: tenuitatem, lentorem, vel craſſitiem, ex vngue probabimus, vt ſuperius dictum eſt.

15 Quæ ſane vitia, ſi ex vbertate alicuius humoris vitioſi prodierint, nulli eſt dubium, debere purgari: nam ſi id Aetius renuit, cenſeo prudenter feciſſe, quia veretur turbationem in lacte, & in puero alterationem. Cæterum cum hoc, vbi ad manum non eſt alia nutrix, aut protinus mutare non licet, commodiſſimum eſt, vt antea dixeram, iuxta humoris ideam, medicamentum porrigere quod bilioſos purget ſuccus: & pituitoſis corporibus, quod pituitã educat; nam ſic matri & puero prouidemus. Nec diſplicet, poſt victus debitam inſtitutionem, ſi iecur aliquo modo cauſam præſtiterit, per interualla & paulatim aliquid redundantem humorem purgans præbere, ac vbera fouere lotione contraria humori vincendi, aut in bilioſis balneum aquæ dulcis, & in pituitoſis, vel vomitus ex oxymellite, aut vſum mellis roſati inſtituere. Verum ſi lac praui odoris fuerit, *manna*, aut *caſsia* purgetur, & ab alimentis corruptibilibus, & fœdis abſtineat, & ab his quæ putredini fuerint obnoxia. Quod ſi ne hæc quidem omnia prodeſſe videantur, ſatius erit (vt millies dictum eſt) nutricem mutare: quinimo in hac vitii ſorte, perniciosiſſimum, diu perſeuerare.

16 Inter alia vitia quæ diligenter in nutricibus cauere oportet, non eſt minoris momenti caſeatio, aut concretio lactis, quo mammæ morbo in magnitudine potiſſimum afficiuntur ob prædictum lac praue ibidem, & præter naturam retentum cauſam magnitudini præbens. Non deſunt qui grumoſitatem & caſeationem, idem eſſe autument; cæterum ſi rem conſideraſſent, facile cognoſcerent, longiſſimis diſſidere interuallis: nam grumeſcentia ſemper fit à frigido: caſeatio plerumque à calido. Nec deſunt qui ex Ariſto. 4 *Meteo.* vtrumque ab vtroque poſſe fieri autument: ſed non hæc ſunt huius loci; ſatis quidem eſt in hac parte ſcire de lacte, id quod de ſanguine in grumos verſo, quia ab eadem cauſa fieri cenſeo: non tam ex poſitiua frigiditate, nam ſat eſt ea defectu caloris conſeruantis poſſe concreſcere. His tamen affectionibus medeberis per ea auxilia, quæ auctores eiuſque eſſe proficua ſcribunt. Nam caſeationem (quæ nil aliud eſt, quam ſeparatio ſeroſæ ſubſtantiæ, reliqua manente craſſa) auferes incipientem inunctione ex oleo de *mentha*, *chamameliao*, *roſaceo*, aut eiſdem oleis agitatis in mortario plumbeo, ſed roſacei modicum adiicies. Verum induratam caſeationem *poſca pane imbuta*, vel cum *ſpongia*, ſuperpoſita: item ſuccus *ſolani cum aceto*, *aut portulacæ*: ac etiam *farina hordei cum aceto mulſo*. Præterea *furfures cum aceto cocti*, aut *mentha*, *aceto admiſſa*: *folia halicacabi cum braſsica foliis contuſa*, *pauca myrrha cum aceto & croco admiſtis*. Prodeſt etiam id quod recipit *aceti*, *olei roſati*, *ſucci apii*, & *fœnugræci*, *coaguli lepori ana* ℥. ß *croci* ʒ. i. miſce & coque & vnge. Eiuſdem vtilitatis eſt cataplaſmã quod recipit, *foliorum ſolani*, *apij*, & *caulium ana m.* ſ. *contunde in mortario*, & *adde pulueris myrrhæ*, *roſarum & ireos ana* ℥ ß *croci* ʒ. i. *olei rutacei* ℥. i. *aceti quod ſufficiat* vt miſceantur & fiat emplaſtrum. Sed antequam ad alia præſidia deſcendam, monenda nutrix eſt, ne vber illud caſeatum puero exhibeat, aut antea leuiter exprimat, nam multorum ſolet eſſe cauſa malorum: præterquam, quod ſi ibidem præfuerit, coagulabit id quod denuo generatur, aut ibidem putreſcet, & ad maiora mala ſeſe extendet. Sic protinus abluantur vbera, cum partibus æqualibus *vini*, *aquæ* & *aceti*, tepefactis, & poſt modum eo decocto, quod recipit *foliorum plantaginis*, *maluæ*, *chamameli*, *meliloti*, *radicum althea*, *fœnugræci ana m.* ſ. & cum ſpongia poſt coctionem ſecundum artem, vbera foueantur. Multa alia reperies paulo inferius commodiſſima huic miniſterio, & ob id ad eam partem confugere oportet, ne videar eadem ſæpius repetere; nec non & de lactis grumeſcentia, eadem parte plura etiam extant. Sed interim grumos diſſolues *oleo ſeſamino*, *cum farina fabarum*, *amoniaco*, *cum aſſafœtida*, *cera* & *oleo ad formam emplaſtri*: item *decocto eringii* & *fœniculi*, ſi incoxeris *ana* ℥. i.

17 Lactis in grumos conuerſio, ea eſt affectio, quam *adſtrictionem* dicimus vniuerſæ lactis ſubſtantiæ, ſimul in grumos coactæ à frigida cauſa vel occaſione. Cuius vitii præſidium eſt, omne tepidum & emolliens cum calore, vt perfuſio cum *aqua calida*, vel *oleo dulci calido*. Sic profecto fomentum

tum

cum ſpongia bis in die, per horam vnam ante cibum, ex decoctis *fœnugraci, maluarum, chamameli, men-*
taſtri, petroſelini & ſimilium, magni erit momenti, ac etiam emplaſtrum aliquod ex ſupradictis, cum
coagulo *leporis*, cum farina *ſeminis lini, aniſorum* & *rutæ*, ſi prius bullierint in aceto, & cum melle forme-
tur emplaſtrum.

De fiſſuris papillarum. Nulli dubium eſſe poteſt, quin hæc affectio, qua papillæ fiſſuris ſcinduntur, varias ſortiatur cau- 18
ſas: nam ex dentitione puerorum ſæpe vlcerantur dentium acutiæ: vel ex humoris erodentis effluxio-
ne, aut ex innata ſiccitate papillarum. Quapropter hæc conſiderare oportet; nam affectio tædioſa &
doloroſiſſima eſt: & præmiſſa cauſæ prouidentia, ſanguine miſſo, ſi mammæ turgeant, aut expurgatio-
ne acrium ſuccorum, & eorum attemperatione parti apponere oportet, præſertim papillis, *oleum bal-*
ſaminum, aut ex *luteis ouorum*, vel *adipem anſerinum*, aut *hircinum cum ſucco apparina*. Vel fiat vnguentum,
quod recipit *medullæ, butyri recentis, olei amygdalarum dulcium ana* ℥.ß. miſce, & fiat linimentū. Vel recipe *olei*
roſati ℥ ij. & in mortario plumbeo agitentur ad mutationem coloris. Item præſtat ſingulare beneficiū,
ex *melle myrrha, thutia, & modico roſaceo*. Verum ſi hæc non profuerint, ea quę lentore, exiccatione & ad-
ſtrictione polleat, adhibenda ſunt; vt dum cauſa calida præualuerit, *oleum roſaceum omphacinum: traga-*
canthum, ſuccus galla & granatorum, adeps gallinæ, medulla vitulina & butyrum, ex quibus conficies linimen-
tum hac lege. Excipe *adipis gallinæ* ℥.i. *olei roſati omphacini* ℥ ß. *ſucci granatorum* ℥. ij. *carnis pomorum acido-*
rum ℥.v. miſce, & fiat linimentum craſſiuſculum. Cæterum ſi cauſa frigida fuerit, ex vſu erit *tragacan-*
thum, mel roſaceum, maſtyx, thus, myrrha, gummi Arab. cum ſucco granatorum. Vel recipe *diatragacanthi* ℥. ij.
maſtiches ℥ ij. *myrrhæ* ℥. ſ. *cum ſucco granatorum quantum ſufficiat*, vt fiat molle linimentum: quibus addes,
vel *ceruſam*, vel *thutiam*, ac ſimul in mortario plumbeo agitabis, addito *lythargyrio*, ſi plus exiccare li-
buerit. Et hæc de prima parte de puerorum prouidentia.

PARS SECVNDA.

De puerorum educatione, & cuſtodia.

AD ſecundam igitur huius lib. 1. de puerorum educatione & cuſtodia, partem ac-
cedendo, primo (poſt nutricis electionem, & in bonitate electionis cuſtodiam)
conſiderabis diligenter, *an præter rerum non naturalium debitam adminiſtrationem, a-*
liquid aliud illis educandis poſſit eſſe proficuum. Secundum erit, *qua lege in his corpuſculis*
res naturales vſui eſſe poſſint, citra inconuenientia qua teneerrima eorum ſubſtantia ſuſcepta-
re ab his poſſit. Et tertium *an ætas quæuis, vſq; ad mediam, aut perfectam adoleſcentiam, ali-*
quid ſibi peculiare & proprium circumſcribat, citra quod in maiora mala deferatur.

Quid agere oporteat in primo exitu infantis. Circa primum, à primo infantis ab vtero exortu initium ſumam, conſiderans 1
quid eum illo agere oporteat, etiam id diligenter conſiderare & intelligere ſummopere eſt neceſſum, vt
ab iniuriis rerum non naturalium puerulo caueamus. Namque id tempus vt multis eſt expoſitum pe-
riculis, multis etiam opus habemus, quibus puerulos tueri poſſimus: id quidem præter alia, quæ extra
ipſas res non naturales ipſis accidere comperimus, ſi velimus recte nuper natos diſponere ad tutiorem
& meliorem vſum rerum non naturalium; initium tamen ſumam ab vmbilici reſectione.

Vmbilici reſectio. Nuper igitur nato puero, primo vmbilicum reſecare oportet, non quidem ex dentibus puloe- 2
ribus, vt antiquitas ſolebat, & Aetius reprehendit *capit. 3. ſer. 4. tetra. 1.* ſed ſcalpro acuto quatuor ab ab-
domine digitis præciſo, & duobus ſericis filis, pollicis vnius abdomine diſtantia religato ſtudioſe, ac
mox grumoſo ſanguine expreſſo, deterſuq; ſpongia, aut molli linteo, foramine etiam obturato lana, ea
moderatione religato, qua neq; doleat, neq; præ laxitate exoluatur, fiatque hæmorragia. Poſtea vero
linteum ad vmbilici figuram formatum *oleo* madefactum circum apponito, ſupra quod duplicetur
vmbilicus blande & in medio, ac ſupra altiorem ventris partem repones. Quod ſi ſua ſponte excidere
recuſauerit, *puluerem lanæ combuſtæ*, aut *cochleæ teſtam vſtam & tritam*, vel *pannum cæruleum, vſtum* ſimiliter &
tritum, in circuitu vmbilici ſparges, & iterum inuolues, donec ſua ſponte excidat. Quo tempore plu-
maceolum duplicatum ſuper vmbilicum apponea, ne prominentior ſuperſi..., & cauſa ſi ... ris ru-
ptionis ex quouis ploratu. Poſtea vero obſtetrix mano corpus infantis leuiter abſtergat, & faſciæ ac te-
gumenta ſeu inuolucra molliſſima, quantum poſſibile fuerit, parentur: quippe vel corpus plurimum
lauare, vel plories, aut pulueres reſtringentes, vel ex ſale, ſuperſpargere, maioris mali ſolent eſſe cauſæ
quam beneficii: qua ratione iure optimo receſſerunt ab vſu: ſatis enim eſt, aqua tepida corpuſculum
mundare ad ſummum, quam vel ſiccis eorem denſare, aut calfacere vel refrigerare, ac ſup... modum
emollire molliſſimum corpus, vt antiquitas aſſueuerat. Quod ſi frigidior, mucoſis plenus ac vi-
ſcidis recrementis exeat puerulus, ſatis erit vino calido abluere, quinimo neceſſariſſimum. Verum
ſi macilentus, calidus & ſumme extenuatus exierit, ſapientiſſimum eſt conſilium, non ſolum nuper ab
exortu, ſed & ſpatio trium, aut quatuor menſium *oleo ſeſamino* ipſum inungere poſt excrementorum e-
muodationem ſingulis diebus, dum puer it dormitum. Sed in talibus corpuſculis conſultiſſimum eſt
puerulum virgini cuidam tradere, quæ iuuencula ſit, carnoſa, boni habitus & vegeti coloris, quæ ſe-
cum in lecto puerum caloris illius beneficio foueat, & halitu eius veluti refoueatur puer, plures enim
cognouimus hoc ſolo beneficio reſtitutos.

Modus inuoluendi, & ab excrementis... Hoc tamen vnum nutrices præ oculis ſemper habeant, nimirum, quod quotiens puer, vel alui, 5
vel vrinæ excrementa depoſuerit, protinus, nulla expectata mora, ipſum linteis mundis & calidis in-
uoluant, & aqua tepida lauent, quæ ſimillima ſit vteri temperiei: anum & pudendum extergant: nam

ſic mille

ſic mille mala vitantur, quæ ex calore excrementorum ipſi [illegible] ſuccreſcunt, [illegible] rubores, ſcabies, & vlcuſcula in eis partibus miſere patiuntur: ac nonnunquam ad iecur calor ille ſeſe extendit, [illegible] ſoſque reddit, & mille modis affectos: alit enim non minus, ac veluti nutrit hoa puero [illegible] quam alimentum: nam ſæpe ex excrementorum ardore & acrimonia adeo grandi [illegible] efficiuntur, quod ploratu magno, & vigilent, & contabeſiant. Inſuper curabit puerulum [illegible] continere in loco obſcuro, qui quodammodo æmuletur vterum, vbi habitabat, donec [illegible] ex[illegible] melius ex aſſuetudine perferat. Sit inſuper locus calidi [illegible] temperato. ne plurim [illegible] quo geſtabatur. Dimitto quidē hac in parte faſciandi modum, de quo in [illegible] latius [illegible] *& mundandi puerum.*

5 Curabit inſuper nutrix minimo digito podicem in[illegible] dice aperire, aut *lichino ex mollis la[illegible] leo intincta*, quo recoris excrementa nigra & olida, diu ibidem detenta facile excernantur: quo ſunt nopere leuan ſolent pueri nuper nati. *Ani apertio.*

6 Inſuper pileum aut cucufam duplici cendalo confingere oportet, quo protinus, a [illegible] quam ac[illegible] iniuriis offendatur, præmuniri poſſit, alioqui catharroſus efficietur, & eius fluxionib. obnoxius: aut oculis tenerrimis & lacrymoſis infeſtabitur. Multa enim mala præuenies, ſi capitis prouidentiam habueris, vſq; ad tertium vel quartum menſem, & in aliquibus optime facies, ſi vltra ipſos cuſtodieris. *Capitis præmunitio.*

7 Faſciis iam inuoluto puero, & ſic præmunito capite, diligenter conſiderare oportet morbos, ſeu affectiones, quib. in hac ætate infantes ſolent affici, aut fratres antea nati ſubiecerunt pati eo tempore, aut hæreditate poſſunt à parentib. contrahere: nam his cognitis, illis prouidebis, iuxta peculiarem indigentiam præſtito auxilio conuenienti. Cæterum quod infantes frequentius pati ſolent, eſt, pituitoſorum & crudorum excrementorum prouentus, cū matris indebitum vitę modum, aut ex ſuis principiis; quo tempore ſatis eſt, *melle deſpumato os colluere*, & modicum eius porrigere: illud, quo caput expurgetur à pituitoſis recrementis: hoc vero, quo ventriculi calor excitetur ad lactis coctionem, & ad excrementorum expulſionem inteſtina: id quod facies ſingulis diebus toto primo menſe. *Prouidentia futurorum malorum.*

8 Verum ſi conſtiterit, parentes Gallica contagione fuiſſe affectos, [illegible] roſaceum conficies illis affectui proficuum, *q. r. inſtillationis ligni Guaiaci, ſarſeparella, & radicis China* ℥ *vi ſucci roſarum* ℥. *viij. mellis quod ſufficiat*, vt fiat, ad modum mellis ro[illegible] ſati. Stillatitiam autem aquam [illegible] *lib. 1. Guaiaci, vncias octo ſarſaparella, & vncias quatuor radicis China cum pugillis duobus florum ſtechados, & drachmis ij. theriaca ſmaragdorum:* cæterum hæc theriaca addatur decocto prædicto iam colato, nam prius decoctum efficere oportet in lib. 3. aquæ ad medietatem, & omnia in alembicum ſimul mittantur. quo tempore theriacam addere oportebit. His etiam pueris melle os colluere oportet tertio, vel quarto quoq; die, aut per maiora interualla, ſi æſtas fuerit, & eius aliquid mane ante lactationem porriges: idq; obſeruabis vſq, ad tertium menſem: deinceps vero ſatis erit bis in menſe ſemunciam porrigere, ac poſt annum (ſi aliquid vitioſum aut contagioſum non apparuerit) ſemel in menſe vnciam. Quo mirabili præſidio multi puerorum hac lue infecti ab hæreditario onere liberati ſunt. *Gallica lues qua hac ratione pueris prouidendum.*

9 Quod ſi parentes morbo articulari, ſeu, puſtulis, apoſtematibus, aut aliis tertiæ regionis morbis affecti fuerint, eadem vteris prouidentia, & eodem medicamento, ma[illegible] ſi addidens, interim dum coquuntur *lignum & ſparta ac China, foliorum ibæ artetica linguæ ceruinæ, lupulorum pentaphylli, ana m. ij*. Eſt enim ſingulare præſidium, antequam malum hæreditarium eluceat, præcauere & extirpare ſeminaria contagionis. *Podagra & tumoraria quomodo in infantib. extirpanda.*

10 At dum vel parentes, vel fratres, paſſi fuerint epilepſiam, tumorem, conuulſionem, vel quemuis alium neruorum, aut muſculorum affectum, diligenter curabis puerulum præmunire, & quantum fuerit poſſibile, characterem illum morboſum hæreditarium auferre & delere: aut ſi cognoueris aliquid horum poſſe euenire, aut ex regimine matris, vel ex alio ſigno, [illegible]. Cui vſui primo mel conficies hac lege. Excipe *aqua ſtillatitia ceraſorum: peonia & ibæ artetica arte chimica extract* [illegible] *aut aliarum* ex his, prout tibi viſum fuerit ℥. *vi. ſucci roſarum* ℥. *viij. mellis optimi* q[illegible] ſficiat, vt fiat ad mod[illegible] mel [illegible]: Inſuper huic addere poteris, interim dum coquitur, *milla[illegible] billitri* ℥. *ſ. ß. & theriaca ſmaragdorum* ℥. *iij.* quo præſidium efficies mirabilis efficaciæ. *Epilepſia & tumoribus quibus extirpanda.*

11 Multi enim ſunt ex Medicis, qui theriaca magna in nuper natis vtuntur, quod nunquam m[illegible] placuit, poſtquam legi Galen. lib. *de theriaca ad Piſonem*, qui conſulit, *pueris non eſſe præbendam*. Na[illegible] eius efficacia illorum vires euidenter ſuperat, & corpus facile diſſoluit, natiuumque ſpiritum cel[illegible] diſſipat, vt puero cuidam contigiſſe refert, qui ea nocte, qua ſumpſerat, mortuus eſt: ſatius enim erit ſecurius, *theriaca ſmaragdorum* vti: nam licet magna adultis poſſit eſſe proficua, puerulis [illegible] et eſt aduerſa. Inſuper horum puerorum ora colluere prædicto melle, & parti ratione eius al[illegible] quid po[illegible] es tertio die, & ſimili modo ac de al[illegible]is medicamentis dictum fuit. Poteris etiam os colluere præd[illegible] a *theriaca ſmaragdorum*, vel ipſam accipies in ſcilla excauata, quam ſines igni appoſitam feruere, & poſtea facta expreſſione, eius ſucci aliquid cum aliqua ex prædictis compoſitionibus admiſcebis, ſi conſtiterit caput pituitoſis recrementis abundare. Neque improbo *mel ex conſerva natum viridium*. Præterea à viris ſapientiſſimis probatum reperio, & mille [illegible] apertimentia confirmatum id præſidium quod recipit *ſacchari albiſſimi* ℥. *ij.* puluerizetur & conficiatur cum *oleo ſeſamino* recenti, vel cum *oleo amygdalarum dulcium*, ad formam vnguenti, de quo detur infanti cochleare vnum. Quo quidem medicamento infans ſoporatur, & placide dormit, & cum excitatus fuerit, alacris oſtenditur. Item ex eodem cibetur nutrit enim infantem, purgat ſuauiſſime per ſeceſſum noxias humiditates pituitoſas, viſcoſas, & ſordes melancholicas congeſtas in ventriculo & inteſtinis, quæ ſi non educerentur, præpararent ad epilepſiam: cui ego addere ſoleo *puluerem ſmaragdi*. Præter mel virgineum, quo illinire nuper natos oportere diximus, aliud conficies non minoris momenti, ſed longe vtilioris commodi, quod recipit *mellis virginei* ℥. *butyri recentis loti* ℥. *iij. penidii* ℥. *i. cum pulueribus ſmaragdi*; *peonia aut radicis eius puluerem raſura* [illegible] *n noxia.*

torni

cornu cerui, aut monocerotis, quo mirum in modum præſeruatur ab epilepſia; quia excernit pituitam ipſam effecturam. Aliud à multis probatum reperio, quod recipit *cranii pueri* ℥. iÿ. *ſmaragdorum* ʒ. i. *cornu cerui & vnicornii ana* ℈. ÿ. *ſeminis peoniæ* ℈. i. *pulueris pullorum hirundinis combuſtorum* ℥. ß. *thuris* ... fiat puluis, & miſceatur cum modico melle, & ad ciceris magnitudinem mittatur in os pueri, ac ſinito deuorare: quo præſidio ego vtor, cum puerulus aliquo modo tremore aut pauore corripitur.

Lactationis tempus & ordo. His quidem factis, & ab exortu tranſactis ad minus ſex horis, & non vltra, niſi ... fuerit ... infans, vel plurimum plorauerit, lactis modicum concedes. Nam tria ſummopere fletum puerorum compeſcunt: *nutricis* nimirum *vbera, cantus & motus*. Præterea in hoc monere ſciendum eſt, lactationem duobus modis debere conſiderari: nam altera eſt neceſſaria, quæ ter, quaterue in die miniſtranda eſt, maxime ſi parentes temperantes ſint, & puer craſſus: quæ lex ſeruanda eſt duobus menſibus ab exortu; licet certum ſit, difficulter ſeruari poſſe, propter puerorum voracitatem. Altera eſt, propter neceſſitatem plorantis, aut quia puer pluribus indiget propter augmentum. Itaq; his duobus menſibus hanc legem, quantum poſſibile fuerit, obſeruabis, nam plus præſtare, præter id quod perfecte coquere nequibit, ea corruptione facile epilepſiam accerſit, aut aliud non minus malum: idque maxime, ſi proxime ab exortu aut paucis diebus interpoſitis, panarellam, ſeu papillam (vt vocant) præbuerint nutrices. Quod fieri optime poterit, ſi lac non fuerit optimi aut copioſi nutrimenti: quod noſces, ſi ... arum vrinæ reddiderit, aut excreuerit infans per ventrem. Nam cum pueri plurimum habeant calidi innati plurimo indigent nutrimento; maxime ad adoleſcentiam; præſertim ſi probe concoxerint: nam prouidendum eſt, ne vel lac concreſcat, vel citius corrumpatur, aut crudum exeat, ne puer atrophia periclitetur. Sed in hoc opere lactationis taliter te geres, quod infanti bene creſcenti, & qui non vomit, neque ægrotat, & alacer eſt, ac dormit, aluum & vrinam deponit, quantum voluerit capere permittas: reliquis tamen non item, ſed interpoſitis horis quæ coctioni deſeruiant. Præterea neque inconſiderate cuiuis aeri & frigori puerum exponas, neque ſemper reconditum aut præmunitum adſerues: nam illud morborum multorum eſt cauſa; hoc vero facilius alterabilem reddit, & ob id caute procedendum eſt.

Monenda etiam nutrix eſt, quod antequam puer vbera adoriatur, parum lactis ab vbere exprimendo extrahat, quo facilius deinceps puer ſugere poſſit citra vim & moleſtiam, maxime primis diebus à partu, donec caloſtrum ex toto purgatum videatur. 13

Præterea lacte materno ſatius eſt puerulum alere, niſi mater morbo aliquo acto aut poteſtate (*vt in Gallica lue affectu*) contagioſa fuerit. Quippe tunc, quantumuis diſſimile ſit, ex nutrice ſalubrius erit, quam maternum ſimile, nam ſimilitudo aliquo modo comparari poteſt in lacte nutricis, inſtituto illi ſimili alimento ei, quo mater ex conſuetudine vtitur. Cæterum ſi mater decreuerit puerum proprio lacte alere: tunc profecto vſque ad quintum diem, ad minus, non licebit illi porrigere, ſed leuiter emulgere, donec quod craſſum eſt, extractum fuerit, & quod crudum, hoc tempore ſufficienter coquatur: ac ſi poſſibile fuerit, donec menſis tranſeat purgationis, etiam ſi alterius pueri ſuctu caloſtroſum lac ſugi cures. 14

Prouidentia in faſciando puero. Hoc tamen nutrices præ oculis ſemper habeant, vt cum puerum faſciis inuoluerint, eius membra leniter tangere atq; contrectare ſtudeant, & quod diſparatum aut extendendum fuerit, diuidere, aut extendere curent leuiter, & quod comprimendum, comprimant, ac omne membrum figurent iuxta cuiuſque innatam & pulchriorem figuram, id tamen facient leui compreſſione, & extremis digitis. At præparatis ad id opus faſciis ad rectam ſtructuram comparandam, ſi opus fuerit, membra reuocare leniter, & blande oportet (verum ſi ſecundum naturam extiterint conformata, nequaquam licet inconſiderate tractare, quia ſæpe culpa tractantium, in deteriorem ſtatum labuntur) & ob id, non ſolum in faſciando, verum in reuoluendo faſciatum puerum, maxima cura habenda eſt, ne pars aliqua diſtorta, aut male figurata maneat. Item eius veſicam leuiter compriment, quo facilius vrinam reddat. Inſuper extendantur manus & brachia vſque ad genua & pedes vtrinque leuiter ducantur retro ad dorſum, & ante ad caput, vt membra omnia, qua oportet flecti diſcant: non ſunt tamen ſuper ventrem firmandi, ne viſcera lædantur. Nec rurſus puerum pronum tenere oportet, donec paulatim faſciæ ſuperponantur. Satius enim eſt, prius faſcias componere, vt ſic compoſitæ infantem ſupinum recipere poſſit. Cauendum tamen, ne inuoluendo, crus aut brachium, dorſum vel collum, aliquo modo diſtorqueantur. Nares detergere oportet, oculos leui linteo aut cendalo abſtergere, & ſic poſt lactationem ſufficientem, ad ſomnum inuitare leuiſſimis cunæ motibus: nam vehementibus epilepſia concitatur: ſatius enim eſt à tertio menſe puerum vlnis ac brachiis nutricis geſtari, aut ad ſomnum cogere. Item cauebis nimia compreſſam ligationem, nam ſæpe cauſa eſt gibboſitatis & dorſi tortæ: neque ob id nimis laxa ſit, quia membra figuram ſolent amittere naturalem, & acquirunt eam, quæ in ſpatio laxo poteſt acquiri. 15

De formis alimentorum quæ pueris cum lacte dentur. Quatenus vero ad formas alimentorũ quæ poſſunt puerulis præberi, ſcito, vſq; ad primores dentes, nullo alio vtendum fore alimento, quam lacte, qui ſane ſeptimo menſe vt plurimum erumpunt. Quippe tunc dentes prouidit natura, cum ſolidiori cibo vti eſt neceſſum. Cum hoc tamen ſi infans ante hoc tempus cibum alium vehementer deſiderauerit, ac prompte & alacriter aſſumpſerit (quia ex his ſignis ſpes eſt, eum poſſe cõficere) non erit violenter prohibendus, ſed ea menſura, quæ neque grauet, neq; repleat. Cauendum tamen in his temporib. à ſolidiorib. cibis; quia præter id quod gingiuas moleſtant, & materiã dentium diſſipant, & reſoluunt attritu, ac ſæpe fragmentis duris deuoratis, ſtrangulantur, tuſſim & vomitũ mouẽt, & deuorata ventriculo ſũt oneri, atq; cruditatũ materia. Quapropter conſulo, vt puer, ſi plurimum ſugit, ter, quaterue in die ſugat: ſin vero pauciſſimũ, pluries; eo maxime, 16

quo

quo plus plorauerit. Sed in hac re nec dari nec ſeruari certa lex nec regula poteſt: ſed vtcunque [illegible] ſemper cauendum eſt, ne ad ſatietatem ſugat: quod noſces, quia vel reuomit lac, vel crudum per aluum excernit. [illegible] bilioſa nutrix nuſquam ieiuna vbera præſtet. *Præterea* pituitoſa ſemper puero al[illegible] qu[illegible] ſal tem ſemel, in die m[illegible] porrigat.

17 Sed dimiſſis [illegible]ibariis, quæ primo acceſſu autores conſulunt pueris adhiberi [illegible] experimento eſt confirmatum, non debere eſſe panem à nutrice maſticatum, non modo [illegible], aut m[illegible] madidum neq; huiuſmodi) ſatis eſt (tranſacto tempore in quo lacte eſt v[illegible]ndu[illegible] *pan[illegible]ella ex aure & pane cum butyro loto ac ſaccharo*, vel *papella ex oleo. melle & pane*. vel *ex butyro, me[illegible], & pane*. v[illegible] [illegible]ique [illegible]uralibus & infimæ ſortis fœminis in vſu exiſtit, aut vbi lactis copia non ſufficit. S[illegible]d qu[illegible]d m[illegible] gis ego ſemper probaui (vt antea cœperam dicere) eſt *pulli iuſculum* præbere [illegible] mo[illegible] co *mica panis optimi* madeſcere ſineutes pueris concedere, & eius quantitatem adaugere, vel bis die porrigere, eo magis, quo magis conſtiterit, vel reliquos dentes prorumpere, vel puerum poſſe eum conficere & optime coquere, vt ex alui excrementis conſtabit, ex ructib. aut auiditate comedendi, quoniam alter[illegible] u[illegible] [illegible]dum ſupereſſe, & reliquum plus ingerere, quam poſſit ſuperare. Quod ſi alium cibum mutare volueris, *oui vitellum* ſemel in die porriges, ac nonnunquam, dum vel molares, vel canini dentes prorupe runt, *pulli teneriſsimi carnes* minutiſſime inciſſas in parua quantitate porrigere poteris, & quantitatem au[illegible]gebis, quo magis puer creuerit, vel iam adeptus fuerit omnes dentes ad concoquere pro[illegible] pere[illegible] gnoueris, aut aliquantulum exercere. Nec diſplicet, aliquando adultis pueris *paruum carnis fu[illegible]e*, vel elixum, vel aſſatum porrigere, maxime ex pinguiori eius parte, concitat enim appetitum, ſi probe [illegible] q[illegible] maxime cum ablactandus eſt puer. Quo tempore *glandulas capreolorum aſſas* præſtabis, aut [illegible]teranea pullorum (Hiſpani *entrannuelas* appellant) & ad inuicem mutare, ac inſpicere ſemper, an [illegible]oxerit probe, ſi vegetus fuerit, vel ſi cruda excreuerit excrementa, aut durus reddatur venter, & color faciei ſubalbidus.

18 Præterea brachia non protinus neque ante tres menſes permittemus deligare in æſtate, h[illegible]me vero non ante quartum: dextra tamen manus aliquibus diebus primo extrahatur, quo dexter fiat. Imbecillitantur quidem eorum manus, ac digiti p[illegible]rumque tortura fœdantur. Item poſt nouem menſes calceamentis pedes indui permittes, quo tempore poterit pedibus terram calcare, ac ſe [illegible] tenere, idque bis aut ter in die faciat, & deinceps ſenſim & paulatim ad gradus c[illegible]ge, dum m[illegible]odo in eo labore non plurimum iuſiſtas, ſed lente, donec robuſtior factus ipſe appetat, & poſſit innocue perferre.

Modus deligando brachia, & [illegible] de[illegible] portibus.

19 Curabis inſuper diligenter, quo magis ſolidi alimenti puero (vt dictum eſt) præſtiteris, eo minus de lacte porrigere: nam alimentum addere ſolidum, & eandem præſtare lactis copiam, inſaluberrimum eſt. Quapropter tantum ſolidioris porriges, quantum abſtuleris de lacte, donec [illegible]itra moleſtiam & ploratum, atque imbecillitatem vel carnium diſpendium, faciliter puer poſſit ablactari cum conferentia & tolerantia.

Modus cibationis & lactationis ſimul.

20 Sit ne pueris potus ſimul cum lacte porrigendus, diſcernere, non eſt minoris momenti: nam ipſi plurimo abundant calore, & ob id ſiticuloſi plerumque exiſtunt: altera quidem ex parte crudita tibus abundant, quo potu non videntur indigere. præterquam quod potus ſolum præſtatur in ſubſidium alimenti: & cum pueri ſolo vtantur lacte, videntur potu non indigere, maxime copioſo, vt falſo ignorantes Medici conſulunt. In quo caſu quo minus erremus, excrementa alui [illegible] derare oportet, nidoroſa ne ſint an acida: nam ſi primum, ante lactis ſuctionem parum *aquæ ſaccharatæ* poteris porrigere ſemel, aut ad ſummum, bis in die: ſi vero ſecundum, cauere ab a[illegible] [illegible] op[illegible]e oport[illegible]bit. Cæterum cum ablactandi ſunt, & craſſiori vtuntur alimento, paul[illegible] licet [illegible] dum erit, maxime ſi ventris fluxu non corripiantur, quia exercitium, quo ea [illegible] vtuntur [illegible] d[illegible]expoſtulat. Quod ſane intelligendum eſt, dum ſani exiſtunt, [illegible] alite[illegible] [illegible] detare: ſi quidem in pueris longe melius aqua ſitim ſedat tempore ſanitatis, [illegible] mutation[illegible] q[illegible] di[illegible] præſtiteris: Cum hoc etiam conſidera naturam pueri, & ieconstemp[illegible]tiem, & quomodo ſe gerat ſolo lacte, aut qualiter aqua illum iuuerit, aut læſerit; vt ex cognitione euentus poſſis metiri quod vſui fuerit vtilius.

De infantium potu.

21 Ablactationis autem tempus, neque vnum poteſt in omnibus præfiniri, nec rurſus certa haberi poteſt lex & regula huius rei, cum differt corpus à corpore, & natura à natura. Inſuper [illegible] ſit par tolerantia in ablactatione in omnibus: ſed qualis cuiuſque fuerit carnium ſoliditas, robur, conditio, & amicitia atque appetitus lactis, vel ſecus, ita profecto citius aut tardius conſulere abl[illegible]ationem poteris, ne nobis vſuueniat quod multis puerorum accidere conſpeximus, qui cum ante tempus fuerint ablactari, ita grauiter tulerunt, quod coacti fuerint Medici metu tabefact[illegible]onis & morborum futurorum, iterum ad vbera recurrere; aut cum diutius protrahitur ablactatio, difficillime deinceps fieri poſſit, & non ſine periculo. In qua re ſciendum eſt, nullum puerum eſſe ablactandum ante perfectam dentitionem, aut parum ante illam: nam ea[illegible] lex naturæ in appetendis ſolidioribus cibis. Inſuper non ablactabis ſubito & affatim, ſed videntes naſ[illegible] incipiunt, ita ſenſim & paulatim ſolidiori cibo alendus eſt puer, & tanto ſolidiorem præſtabis, quanto plures dentes naſcuntur, præſertim m[illegible]lares. Neq; hanc legem mutabis, niſi iuſta aliqua cauſa, aut in nutrice, aut in puero nos cogat aliter facere. Præterea neque ablactabis ſine ea firmitate, ciborum coctione, alacritate ad actiones, quæ ſufficiat ad tolerandam lactis ablationem. Et ob id multi cenſuerunt, vigeſimo menſe, ſicut alii vigeſimoquarto, poſſe pueros ablactari, ſi robuſti ſint. Cæterum vera ratio ſtat in eo quod alios cibos appetat, dig[illegible] at noctu dormiat, & lactis veluti nihil curet: nam difficillimum eſt lactophagos pueros ablactare. Quod ſi feceris,

De ablactatione puerorum.

S curati-

curandum eſt cœnam tardius porrigere, quo facile dormiat, & noctem tranſigat ſine alio cibo. Verum ſi id poſſibile non fuerit, *ſaccarum cum aqua* aut *infuſi modicum* porriges, & iterum ſomnum conciliabis. At in ablactationa cauere oportet tempus æſtiuum, quia cibos difficile tolerabit. Item tempus hybernum, quia longiores ſunt noctes, quam quod poſſit puer ſine cibo tranſire: maxime cum per ea tempora copioſiores ſint exhibendi, & concoquere nequibit puerulus. Quo fit, vt vltimum hyemis & vltimum æſtatis, tempora ſint huic mutationi proficua. Conſiderabis etiam, ne puer morbum fuerit perpeſſus, & adhuc valetudinarius exiſtat, quia is ſtatus non fert innocue ablactationem, & ob id ſenſim & paulatim oportet ab vbere deſueſcere, & tandem per maiora interualla lac porrigere, quo ſenſim aſſueſcat lactis defectum ferre; maxime ſi ei præſtiteris *glandes ex pane puriſſimo & ſaccharo*, aut *butyro & ſaccharo* confectas, quas porriges cum anxie vbera poſtulauerit. Quod ſi pertinacius vbera amauerit, aliquando *melle & aloe* papillas inunges, quo facilius vbera odio habebit. Curandum etiam eſt, ne prorſus vbera ſugere dediſcat, ne ſi forte in morbum inciderit, & opus fuerit iterum ad lac confugere, neſciat, aut nequeat. Conſiderabis etiam in hac alimenti mutatione diligenter, an ventriculus probe conficiat, & venter probe quoque egerat: nam huius rei maxima eſt habenda prouidentia, quæ præparantur mala, quæ ex cruditatibus aut excrementis retentis fieri aſſolent.

Capillorum tonſura. Nec minoris momenti eſt in pueris capillorum tonſura, ſi quidem non raro conſpeximus, ex ea longe deterius ſe habere puerulos. Ratio profecto eſt, quia tunc natura pilorum curat augmentum, & propagationem, cum ad temporis iniurias eis opus habet. Quippe cum pueri caput ex tegumentis præmunitum habent, pauciſſimum creſcunt pili, cæterum cum aeri ſeſe exponunt, & pilis orbati ſunt, non parum læduntur: ſecus tamen res ſe habet, ſi pediculis, ſcabie aut puſtulis infeſtentur. At tempore æſtiuo, aut mutata iam ætate in adultiorem, facilius tolerabunt: tenera enim puerorum corpora longe melius ſe habent pannis præmunita, & locis calidis contenta, & prorſus à temporis iniuriis præmunita. Quod ſi depilare, aut veſtem mutare oportuerit, id caute facies, lente, paulatim & ſenſim, quo minus iniuriis offendatur. 22

Ploratum, & animi motus ſedare. Inſuper diligenter curabis, à primis menſib. ploratum parcere, & animi impetus ſedare: nam præter id quod ad mores deinceps componendos maxime eſt neceſſarium, plurimas inhibemus puerorum affectiones, quæ ex ploratu & ira ipſis ſuccreſcunt. Quæ ſane opera vt difficillima admodum ſunt in his qui rationem non experiuntur, ita ſummopere neceſſaria, vt cum adfuerit, ei obedire facilius diſcant paſſiones, ſi à primis menſibus aſſueuerint pacari. In qua re primo ploratus, iræ vel aut cupiditatis cauſas inquirere, eſt opus: nam facile eis ablatis, puerili quieſcunt: quippe ex lectuli duritie, ex aſperitate aut compreſſione faſciarum, item ex ſorditie & immunditia, pediculis & aliis externis ſolent ira exacerbari & agitari in furorem, quod nulla diligentia quieſcant, niſi ablata cauſa. Alii ex fame aut lactis paucitate, nonnulli ex vitioſi lactis irritatione in ventriculo vellicante, aut inteſtinis, vel veſica: quæ omnia, *vt lib. 2. conſtabit*, facile noſces & ſignis tacitis, cuncta probando explorabis, verum eorum cauſa exiſtat iræ & ploratus. Certiſſimum enim eſt in his, qui adhuc ratione non vtuntur, nil citius & facilius iram & ploratum compeſcere, quam ablationem cauſæ: cum certum ſit, nulla rationis perſuaſione moueri ad tolerantiam poſſe. Præterquam quod motus, cantus, vbera & diſtractio, atque loci mutationes perbelle ſolent animos plorantium puerorum parare. Sed curandum eſt, vt primo à natali die ſemper ſtudio ac diligentia puer cuſtodiatur à cauſis quæ concitare in iram ac ploratum ſolent, vt protinus dimoueatur cauſa, quo breuiter animi tranquillitas acquiratur: quippe in ea ætate, quæ nec iuſſa, nec monita admittit, nulla alia ratione, quam aſſuefaciendo, animum ad bonos mores comparabis. Nam mox procedente paulatim tempore in dieſq; magis ac magis, iam parata plurimum conſuefacto, domitiſq; ita non parum animi paſſionibus, & monita noſtra accipiaunt puerulo, & obſeruante nutris, ac imperata faciente, & minas intelligente, formidanteque, & adigi quo volumus plagis ſi renuerit debere, faciliora nobis omnia reddentur, & ipſi paratiores fiunt ad virtutes capeſſendas & vitanda vitiorum monſtra. Sed hæc alibi. 23

Nec minoris momenti eſt cubandi puerulum modus & locus; quippe ſupra latus dextrum aut ſiniſtrum cubare oportet, non ſupinum aut pronum, in loco temperato, non lucido, niſi lucernę ſplendore à longe cubiculũ illuminetur, dummodo iuxta pedes ponatur, ne oculos, aut latera contorquens ſtraboſus fiat. Sit locus boni odoris, mundus, ſine fumo, & longe à viridariis & pratis, propter ſerpentes lac ſemper affectantes. *Præterea* dormiat primis menſibus in cuna, ſi quidem incuria nutricis non raro ſuffocantur, donec brachiis ſolutis, poſſint, vndiq; ſeſe mouere. Multa etiam alia quæ ab autoribus commendantur, ita ſunt iam in omnibus nationibus in vſu, tamque cunctis mulieribus aperta, vt vanum mihi viſum fuerit, tempus in eis euoluendis conterere. Necnon eodem modo prætermitto, quæ mores ſpectant, nam hæc non infantibus, ſed adultis neceſſaria exiſtunt, de quibus mihi hac in parte agere non videtur, ſed ad ea quæ ad alias ætates pertinent, relegare. 24

LIBRI PRIMI FINIS.

DE MOR-

DE MORBIS PVERORVM, AC DE EORVM CVRATIONE.

LIBER SECVNDVS.

1 QVi pueros curaturus eſt, prius inſtituat diligenter inquirere, *quibus nam morbis frequentius ex ætatis ratione ipſi afficiantur: quib. de cauſis, ac inſuper quib. ſignis vnaquaq; cauſarum dignoſci poßit*, quo certius curationem inſtituere poſſit. Cuius rei gratia ſciendum eſt prius, præcipuam & communem malorum in nuper natis cauſam eſſe humiditatis redundantiam, quæ quidem, qualiſcunq; ſit, caloris poteſtatem certis quibuſdam modis obruit, ac veluti efficaciam retundit: quo neceſſum eſt ipſum calorem ſpiſſimum eſſe ad patiendum ab externis & internis motoris, & ineptiſſimum ad actiones cuiuſuis potentiæ perfecte exequendas. Ex quo certiſſimum eſt, & euidenter conſpicimus, facillime in morbos ab his cauſis exortos infantes incidere, tum in nutritione, tum etiam in ſuctione, dentitione & loquela: nam iuxta hæc tempora, & diſpoſitionis differentias, morbos diuerſos pueris ſuccreſcere conſpicimus.

Humiditatis redundantia malorum cauſa.
Infantes cur facile in morbos incidant.

2 Ante tamen ſtatuendum eſt, ſolam dentitionem eſſe pueris propriam omnibus modis affectionem, reliquas vero familiares, ac non ſemper vere morboſas, ſed veluti neutras diſpoſitiones, ita vt non protinus exoptent auxiliares manus. Quippe non ſtatim ægrotare dici debent, ſi tuſſiant, ſi ſternutent, oſcitentur, ſi lippiant oculi, aut aluus turbetur, vel adſtricta ſit; ſi vomant, aut nauſeent, vel procidat ſedes. Quæ ſane omnia non ſtatim vt morbi habenda ſunt, ſed cum adeo creuerint, quod vel diu durent, aut lædant extra conſuetudinem actiones, vt de laſſitudinib. in ſanis cenſemus. Cum hoc tamen leuiter in principio prouidebis, ne vel creſcant, vel poſtea difficilius curentur, vt mox audies, ſi ad cauſas prius redieris.

Dentitio propria puerorũ affectio.

3 Sed vt quiuis hanc doctrinam, quæ magni in hoc negotio eſt momenti, intelligat, ſtatuendum eſt, quod licet veriſſimum ſit, *humiditatem eſſe omnium quæ diximus cauſam*; non tamen intelligendum eſt, indiſtincte quamuis humiditatem id poſſe efficere. Nam cum certum ſit, humidi vbertatem, eſſe roboris, & augmenti principium, fundamentum & materiam, videtur difficile creditu, humiditatem poſſe prædictorum malorum eſſe cauſam. Quapropter in hac re diſtinxiſſe oportet, cuius naturæ debeat eſſe humiditas, vt poſſimus noſſe, quæ nam humiditas materiam in pueris præſtet ad malorum concitationem: & quæ nam ſit ea, quæ ſalutis & augmenti exiſtit cauſa. Et ob id dicimus *humiditatum* quandam eſſe aeream & ſpirituoſam, & aliam aqueam: illam quidem ſalubrem, natiuam genuinam, & de natura principiorum noſtræ generationis, fundamentum & partem noſtri caloris innati, quæ ſubſtantia calida & humida exiſtit: quæ quidem augmenti & vigoris materia & principium exiſtit: cum certum ſit, talia eſſe noſtræ generationis principia, ſemen nimirum & ſanguinem, in quibus cum aerea humiditate ſpirituoſus calor abundat. *Humiditas* quidem *aquea*, quæ craſſioris conditionis exiſtit, calore viuifico orbata, & omnis impotentiæ atq; paſſionis principium & aptitudo, cauſa eſt & materia eorum morborum, qui frequenter in pueris viſuntur, & potiſſima ratio, qua nec ſufficienter creſcant, neque expeditas poſſint habere actiones facultatum omnium, ſed mille modis ipſas coerceat, obruit, & lædit; quia ex huiuſmodi humiditate plus patitur corpus, quam refici poſſit; quod illi erat ſummopere neceſſarium; cum facillimam habeant atque innatam diſſipationem, ob ſubſtantiæ ſuæ modum & tenuitatem: & ob vtraſque rationes miſere torquentur defluxionibus, tuſſi, difficili ſpiritu, tumoribus, puſtulis, ſcabie, & aliis quæ mox referam, ſi prius dixero, prout in parte hæc vel illa præfuerint, & varios morbos gignere: nam in capite hydrocephalon, in cute eius, acores, pediculos & vlcuſcula efficiunt, & ſic de reliquis partibus aut tota cute idem dicendum erit. Inſuper vitioſa hæc & aquea humiditas, vel à principiis noſtræ generationis contracta ſuit; vnde morbos hæreditarios nobiſcum naſci comperimus, vel ex lacte aut reliquis alimentis quotidie gignitur, & alios affectus concitat innumera varietate lædentes: vel rurſus ex vtroq; principio ſuboritur, & longe maiora mala, diuturniora & moleſtiſſima affert.

De ſpecialib. cauſ. morborum in pueris.
Humiditas aquea cauſa eſt morborũ.

4 Cæterum vt breuiori methodo rem complectamur, Hipp. 3 *apho.* à 4. ſequi oportet, & Galen qui duas conſignat cauſas omnium malorum quæ infantibus ſuccreſcunt. *Vnam* quidem facilitatem patiendi à quauis cauſa, quæ illis intus aut extra offeratur [illegible]*am*, quæ illis ſuccreſcit ob labores & acci-

Malorum infantibus occurrentium, duæ cauſſæ.

 den-

dentia, quæ in vtero patiuntur, quæ quidem multiplex exiſtit. Quippe euidentiſſimum eſt, hos pueros aliquando ab vtero ſibi contrahere aqueæ humiditatis eam copiam, quæ poſtea multorum malorum ſit cauſa, præſertim cum imbecillis ex laboribus vteri naſcatur, vt ſcribit Hipp. li. de natu. puer. dicens: *Puer de matre in vtero viuit, & qualiter ſanitate prædita eſt, talem ſuam puer habet.* Quibus accedit, vt non minus lædatur ob vteri anguſtiam, vt teſtatur etiam Hipp. lib. de geni. dicens: *Pueri ſi naſcantur debiles parentibus robuſtis, vterorum anguſtia cauſa eſt.* Atqui licet vteri ex ſua natura anguſti non ſint, matres tamen, quæ vel in labore ſuarum manuum, vel in lectione ſedentariam vitam agunt, adeo curuatæ & compreſſæ (maxime ſi ſupra ventrem aliquid ponant) vterum coarctant, & comprimendo anguſtant adeo, vt fœtum producant valetudinarium, debilem, ac nonnunquam praue figuratum. Altera, vel tertia inſuper cauſa eſt, labor ex partu in naſcendo puero præſtitus, quo ſæpe tumidus prana intumeſcentia exit puer; maxime ſi tumor intra tertium aut quartum diem non ſubſederit, quo mille affectionibus deinceps premuntur infantes. Sic enim dixerat Hipp. 3. apho. 12. *Partus difficiles quauis occaſione fœtus producunt valetudinarios.* Quibus accedit, vt quarta cauſa, & non minoris momenti, nimirum noui aeris reſpiratio & refrigeratio, quæ facile caloris vigorem alioqui neceſſarium informat & coercet. Inſuper cauſæ rationem habet malorum huius ætatis, vmbilici abſciſſio, ſi recte non fiat: cuius abſciſſionem cauet Hipp. li. de ſuperfœta. dum *puero in genitalibus hærenti vmbilicum non ſecari iubet, prius quam aut ſternutet, aut vociferetur*: quaſi velit aliquo modo, expectanda eſſe ſigna alicuius roboris; nam citra id ſi ſeces, non parum lædes: quia eius partis inflammationes non raro lethales ſequi ſolent. Præterea non minor malorũ cauſa exiſtit, mutatio habitationis & ſtrati; quia moleſtior eſt faſciarum circomductio, & aſperior, ac minus puerum ab iniuriis cuſtodit, niſi plurimum caueas, quo mille modis læſum conſpicies. Nec minoris momenti eſt, ſed longé maioris, alimenti diuerſitas, quo plures ac maiores patitur alterationes: nam ex hac cauſa vlcera oris ex lactis amarore aut ſalſugine: vomitus ex ſeroſitate lactis: item coagulationem in ventre, maxime cum puer plurimum ſugit, nam ſic lib. de denti. Hipp. *Pueri voraces & multum trahentes, non pro ratione carnoſi fiunt*, quinimo ea ratione multum lacteolum euomunt, ac minus per aluum ſecernunt; ſicut etiam minus aluntur, præſertim ſi, vt inquit Hipp. eadem parte, multum ſugunt & multum mingunt, minime anniculi fiunt. Quo etiam fit, vt perpetuis vexentur cruditatibus, maxime ſi venter frigidus, languidusue ſua natura ſit, vel talis efficiatur, vt pleriumq; accidit ob frequentiam generationis cruditatum acidarum, quibus frigidior redditur & languidior. *Præterea* ob eandem rationem, pueris caput male afficitur, & vigiliæ contingunt multifariam: maxime ob malam coctionem, & non minus ob læſionem cerebri ab aere; vel ob ſtratum durum, ac ob ſordes acres, mordaces, & calidas intus in ventre dolorem concitantes, aut extra excoriantes cutem & carnem prope anum & pudenda. Ex quibus & aliis accidunt nuper natis ventris inflationes cum dolore & rugitu, vt inſinuauerat Hipp. 2. *popu*. Ex quibus etiam aliquando ſuccreſcunt pueris pauores, prę̨ludia conuulſionis & epilepſiæ, vt oſtendunt oſcitationes, & pandiculationes frequentes: ſignum profecto euidens, ex flatu aut vapore aliquo craſſo hæc mala futura. Dimitto hac in parte quæ hæreditarie à parentibus, aut per contagium à nutricibus pueri contrahunt, nam de his latius egimus lib. *de morbo Gallico*, & lib. *de morbis hæreditariis*. Item eos affectus, quos non raro patiuntur ab externis iniuriis, vel ſimiles iis quos alia corpora in quauis ætate patiuntur, vt tumores præter naturam, vlcera, ſolutiones continui, luxationes, febres, tabeſcentias ac ſiccitates, & ſenium ex morbo, quæ ſuccreſcunt, niſi, *vt inquit Gal. 1. de ſanitat. tuen.* ante ſextum menſem, vel ſaltem ante perfectam dentitionem magna diligentia præueniantur.

De modis quibus hæ cauſæ operantur.

Sed vt ſummatim dicam, & inſuper vt ſcias modos quibus prædictæ cauſæ puerorum morbos concitare poſſunt, expende, maiori ex parte prædictas cauſas primo cruditates in pueris concitare, ex 5
quibus facile reliqua mala prodeunt. Quippe nihil frequentius principium eis fere omnibus præſtat, quam ventris maxime & aliquando venarum cruditates, ſiue prodeant vitio aut copia lactis & alimétorum, ſiue imbecillitate ventriculi. Namq; ab his obſtructiones, ventris durities, lumbricorum prouentus, epilepſiæ, fluxiones, & ſuffocationes ſuccreſcunt. Item ſi prædictæ cruditates in nidorem vel acorem mutentur, protinus in faſtidium ex nidore, aut famem caninam ex acore incidunt: verum ſi ad venas tranſferantur prædictæ cruditates, vel febres diuturnas, aut ſi plurimum bileſcant, acutiſſimas concitant; vel vt plurimum in prolixam ſcabiem tumores, tubercula, ſtrumas, vlcera, & alia non minoris momenti. *Præterea* ſi ob aliquam ex numeratis cauſis ſanguis plurimum efferueſcat, in morbillos & variolas pernicioſas decidunt. Nec minoris momenti ſunt, quæ ab his cauſis concitantur; vt *vmbilici prolapſiones, linguæ balbuties, oris tonſillarum & gingiuarum excreſcentia, vrinæ difficultates*, & alia quæ præ copia cruditatum, aut malitia earum, vel ex flatu ab ipſis genito, mira varietate in pueris elucent, præſertim ſi bilioſum quid acceſſerit. Namq; licet materiis malorum in eis ſint, vel cruditates, vel ſanguis aliquo vitio affectus, ſemper cruditates mouent, exagitant, & ad varias partes trahunt, aut ſanguinem murant in calorem, & motum agitant, flatus & bilis, ita vt frequentiſſime in affectus prorumpant, ex harum duarum cauſarum concitatione, ſiue cauſas motiuas, ſiue concauſas nominare velis. Quæ res in puerorum medela difficilis eſt cognitu: cæterum neceſſaria ad notitiam & cognitionem cauſarum, & modi quo operantur.

Mirabitur forſan aliquis, quod euerſo ordine, aut ſine methodo & arte puerorum morbos nu- 6
merauerim, eos confundens cum cauſis quæ ipſos concitant, & cum ſignis quibus innoteſcunt. Cæterum expendat beneuolus lector, in his quæ nobis adeo obſcura ſunt, abdita, & quæ difficillimis aut nullis ſignis cognoſci poſſunt, qualia ſunt illa quæ pueris accidunt, quia nequeunt neq; ſui, neq; ſuorum malorum modum, rationem aut cauſam reddere; eam eſſe propriorem docendi rationem, quæ

facilius

facilius tei quam quærimus, notitiam præſtare poteſt. [illegible] ippe certum eſt, dolores, moleſtias, & anxietates ac internos affectus, nullo alio modo in puerīs eſſe cognoſcibiles, quam ex ploratu, qui incertum poteſt præſtare indicium, cum ex multis etiam cauſis infantibus ſuccreſcat: quo impoſſibile eſt, ea inſi[illegible] cauſ[illegible] in ſigno, aliquid certum ac [illegible]um prædicere, & ſic in eis alia multa repeɾiuntu[illegible], [illegible] qs co[illegible]un[illegible] as ex [illegible] percipere aut noſſe poſſumus, niſi prius vniuer[illegible]les & communes [illegible]us [illegible] cauſas ac modos earum cognouerimus. Et [illegible] id fere om[illegible] puerorum mala, v[illegible] ex ventre, [illegible] vel ex his quæ è ventre in venas co[illegible]migrant, pro[illegible]ficiſcuntur. Quam ꝓpter protecto [illegible] ob animi excrementa, & etiam auxilia, quibus leuamen & [illegible] diuturni ſuſcipiunt nam ex his [illegible] [illegible] liquis, venamur malum & cauſ[illegible], maxime ſi a[illegible]cedant ex præſidio quies, ſomn[illegible] & placida [illegible] [illegible].

7 Præter has cau[illegible]s puerilium morborum, quas ego vt communiores nuper retuli, placet etiam recen[illegible] eas [illegible]mnes, & [illegible]ferentias etiam morborum puerilium, quas Hipp. enumerat, quibus ſim[illegible] iunctis, Medicus qui diligens fuerit, certior fiet eorum, quæ ad medelam puerorum neceſſaria exiſtunt.

8 Septem morborum ſortes, qui nuper natis pueris frequentius [illegible]dunt, enumerat Hipp. 3. *apho.* 24 di[illegible]ns: *In ætatibus autem talia contingunt paruis & nuper natis pueris*: per qu[illegible] [illegible] ſubaudire oportet eos, qui vſque ad ſeptimum menſem ſe extendunt. Cæterum h[illegible] [illegible] ſunt ibi qui ab ætate, & cum iam dent[illegible] [illegible] incipiunt, ſuccreſcunt, veluti ſunt, *vt Hipp. teſtatur 25. eiuſdem* [illegible]*tionis*, gingiuarum prurigines, ſ[illegible]bies, c[illegible]nuul[illegible]nes, & al[illegible] profluuia, quæ ſane mala, potius [illegible] [illegible] ſunt [illegible] den[illegible] [illegible] accidentia, quā morb[illegible] per ſe vt oſtendunt ſequentia apho. verba; *Et maxime cum caninos educunt dentes*, & *his præſertim pueris qui craſſi[illegible] ſunt & aluos duras habent*. Sunt [illegible] dentitione (ſi [illegible] diuerſis ten[illegible] [illegible] accidere ſole[illegible] n[illegible] [illegible] ep[illegible]ti[illegible] ve [illegible] vitia, propriæ puerorum affectiones. Nam Hipp. etiam [illegible] *de carnibus* in ventre [illegible] aliquando ſuccreſcere ſcribit, quib. non pauci periculum mo[illegible] ſubieru[illegible]: maxime cum acu[illegible] pullul[illegible]e incipiunt. Tunc enim pruriginem in gingiuis primo patiun[illegible]tur, mox ſtimulo non ceſſante, dolo[illegible] in ex [illegible] ſ[illegible]bies & conuulſiones atq; alui profluuia ſuperueniunt. Q[illegible] [illegible]t cum do[illegible] ſit[illegible] [illegible]tinuus, vigiliæ inſurgunt, veluti ſi quis ab ſpiculo perforetur, niſi [illegible] [illegible]. Item dolores acuti, & n[illegible] ceſſantes, inflammationes concitant, vt ſtatuerat lib. *de vetere med. & de fractu*) [illegible] [illegible]mmationes quide[illegible], conuulſiones, & febres, ac maxime profluuia alui, cruditates, vigilias & dolores: atq; etiam natura co[illegible]nante ſe ab his exonerare. Sed inter hos pueros, hi maxime com[illegible] [illegible] [illegible]bo[illegible] [illegible]rant, quib[illegible] canini naſcuntur, ob ingentes dolores & vigilias; item quibus aluus dura eſt. Quod elegantiſſime explicuerat Hipp. lib. de dent. dicens: *Quibus in dentitione aluus plus ſubducit, minus conuelluntur, quam quib. parum, & ſi febris acuta in dentitione accedat, minus conuelluntur* qui vero dentientes habitiores [illegible]anent, & altiori ſomno vtuntur, magis obnoxii ſunt ad conuulſiones, qui hyeme dentiunt, mel[illegible] liberantur. Præterea qui craſſi ſunt & pluribus abundant humoribus, & ſanguine, pro[illegible]ter dolores & vigilias, ma[illegible]eria [illegible] ad caput rapitur: & ſimiliter ſi dura ſit aluus: eſt autem conuulſio fam[illegible]ſſima huic æt[illegible], quæ à ſeptimo, vel parum ante, menſe incipit, & ad ſeptimum protogatur annum. Et vt [illegible] [illegible] *lib. de loca aqua & aeris*, illis accidit hac ætate difficultas etiam reſpirandi, quoniam eorum caput eſt imbecille & copioſo humore plenum, quia illuc recurrunt humores ob adductas rationes.

9 Huic ætati accedit alia, quæ proxima eſt illi, licet ad decimumquartum annum extendatur, quia incipit à ſeptimo, quo neceſſum eſt recenſere morbos, quib. frequentiſſime pueri vexantur: nam ſæpe à primis annis incipiunt. Hos quidem morbos recenſet Hipp. 3. *apho.* 26 [illegible]. *Cum vero magis iam adoleuerint, tonſilla & vertebra, quæ in occipitio ſunt, luxationes ad interiora, a[illegible] anhelitus, calculi, & lumbrici teretes rotundi aſcarides, verruca ſatyria, ſtruma & alia tubercula, ſed præcipue ante [illegible]a.* In qua [illegible] [illegible], qua ratione pueritia cum infantia conuenit, oportuit [illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] [illegible]. S[illegible] primo tonſillarum affectus enumerat: quia cum adhuc molles ſint partes [illegible], & caput abund[illegible] ſuperfluo & aquoſo humido, colliquato eo à ferueſcente calore, in ſtrumas & glandul[illegible] tumores commigrat; ſic pueri cum ferueant & pleni ſint, & nihil e[illegible], prædictis m[illegible]s, & adhuc aliquando ſatyriaſi laborant. Neque obſtet, verrucas fieri ab humore craſſo & terreo, & ſtrumas à lento & craſſo: quia tarō in his viſuntur: cum certum ſit, ſolum his pueris & lapillos, & hæc mala fieri, qui [illegible]b plurimum & [illegible] calorem, quod tenue eſt & aquoſum in humore, re[illegible] [illegible], [illegible] [illegible]ſtriori parte relicta. At lumbrici in hac ætate longe magis generantur quam in præcedente, quia ſere ſa[illegible] lact[illegible] [illegible] prob[illegible], niſi cum lacte cibo ſimul vtatur infans. Itaq; poſt lactationem vberius g[illegible]nerant[illegible] vermes, nō tamen adeo frequenter, ac poſt ſeptimum annum quia corpora hæc ſunt [illegible] humidiora, & minus calida Verum quia motus intempeſtiui cibaria corrumpunt, id quidem ſupplet, quod calor s deficit, vt fiat lumbricorum prouentus. Inſuper in huiuſmodi pueris ſunt etiam fluxiones, ob calorem colliquantem, aut ob externum frigus prohibens diſſipationem ſuperflui; quo facilius ad pectus decumbit humor ob [illegible] iter ad ipſum. Fiunt inſuper in hac ætate luxationes vertebrarum ad interiora, quibus repandi fiunt pueri: & aliquando ad exteriora, quo gibboſi fiunt ſed vtrumq; contingit ob eandem humiditatem ad vertebras dorſi dilabentem, laxantemq; ligamenta vertebrarum. atque cum à ſua ſede, vtcunque ſit, dimoueantur vertebræ, ligamenta in ea figura deſiccantur, & magis indies torturam efficiunt, atque affectum incurabilem. Cęterum ea pendiſſe oportet, his ętatibus hæc mala ſuccreſcere, quia vel violenter mouentur, vel pulchritudinis gratia vehementer durius alligant; quo fit, vt facillime, quia humido aqueo abundant, diſtorqueantur, & à ſua ſede dimoueantur vertebræ. Sed de his alibi. Quibus ſic conſtitutis, facile erit, viſa quauis ex memoratis affectionibus, in eius cauſæ cognitionem per-

uenlte, quo certius præſtare poſſimus adæquatum & conueniens auxilium: ſed ad peculiarem cuiuſq; cognitionem peruenire, iam nos cogit docendi ratio.

Capvt I.

De vmbilici inflammatione.

PRincipium malorum in infantibus ſolet non raro eſſe improſpera, aut intempeſtiua vmbilici ſectio, maxime ſi id opus non fiat vt par eſt. (*velut antea diximus*) aut poſt ſectionem, reſectio partis quæ remanſit pendens à ventre pueri, vel violenter facta, vel cum ligatura ſupra ventrem preſſiori, quam puer poſſit faciliter ferre, proculdubio in ruborem pars in circuitu vmbilici intumeſcit, & puer nec dormire, nec lac ſugere poteſt, ſed ploratu continuo moleſtiam oſtendit. Quapropter diligens Medicus tenetur frequenter inſpicere, cum infans citra cauſam aliquam manifeſtã ploratu incompeſcibili exturbatur, an aliqua corporis pars colorem extraneum, aut tumorem acquiſierit, vel venter intumuerit, & id ſit iuxta vmbilicum, cum rubore: nam tunc iuſte coniicet, vmbilici inflammationem eſſe ploratus cauſam. Et ob id, protinus ſuperpoſito emplaſtro ex *maluis coctis & piſtatis*, ac extractis per ſetam, cum modico butyro vaccino (idem beneficium præſtat addita *farina hordei lupinorum aut fœnugræci, cum modica pinguedine gallinæ*. Vel conficies ex *medulla panis, & modico croco*) conſiderandum erit, an melius ſe habeat; quia id cognoſces, quod quietior ſit factus, & aliquantulum dormiat: maxime ſi oleo roſaceo vnxeris partes circa vmbilicum, vel cum *vnguento ex ceruſa & lythargyrio*. Quod ſi ita contigerit, proculdubio in melius procedet affectio, & protinus vel reſoluetur (id quod cognoſces, quia diutius dormit, & minus plorat) vel in ſuppurationem terminabitur, eo quod tunc dolores ex ploratu & vigiliis cognoſces eſſe maiores: quo tempore, inſpecto vmbilico, tactu & viſu comperies tumorem creuiſſe; & in pus abruptum. Maxime ſi appoſueris id quod recipit *therebintinæ* ℥.ſ. *vitellum vnum oui, olei roſacei* ℥.ij. fiat linimentum. Hi enim tumores facillime rumpuntur, aut à perito chirurgo cuſpide inſtrumenti acuti leuiſſimo foramine pus extrahatur: quo excreto, omnia accidentia protinus ceſſant, & ſomno atque quiete facile infans reficitur. Pure tamen extracto, ſi quid durum remanſerit, panno ſuperpoſito ex *ceroto lythargyrii & vnguento baſilicon*, rem prorſus perficies. Verum ſi nihil horum remanſerit, ſat erit *cerotum lythargyrii* apponere, donec prorſus ad priſtinam ſanitatem pars reſtituta videatur. Curabimus inſuper ventriculo prouidere; nam in hac affectione difficulter conficitur alimentum, quia puer ſic affectus non dormit, & plurimum diſſipatur ploratu: tum etiam quia ventriculus imbecillis eſt ob vicinia partis inflammatæ. Quo caſu ipſum inungere oportet *oleo abſynthii* aut *napha* cum modico *omphacino*; aut *mellino & napha*. Interim tamen curandum eſt, vt aperto foramine præueniamus, ne ex ploratu amplius dirumpatur, quod facillimum eſt: & ob id ligatura, quæ compreſſione decenti impediat diruptionem, prouidendum eſt, poſito plumaceolo ſubtus ligaturas, donec prorſus conſtet, foramen eſſe probe curatum, & poſtea ſuperpoſito aliquo ex emplaſtris adſtringentibus, *vt leges inferius*, rem perficies. Et inſuper videndum eſt, ne natura ob corroſionem ex abſceſſu, & quia aſſueta erat per eam partem vrinam deferre, iterum errans tentet; nam difficilem reddet curationem.

Vmbilici inflammatio quibus ſanetur.

Capvt II.

De lactis caſeatione, grumeſcentia & aciditate, in ventriculis puerorum.

CVm vel ex prædicta curatione, vel ex ploratu, vigilia aut quauis alia cauſa infantem, aut vomare, aut per aluum excernere contigerit cruda, grumoſa & acida; quo neque quieſcere, neq; dormire, neque lac ſugere commode poteſt, adeo vt nihil fere refici & nutriri videatur: eo tempore in cauſarum indagatione omnis diligentia habenda eſt. Quippe ſi neque ex frigore externo, neq; ex inflammatione prædicta, aut ex nimio ploratu & vigilia propter alias cauſas, quas diligenter rimari oportet, puer vel vomuerit, vel per aluũ excreuerit acidum & grumoſum lac, coniicere oportet, vel ventriculum eſſe imbecillum, aut lac nutricis copioſum, vel vitiatum, & alitioni ineptum. Incipies tamen præſidium tentare ante aliam curationem imminuta copia lactis, tum prohibendo ne infans ſugat quantum appetierit, aut nutrix ingerat tantum alimenti, quantum aſſueſcit: ita vt vtroq; modo ventriculus infantis ſolum ſuſcipiat quod conficere poſſit. Quod quidẽ facile cognoſces, ſit ne quantitas exuperans cauſa cruditatis, an alia; quia imminuta prædicta copia, protinus excrementa in meliora mutantur, & puer placide dormit, & diutius ac ſine moleſtia & moribus anxioſis. Verũ ſi neq; adhuc imminuta lactis copia, excrementa non prodeunt cocta, tunc profecto coniectabile eſt, ventriculum pueri imbecillitate ob frigidum intemperamentum laborare. Cui ſubuenies (ſi prius cognoueris, ex odio concepto, aut ſuctione

Lactis caſeatio & grumeſcentia in ventriculo quibus vitetur.

ſione in ſuctione ipſius infantis cum lacte, ipſum eſſe ex natura vitioſum, acid[illegible] o, aut alia mala conditione craſſitiei aut viſciditatis affectum, quo caſu pueto ſubuenies duo[illegible], & citra aliud beneficium nutricem mutabis in aliam, quæ [illegible] lectius lac habeat, & pueru commodius) lactis præſtita ea ſolum quantitate, quam compertum fuerit probe poſſe conficere, & per ea interualla & modum quib. id beneficium optime poſſimus conſequi. In quo caſu prudentiſſimum eſt conſilium, plures puerum vberibus affigere, cæterum non permittere plurimum ſugere. quo licet ex toto non ſoleant ceſſare cruditates, longe melius ſe habet puer: præſertim ſi inter vnam & aliam lactationem ſomno corripiatur placido. Sed ſignum melioris ſtatus ventriculi erit minorum excrementorum copia, eaq; minus acida.

Cæterum quia aliquando acida excrementa, viridia, citra grumeſcentiam, aut cum ea ſolent apparere, conſiderare diligenter oportet, *qua nam ratione talia in pueris (alioquin ſanis) appareant, & acorem referant*: cum certum ſit, viriditatem in his non proficiſci ab vſtione, ſicut in affectionibus iecoris, & venarum inflammationis. In qua re nullum inuenio ex his, qui de puerorum morbis ſcripſerunt, qui rationem huius euentus ad vnguem explicuerit: nam difficilis eſt, & forſan pueris [illegible]m peculiaris. Saluo tamen aliorum iudicio, ego in hac re libere audeo aſſerere, virorem illum à frigiditate quidem fieri, cæterum non ſolum ex frigida materia, neque à ſola frigiditate, ſed ab his omnibus, nimirum à calore & frigore, & à bilioſa & pituitoſa materia. Cuius doctrinæ gratia ſciendum eſt, plerunque huiuſmodi excrementa apparere in his pueris qui calido ſunt iecore, & bilis plus generante, & ventriculo frigido, ac incrudante, & acorem efficiente in excrementis: quia certiſſimum eſt, neque bilem poſſe ſolam in pueris virorem efficere, neque acorem: & ob id iecoris calore fit bilis, neque à ſola pituita & lacte crudo, ſed ab vtroq; ſimul, admiſta nimirum bile cum lacte, in ventrem euntibus, calore ventris ex albo lacte, & flaua bile, per actionem caloris naturalis ventris, fit ex inepta materia ad chilum corruptio illa prædictorum excrementorum; qua corruptione degenerat excrementum in viridem colorem. Quod vero magis in hac re placet, eſt conijcere, ex bile inteſtina adeunte, & ex crudo lacte à ventriculo decidente in inteſtina, ibidem ambo excrementa corrumpi, & prædictum virorem acquirere in meſeraicis, licet aliquando ad ventriculum bilis irruat, & eum colorem concitet (*vt dictum eſt*) cæterum id morboſius erit, quam dum in inteſtinis efficitur: quia ob id nil mali ſignificat in pueris hoc viride excrementum. Sæpe n. obſeruatione fidiſſima conſpicimus, primo infantes lac corruptum excernere per aluum in grumos verſum, & odorem acidum præſeferens: cum vero albedinem lactis adſeruat, non licet expectare, in viridem colorem poſſe abire: cæterum ſi cum lactis acida corruptione, flaui coloris aliquid adiungatur, tunc proculdubio excrementa quæ ſequuntur, viridia apparent, ob calorem prædictarum partium agentem in prædictum album & flauum excrementum, quo virorem acquirit. Et rurſus cum excrementa viridia mutantur in naturaliora, ex virore in album mutantur per mediam flauitiem: namque paulatim amittitur viriditas, & acquiritur flauities, quæ naturalis eſt alui excrementorum color, donec ad aliqualem albedinem & lactis colorem redeat, ſi cruditas iterum præualuerit. Hæc quidem aliorum iudicio remitto ſpe clarioris doctrinæ, & elucidationis ab eruditis, vbi id diligenter conſiderauerint, nunc vero ad rem redeamus.

Viridia excrementa cur pueris quomodo fiant.

3 Dictum quidem eſt in ſuperioribus, *grumeſcentiam & caſeationem lactis, eſſe duas cruditatis ſpecies*, quibus adiuncta eſt *aciditas*: & inſuper diximus, *non prouenire ab eiſdem cauſis, ſed grumeſcentiam à frigida, & caſeationem à calida*: verum cum hoc, vtrumque horum poſſe à frigida prouenire: nam cum caſeatio à calore prodit, potius videtur nidoroſum profundere odorem: quod ſi contigerit, tunc credibile eſt, à calore proficiſci: ſin aliter, cum in vtraque cruditate acor appareat, vtramque à frigido fieri eſt credendū, quantumuis caſeatio à calore calorem innatū rei diſſipante incipiat: ſed de hac re hac in parte hæc ſint ſatis. Ad curationem itaq; deueniendo, ſtatuendum eſt, quam citiſſime oportere, lactis coagulationem (quouis modo fiat) in meliorem conditionem mutare; nam epilepſiæ & multorum malorum ſolet eſſe cauſa. Qualiter vero in vberibus nutricis fieri debeat, antea diximus: nunc autem quomodo à ventriculo infantis liceat expurgare, & præcauere, ne amplius aceſcat, aut concreſcat, docendum erit. Quippe hæc opera non ſunt protinus exequenda, his ſolum quæ vim habeant attenuandi, & incidendi, vt vulgus Medicorum exiſtimat: ſed plus eis præſidiis vtendum erit, quæ coagulatum lac edicant, & mox his quæ ventrem roborent, ac firmius coquere efficiant: nam acetoſa medicamenta puerulis porrigere, periculo non vacat. Ergo id ſemper mihi viſum fuit à *mellis roſacei* vſu ventrem puerulis fouere his, quæ attenuandi & emolliendi vires habeant: poſtea vero his quæ robur addant ventri. Quibus indicationibus adimplendis *mel roſaceum* parare, maximo cum beneficio ſemper mihi viſum fuit, hac forma. Excipe *liquoris ſtillatitii, ex ſyrupo acetoſo quinque radicum. & ex ſyrupo mentha* ℥ iij. *ſ. aqua tiliæ & ceraſarum dulcium, ana* ℥ iij. *ſucci roſarum rub.* ℥. x *ſacchari & mellis, quod ſufficiat ad modum mellis roſacei*: cui adde in ligatura, interim dum coquitur, *pulueris diamargaritonis frigidi* ℨ I. aut ſi ſuſpicio fuerit futuræ epilepſiæ, adde *pulueris radicis & ſeminis peoniæ ana* ℨ ſ. *theriacæ ſmaragdorum* ℨ ij. *vel iboris aut ſapphiri hyacinthi, margaritarum, aut cornu cerui*, modicum cum *lacte* præbebis, vel *de ſyrupo granatorum*, vel *de roſis*. Huius porrigere oportet tertio aut quarto quoq; die cochleare vnum, ac nonnunquam parum *coaguli leporis* liquatum decocto *abſynthii*, vel *ſaſafraſa indica*, vel *aqua tiliæ*. Exterius vero ventriculum fouere oportet, dum plurimum coagulati lactis præeſſe conſtiterit, *ſucco menthæ, & fœnugræci*, cum *oleo naphæ*: poſtea vero, ſi lac ibidem indurauerit, cataplaſma ex *fœnugræco*, *foliis vlmi*, *althææ radice*, cum *butyro parmæ, croco & ficub. pinguibus*, ventri apponere aſſueſco, non ſine magno beneficio: nam protinus cruda illa excrementa cernuntur, partim liquata, partim coagulata. Idem beneficium præſtat emplaſtrum

Grumeſcentia & caſeatio verum à frigida cauſa.

Lactis grumeſcentiam curandi ratio.

Fotus.

Emplaſtrum.

 exca-

ex *coagulo leporis, butyro & farina pallinæ croco & oleo naphæ* [illegible] *ces* apte extracto cum *oxymelite*. Quod ſi plurimum indurauiſſe lac conſtiterit, ex *butyro porcino, fermento vitello oui croco & ſtupa ex lino minutim inciſis*, ac omnibus piſtatis facto emplaſtro, mirum in modum plurimis puerulis pro[illegible]. Præterea cum conſtat ventrem a grumis eſſe immunem, ad roborantia [illegible] & [illegible] adhibere oportet *oleum abſynthii, menthæ, cotoniorum & cum modico olei ſpicæ* ac de [illegible] tosti vino irroratam, cum puluenbus *aromatici roſati* apponere, vel cataplaſma ex [illegible]m. Quo tempore loco prædicti *mellis roſati*, vt ot mane & noctu [illegible] te vnum ex *mixta cotoneorum* aromatizata, quo minus acidum atq; grumoſum efficitur la[illegible] minim vomitent, huic ſymptomati ſubuenies his quæ diximus roborare ventrem. Cæterum [illegible] ter præ copia lactis grumoſi & acidi, ex flatibus intumeſcebat, fotu ex decocto *abſynthii radicis* [illegible] *rum, & chamæmeli ac menthæ* vte oduum eſt: quod ſi hæc non profuerint, neceſſum eſt ou[illegible] em ordinare.

Caput III.

De exuperantia & vomitu tenuis pituitæ.

SOlet non raro adeo copioſe tenuis pituita in infantibus abundare, vt in frequentiſſimos vomitus, faſtidium, & alia maiora mala protinus prorumpant. Dum tamen hæc in parte, id non raro etiam contingere ex pituitoſa defluxione à capite in ventriculum delabente; nam huius memini cap. *de tuſſi*. Quo viſo per excrementa, coniicere oportet, ventriculum eſſe laxum, & humida intemperie, cum exuperante humiditate adiuncta, in quibus pueris venter etiam tenuia ac diminute confecta excernit: quo conſtat, eſſe inteſtina et imbecilla ad retinenda excrementa. Quib. ſic ſe habentibus, pueri praue nutriuntur, graciles ſunt, faſtidioſi, mœſti, & mille aliis calamitatibus affecti. Ex quo etiam colligere poteris, lac quoq; vel eſſe plus iuſto tenue, vel parum in ventriculo immorari. Dignoſces aũt vtrum horum ſit, hac lege. Si lac diu in ventre detineatur, & nullum à calore ſuſcepiet beneficium, neq; coctionem, argumentum eſt, ſua natura eſſe plus iuſto tenue ac frigidum: verum ſi mox à ſuctione excernatur, & frequenter, argumentum eſt evidentiſſimum, laxitatem ventriculi ob frigiditatem & humiditatem ea mala efficere, quia ex humiditate nequit lac eo tempore immorari in ventre quanti ſit coctioni ſufficiat. Item ex frigiditate prodit, etiamſi aliquo modo ibidem præſit, non ſubinde coctionem ſubire, quod noſces, quia excretiones exeunt, cum torminibus, flatu & rugitu, quia calor puſillus flatum eleuatum diſcutere valet. Quo tempore caloris augmentum poſt ventris euacuationẽ conciliare licebit: & tunc exiccatione enim corroboratione vtendum erit. Cuius primæ indicationis gratia conficere ſuleo magiſtrale ſerapium, quod recipit *liquoris ſtillatitii, menthæ abſynthii cotoneorum coctorum in vino rubro aromatizati* (quod appellant *Hippocras*) & etiam recipit *decocti ſaſafras Indica* quod ſimul inſtilletur cum prædictis rebus, & eius ſume ℥. vi. *ſucci roſarum* ℥. iii. *ſacchari & mellis q. ſ.* ad ſyrupum conficiendum: cui adde inter coquendum in ligatura *pulueris corticu citri, aromatici roſati. & galliæ muſcatæ* ℈. a. cuius tertio quoq; die cochleare porrigere poteris; in cuius vſu magnum comperies iuuamentum, nam exiccat, calefacit & roborat mirum in modum. Exterius tamen vnges ventriculum ac ventrẽ inferiorem oleo, quod huic vſui hac lege conficies. Excipe *olei cotoneorum, abſynthii, mentæ, omphacini & naphæ ana* ℥ i. *corticum citri vino odorifero madentium* ℥ ſ. *ligni aloes & gariophyllorum ana* ʒ i. bulliant in duplici vaſe, & exprimantur fortiter, quo ſemel in die vngere oportet. Et aliud ea eiſdem oleis cum modico puluere *aromatici roſati & galliæ cum ſolin menthâ, & abſynthii* irrorata vino albo, atque coctis in duplici vaſe. Et inſuper magni eſt momenti ſuperimponere vnguentum mirabile ex *inſtillatione balſami & olei abſynthii & ſpica cum modica theriaca. & puluere galliæ muſcatæ*, facta liquatione & miſtura, cum ſucco *abſynthii, & menthæ*: cuius liquoris oportet ſumere ℥ i. ſ. & addito oleo *cotoneorum, cera & ladano* linimentum conficere, quo magno cum beneficio ventriculus vngitur. Adhibere etiam eidem parti oportet cotoneum aſſum, hac lege. Excipe *cotoneum*, abiectis interaneis, & reple *theriaca magna* cum pluribus *gariophyllorum galliæ, coralli, & aromatici roſati*, & foramine cooperto, aſſari leniter deſine, & poſt aſſationem omnia piſtentur ſimul, & cum *vino* & *modico furfure*, aut *pane toſto*, fiat ad modum cataplaſmatis. Poteris etiam ipſum cotoneum aſſum, cum puluere *maſtiches & galliæ* ventri apponere, necnon & inungere oleo *balſami*, aut de *Canime ex Indiis* aſportato: cæterum admiſto *oleo roſaceo omphacino*, aut *cotoneorum*. Hoc etiam vnum in adhibitione roborantium, & conſequentium auxiliorum obſeruabis; quod à me & aliis ſæpe dictum ſit, mane & ante prandium poſſe ventriculo adhiberi: tamen cum hoc ratio conuincit, longe vtiliora fore, ſi ante cœnam & prope ſomnum vt ea adhibeantur: nam in omnibus vegetabilibus actionibus ſomnus ſummopere iuuat, excepta alui euacuatione.

Lactis plus iuſto tenuis nota.

Laxitatis ventriculi nota.

Caloris augmentum quibus conciliatur.

Oleum pro calore ventriculo conciliando.

Vnguentum mirabile pro ventriculo.

Cotoneum aſſum ventriculum roborans.

Caput

Capvt IV.

De lactis reuomitione.

1 SOlent infantes adeo frequenter lac vomere, vt mox à ſumptione ipſum pellant, & deinceps quod ſupereſt, paulatim & ſenſim reuomant, ita accurate & ex toto, vt credibile ſit, nil eius quod ſugendo aſſumpſerint, in ventre remanere, adeo vt multi vel in atrophiam, aut alias ſiccitatis ſpecies deciderint, & nihil augeantur, ſed veluti pumiliones videantur, cum iam ſint vel vnius anni, aut plus. In quo affectu conſiderare oportet, vomitus in infantibus vno è duobus modis ſuccreſcere. *Primo*, cum adeo copioſe lac ſugunt, quod cum ventriculus capere, conficere, ac perfecte committere non poſſit, protinus nititur ſeſe à pondere & moleſtia exonerare: & tunc ſtatim à ſuctione vomit quantum grauat, & mox quieſcit, ac reliquum concoquit, & optime perficit, nec amplius vomit, donec iterum plus ſugendo, quam par ſit, vt antea, quod ſuperabundat vomit. *Alio* vero *modo* vomunt, & reuomunt, nimirum cũ licet lactis non plurimum ſuxerint, nihilominus tamẽ mox vt ab vbere ſeparantur, ſenſim & paulatim vomunt & reuomunt, non ſemel, nec bis, ſed pluries, donec nihil lactis in ventriculo ſuperſit. Et vt illi primi nihil mali ex vomitu perſentiunt, quinimo augentur & nutriuntur proſpere & alacriter viuunt, longe magis quam eis diebus, in quibus nihil euomunt: ita hi vltimi ex reuomitionib. ſuperſunt (*vt dictum eſt*) excarnes, veluti tabeſcentes, & citra augmentum, triſtes & afflicti. Illa autem prima vomitio proculdubio à lactis vbertate, & ventriculi robore prodit, & ob id in ſalutem infantis refunditur. Hæc autem reuomitio ſemper morboſa exiſtit, vna duarum cauſarum. Nam vel lactis conditio adeo eſt diſſimilis, alienaq; à pueri natura, vel arida, ſalſa, vel amara, quod mox à ſuctione natura horrens alieni contactus, renuat, pellatq; vomendo ac reuomendo, non quieſcens, donec ex toto ab inimico alimento libera ſuperſit. Vel rurſus puer adeo ſit ſenſibilis ventriculi, imbecillis & ad vomitum facilis, quod à familiari alimento non minus alteretur, irritationeq; magna protinus conetur expellere, donec liberetur à moleſtante.

Vomitus in infantibus vno è duobus modis ſuccreſcit.

2 Facile quidem cognoſces hoc aut illud eſſe, quia dum vitio lactis euomit puer, nequit vbera ſugere, & renuit, quaſi fugiens amarum & ingratum alimentum. Verum ſi vitio ventriculi id contingat, proculdubio vbera ſummopere affectabit, & suget auide, ac alimento delectabitur: cæterum mox inſurgit natura ad pulſum, non quidem nocui alimenti, ſed quod in ventre vitium ſit, quo inuitatur ad id miniſterium.

3 Si vero lactis abundantia ſit, facile eſt parſimonia alimenti nutricem moderari, ac puerum in medio lactationis tempore ab vberibus ſeparare, ne plus quam poſſit conficere, ſugat, *vt capitibus præcedentib. diximus*; namq; ſatius eſt repetere lactis ſuctionem, quam vna vice plus quam par ſit, ingerere. Cæterum ſi reuomitiones fiant lactis vitio, erroneum iudico medicamentis aut alimentis vitia lactis emendare; cum adeo difficile ſit, quod prius quam adhuc præſtita magna diligentia id conſequamur, puerulus in eã difficultatẽ reparationis incidat, quæ curari aut emendari minime poſſit. Et ob id ſemper probaui magis nutricem in ſelectiorem mutare, idq; protinus, quam inutiliter tempus conterere.

4 Ad ventriculi igitur prouidentiam & curationem deueniendo, conſiderandum primo eſt, ſit ne id ventriculo aliquid vitioſum retentum, quod commotũ à lactis ſuctione, facultatem laceſſat ad expulſionem. Quod noſces, quia mox à lactis ſuctione puer inquietus eſt, anxius, nec dormire, neque quieſcere poteſt, donec per vices & interualla lacte toto excreto, ſomno & quiete corripitur, quinimo alacris & placidus ſupereſt. Quibus, vt potuerimus, cognitis, ſtudendum eſt ventriculum pueri aliquo leui modo purgare: cui vſui tutiſſimus parare inſtillationem ſyrupi regii cum infuſione *rhabarbari*, aut *ſeminis cartami*, in ſubſtantia. & ex hac inſtillatione cum *melle* & *ſacchara* ſerapium conficere, & eius modicum infanti præbere, quantum nimirum bis aut ter venter olim ſe deponat. Aliquando vero *mellis Perſici* cochleare poterimus porrigere: quia mirum in modum huic affectioni prodeſt. Item hos pueros purgare poſſumus aqua quæ colligitur ex vapore, qui eleuatur interim dum coquitur ſerapium ex *nouem infuſionibus* cum *ſena*: eſt enim in his notabilis efficaciæ. Quod ſi pueri vltra ſemeſtres fuerint, nullo alio medicamento melius purgabis, & ventrem roborabis, quã aqua *rhabarbari extracta decocto abſynthii Pontici*, vel *in aqua ceraſorum*: ita vt ſint *aquæ* ℥. v. *rhabarbari* ʒ. ſ. & huius poſt leuem ebullitionem & expreſſionem porrige ℥. j. Quibus factis, adhuc eius intus & extra, tum roborare, tum comprimere ventriculum; & vomitum coercere poteris: maxime ſi laxior apparuerit, eo quod & per inferna etiam ſemimutatum lac exeat. Cui vſui mane præſtare poſſumus vnum aut duo cochlearia *mivæ cotoniorum aromatizatæ*, aut *eiuſdem cum puluere roſarum, vel myrtillorum infuſo per noctem, & poſtea colati*. Item ſyrupo ex *cotoneis*, qui diu adſeruatus fuerit in vaſe aliquo ex bolo aut terra Lemnia facto. Maioris etiam momenti eſt *aqua ſtillatitia roboris*, *ſeu quercus*. Sed in his non plurimum eſt perſtandum; nam facile obſtructionibus infeſtantur puerulí. Sæpe enim melle roſaceo ex *decoctis roſarum* facto, profuiſſe viſum eſt: maxime ſi huic addatur in ligatura, interim dum coquitur, puluis *roſarum*, *myrtillorum*, *coralli*, *margaritarum præparatarum*, *& de gemmis*: mirum enim in modum ventrem roborando compeſcit vomitus lactis. Sed (vt dixi) cum in his diu perſtare non liceat, per externa oportet vomitus ſedare: cui vſui primo ventrem inunges *oleo cotoniorum*, *de myrtillis*, *oleo maſtychinis*, *aut de mentha*, ſuperſparſo puluere *maſtychis*, aut *cotoneorum ſiccorum*, vel *morarum ſiccarum*, & *corticum glandium*. Præſtat etiam ſuperponere *panem toſtum vino rubro*, *adſtringente irroratum*, *cum pulueribus balauſtiarum*, *maſtyches*, *aromatici roſ. & gallia muſcata*. Sed maioris erit momenti empla-

Ventriculo qualiter prouideatur ſi reuomitionis lactis cauſa ſit.

Vomitum qua externa ſedant.

emplaſtrum ex *dactylorum carae cocta vino ſtyptico, & extracta per ſetam, cum pulueribus prodictis & furfure.* Item ventrem inunges melle, & ſparges pulueribus *ſorbarum*, & *morarum ſiccarum, myrtbilorum, maſtychis & margaritarum præparatarum*, ex quibus alia multa poteris componere non minus proficua: ac ea ſunt quæ ſcripſimus cap. 2. & 3.

Capvt V.

De ventris intumeſcentia.

Ventris intumeſcentiæ cauſſa.

FRequenter quidem infantibus accidit ventris intumeſcentia, ſeu inflatio plerumq; adeo moleſta & doloroſa, quód ploratu & vigiliis puerum moleſtet, & conturbet. Quam affectionem longe facilius viſu & tactu cognoſces, quam cauſam intumeſcentiæ, quæ ſumme abdita & obſcura exiſtit. Quæ vt facilius interſtinguere poſſis, expende, ventrem intumeſcere ex crudo lacte, quod nec per vomitum, nec per infernam aluum probe purgatur: tunc vero vel obſtructo meſereo, vel eiſdem excrementis in inteſtinorum inuolucris præter modũ retentis, mirũ non eſt, ſi in tumorem venter eleuetur. Quod profecto plerumq; contingit his, qui aſſueti lac vomere, aut crudum faciliter excernere, ſi ex aliqua cauſa diſſueſcat natura expellere, & retentum prædictum tumorem concitat. Dimitto hac in parte, ex *aquoſiſſimo lacte*, aut ſi puerulis ploratus compeſcendi gratia plus aquæ præſtetur, quam poſſit per vrinam abire: nam ab his cauſis in hydropem abire, mirum nó eſt. Sed hæc affectio non eſt huius loci. Adeſt ét tum cum eadem intumeſcentia ventris, tum citra ipſam, affectio quædam huic ſimillima, quam Hiſpano ſermone nuncupauimus *abito*, affectio quidem pueris frequentiſſima, ſed maxime cum lacte & ſolidiori cibo ſimul vtuntur. Eſt quidé cruditas ex copia alimenti, quæ vires ventriculi ſuperat, prodiens: quæ profecto niſi cito præueniatur, vel in febres diuturnas, aut in fluxum ventris importunum, faſtidium, vomitũ, vigilias & inquietudines degenerat, præter dictam ventris intumeſcentiam. Quam affectionem monſtrat lenis quædam febricula, aut pulſus celeritas, coarctata reſpiratio, color faciei ſubplumbeus aut ſubpallidus, & oculorum ac vultus intumeſcentia & dimiſſio; quæ pauciſſimo temporis ſpatio eluceſcunt, quamtuuis puer parum antea boni eſſet coloris & habitus: cuius curationem primo in hoc cap. monſtrabo, vtpote quæ frequentiſſime in pueris reperiatur. Intumeſcit inſuper & plerumq; ex vberrima flatus copia, quam puerulus neq; diſcutere, neque excernere valet. Quod noſces ex dolore cum rugitu in ventre, maxime manu calida ſupra ipſum apposita, quo facile flatus excernuntur. Præſtat huic malo cauſam cruditas lactis, eius frigiditas aut craſſities, vel ventris imbecillus calor: quibus quod crudum remanet, leui calore agitatum flatus eleuat: eo quidem magis, quo magis debilis calor coctionem aggrediatur, aut cruditas fuerit in maiori copia. Certum enim eſt, cruditates ex ſua natura & potentia non fundere flatus, niſi calor ipſas adoriatur. nam ante caloris debilem illam actionem, etiam ſi præſit materia, nullum flatum perſenties; poſtea vero calore incipiente agere, & nequeunte perficere, flatus copioſi eleuantur, longe copioſiores, quam vbi calor parum aut nihil agebat. Quippe his puerulis accidit, quod refert Hipp. de ructu acido, qui antea non erat, qui ſane principium coctionis oſtendit; cæterum ob caloris defectum non ducitur materia ad perfectionem, neque flatus qui eleuantur (qui antea nõ eleuabantur) diſcuti poſſunt, & ob id & venter in tumorem extuberat, & 2
dolores atque cruciatus puero cum perpetuo ploratu & vigilia concitant.

Abito qualis morbus.

Cruditas ventris tollitur euacuatione.

In quo caſu duo mihi ſeſe offerunt enodanda. Alterum eſt intumeſcentiæ prædictæ prouidere: & reliquũ ac primum, cruditati illi: quã *abita* nominamus, ſubuenire, vtpote quæ frequentiſſime puerisſuccreſcit. In quo caſu intendendum eſt multo magis in euocatione ſuperabundantiæ, quam in ventris roboratione, neq; alteratione, niſi forſan ex nimia plenitudine, vel impotens ſuperſit, vel intemperatus. Ego quidem *clyſmatis ſuppoſitoriis*, & lactis aut cuiuſuis alterius cibarii parſimonia, prima die rem minuere ſtudeo: quod ſi affectio protinus non quieuerit, non eſt cunctandum leui purgatiuncula ventrem deonerare, ex *melle Perſica*, aut ex *aqua expreſſa ex conſerua roſarum Perſicarum*, & his quæ duobus capitibus præcedentibus leuiter pueros purgare diximus. A quibus ventri apponere conſulo, quæ vim habeant attenuandi, incidendi, laxandiq; ea, quæ in ventre ſunt, quo facilius ſecedant, qualia abunde diximus duobus capitib. nuper citatis. In qua re conſulto lectores relego ad varia capita, tum ne eadem videar ſæpius repetere; tum ét quia ibidem plura reperiuntur; quæ vnicuique, vbi probe eligantur, poterunt prodeſſe: tum etiam, quia obiter reperiet diligens lector alia, quæ multis aut alicui ſingulariter proficua eſſe poſſunt. Ad ventris igitur inflationem redeuntes, erit commodiſſimum conſilium, & calorem reuocare (nam cruditatum prouidentiam iam docuimus docentes purgare pueros) & flatus omni arte diſcutere. hoc ad mitigationem doloris; illud vero ad perfectiorem coctionem moliendam, & ad inhibendam flatus generationem. Et ſic ſymptomatis doloroſi gratia, primo acceſſu fouendus eſt venter decocto *aniſi, abſynthii & roſarum, cum modico chamæmelo*. Item alio qui recipit *ligni aloes ſemi confracti ℥.1. gariophyllorum ℈.1. corticum caparrorum ℥.1.ſ. florum chamameli ℥.1. roſarum ſiccarum p.ſ. aquæ lib. 1.ſ.* bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, & cum ſpongia madefacta, & fortiter expreſſa, & linteo tenui inuoluta adhibeatur bis aut ſemel. Et ne pueri ſint abſque faſciarum beneficio, eius loco ſacculum poteris adhibere vmbilico, ex eiſdem pulueribus *& gallia maſcata*, aut *ſemine angelicæ*. Inunges quoq; ventrem guttula vna ex oleo *aniſi cum oleo amygdalarum dulcium*. Prodeſt ét oleum *liliorum alborũ, & amygdalarum dulcium lautæ aqua vitæ*, quo venter vngatur. Iuuat & *butyro porcino, cum croco, & pulueribus* abſyn-

Intumeſcentia ventris quibus prouideatur.

Fotus.

Sacculus.

Inunctio.

abſynthii, cumini & garyophyllorum ventrem linire, dum puer plurimum conqueritur; aut ſi tumor plurimum creuerit: vel *ſola pinguedine, & oleo ſeſamino, vel amygdalarum, caſminorum*, aut *de ſemine lini*, maxime cum puerulus iuerit dormitum, quo placide dormiat. Eſt etiam magni momenti, ventri adhibere *omentum porcelli* aut *capreoli* nuper extractum, & ea quæ diximus, per interualla reperere. Sed ad ventris corroborationem & caloris augmentum ea adhibebis, quæ huic vſui proficua eſſe diximus duobus capitibus præcedentis, ſed maxime ventriculum inunges *extractione chimica theriacæ* cum aliquo ea prædictis oleis, aut ex eis & modico balſamo, vnguentum molle efformabis. *Ventrem quæ roborant, & calorem augeant.*

CAPVT VI.

De ventris duritie, & meſerei obſtructione in pueris, ſed præſertim in puellis, vſque ad ſeptimum ſuæ ætatis annum.

1 EST non minus frequens in pueris, ſed maxime in puellis, ventris durities citra tentionem, aliquando citra ſenſibilem duritiem, licet obſtructio præſit, nonnunquam cum euidenti, quæ tactui repræſentat veluti paruulas durities, aut concretionem aliquam, ſeu indurationem alicuius paruæ ſubſtantiæ in meſerei vaſis, aut in eorum extremis, iuxta iecur, aut ſplenem, aut verſus vtranque partem, quæ vbi in aliqua prædictarum partium, aut pluribus, aut omnibus indurauerit, prædictam repræſentationem oſtendit. In qua quidem affectionis forte, quantumuis frequentiſſimum ſit, plures puerorum, vſq; ad ſeptimum annum, & non raro vltra (prout vitæ & victus moderatio tulerit) laborare ac pati ventris & meſerei duras, aliquando paruiſſimas, & nonnunquam maiores exuberantias, quæ nondum apoſtemoſam naturam attigerunt, longe profecto frequentius in fœmellis eiuſdem ætatis viſuntur, cum aliis accidentibus quæ & os ventriculi, & cor non raro laceſſunt & moleſtant, cũ anxietate, mœſtitia, prauo colore, ad album ſeu citrinum vergente, laſſitudine & pigritia ad omnem motum, & oculorum inſuper intumeſcentia, & capitis moleſto dolore, cum temporum pulſatione, maxime cum vtcunque ſit, dimouentur. Adeſt & nauſea crudorum vomitus, & non raro alui fluxio, nunc crudorum, nunc fœtidorum, & aliquando nigrorum excrementorum: quæ cum ſint melancholiæ & fæcis ſanguinis ſuboles, etiam bilem mentiuntur, quia quodammodo videntur ſplendorem præſeferre. Cæterum licet in pueris idem morbus reperiatur, non tamen in eis ita elucent, & vigent prædicta accidentia, ac in fœmellis. Ratio profecto eſt, quia puellæ frequenter cauſis communibus horum malorum alias adiungunt, ita efficaces & potentes, quod longiſſimis interuallis videantur differre. Nam id plerumq; fit in fœmellis eſu alicuius pernicioſæ & extraneæ ſubſtantiæ, quæ à toto genere ſit nobis præter naturam, quo prodeunt accidentia, quæ toto etiam genere viſuntur, extranea & peregrina conditione inſignita, & nullis videantur cedere auxiliis; tum quia alterum ſunt inepta: tum etiam, quia viis & anfractibus preſſiſſime accedunt. Huius naturæ eſt *gypſum terra carbones teſta* aut *vrceolorum Luſitaniæ fruſtula*, & his ſimilia. Nec minoris momenti eſt in fœmellis viarum meſerei anguſtia; quia longe anguſtior redditur nimia faſciarum compreſſione, qua potiſſimum vtuntur ad comparandam corporis gracilitatem & pulchritudinem; quarum occaſione quoduis excrementum, ſiue ex nuper dictis ſiue ex alimentis, faciliime inculcatur, & preſſiſſimas molitur obſtructiones, ac duras exuberantias, & inæquales eminentias figuratas à quibus deo[illegible], fœtidi & pernicioſi halitus eleuantur; quod neceſſum ſit, in eis elucceſcere magis prædicta accidentia, quam in pueris ſuæ ætatis eodem morbo affectis. Accedit inſuper, quod cum domi maiori ex parte præſint, & minus exercitus vtantur pluries aliquid malorum ciborum clam & occulte ingerant, quã pueri. Quo factum eſt, quod plerunque fœmellæ ventriculo ſint frigidiori, ac frigido reddantur frequentioribus, & intempeſtiuis potibus, ſe tecur, ſiue calidum ea natura, ſiue excalfactum ex vicina meſerei obſtructione, & ob id feruens & calidum, longe frigidius reddatur, ad ſe iecore calorem trahente, quo cruditates prauæ conditionis frequentius abundant in ventriculo & meſereo. Qua occaſione iecur obſtructionib. etiam ob venarum portæ vicinam moleſtatur; necnon & ſplen, ob vaſa, quibus melancholia à iecore defertur: nam in pueris licet hoc aliquando contingat, rarius quidem quam in fœmellis, quibus ex meſereo omnia viſcera obſtruuntur, quia eis omnes prædictæ cauſæ cohærent, & ſimul concurrunt: in pueris minime, aut quam rariſſime. *Ventris duritiem & meſerei obſtructionem quæ ſymptomata comitantur.* *Ventris duritiem cur non eadem comitentur accidentia in pueris, quæ in puellis.*

2 Sic profecto iecoris vitio præualente, ſiticuloſæ ſunt, palleſcunt, ſuccis bilioſis, & ſero acri & mordaci plenæ, quo & pruritum & capitis dolorem, & vrinæ vitia, & alia pleraque accidentia perpetiuntur. At ventriculi affectione reliquas ſuperante (ſiue in iecore, ſiue in ſplene ſint) pituitoſorum vomitus, nauſeas, faſtidia, aut caninam famem, vel picaceum appetitum (prout pituita putris ſit, aut cruda, vel ſumme acida, aut alio vitioſo admiſta) & ventris fluxus crudorum excrementorum, aut cœliacam affectionem, vel variegatas egeſtiones ex viridi, liuido, ac ſubnigro & albo inſignitas; quæ non ſolum cruditatem arteſtantur, ſed varietatem crudæ materiæ. Cæterum ſplene nimium obſtructo, aut languido, fœmellæ triſtes redduntur, lactymoſæ ſine ratione, timore plenæ, anxiæ: & quod grauiſſimum poſſet haberi, deiectiones nigras per interualla excernunt, æmulantes fæcem ſanguinis, vt reuera ſint, eo quod ſplen, vel præ imbecillitate nequeat hucexcrementum ſibi attrahere; vel prægrandi obſtructione non poſſit recipere: quo fit, vt redundet & præſit in viis commu-

hibus

nibus, & per eaſdem cum ciborum recrementis excernantur per dicta interualla, nunc maiora, nunc minora, prout magis, vel minus, vel abundat, vel nō recipitur in ſplene: nam quantumuis obſtructum, aut imbecille exiſtat, non poteſt, viuo animali, aliquid non trahere, aut non recipere, alioqui prorſus exiccaretur, induteſceret, aut protinus in maius malum, aut in mortem puerulos deduceret.

Puellæ duritie ventris & obſtructione mesaraicis affectæ quare contabeſcant, aut malum corporis habitum incurrant.

3 His ſic conſideratis, non abſconditur ratio, quare ea ſic affectis, quoſdam compertamus diminute ali, ac veluti contabeſcere, & alios nō paucos praua nutritione affici, ita vt illi in atrophiam videantur tranſmigrare: hi vero in malum corporis habitum: nam illi non ſuſcipiant ob preſſiſſimas obſtructiones alimentum, hi quidem crudum, aut deterioris conditionis ſuſcipiunt, quos tamen vtrosque diligentiſſime & prudenter tractare. Atque hæc de prognoſi ſufficiant, non tamen neglecti aliis accidentibus, quæ inopinato ſolent ſuccreſcere: tenerrima admodum eſt puerorum ſubſtantia, adeo vt teneamur medicamentis caute procedere, & impetum malorum in eis vereri. namque non minus medicamenta, niſi prudenter & exquiſita menſura adhibeas, lædere pollunt; quam ſi oſcitanter hæc mala tractes, ipſos irreparabiliter perdere, vt conſtet, nihil temere eſſe aggrediendum, neque negligenter in eis tractandum.

Duritiem ventris & meſeraei obſtructionem curandi ratio.

4 Ad curationem igitur accedentes, ſtatuendum eſt primo, quod poſita hic fœmellarum curatione, certiſſimum erit, poſſe vtriſq; conuenire, ne cogamur, ſiquidem opus non eſt, aut plures repetere, aut longiſſimam contexere tractationem. Sed ante omnia, crede mihi, candide lector, in puerorum curationibus nihil diligentiſm, neq; ſtudium poſſe prodeſſe, niſi vitæ & victus legalem inſtitutionem, quantum puerorum intemperantia permiſerit, diligenter obſeruaueris, ita vt nihil ſoperabundare poſſit, quod obſtructiones adaugeat, aut vitioſum generetur, quo in atrophiam, aut vitioſam nutritionem commigret. Ratio profecto in promptu eſt nam ſi tantis exiſtentibus pueris, aut puellis, ita facile in obſtructiones prolabuntur ipſorum corpora, proculdubio dum iam obſtructionibus laborant à longe leuioribus cauſis malum ita creſcit, & obſtructiones adeo preſſiores fiunt, quod neq; à vehementiſſimis auxiliis curari, niſi diuturno tempore poſſint: quinimo quo magis curaueris, aut meatus aperueris, longe magis lædes: quia recrementa quæ ea vitæ erratis vagantur, facilius recipiuntur in partibus ſemiapertis, quam in prorſus obſtructis. Quo quidem malo liberabis, & ea præexiſtenti obſtructione fœmellam curabis, debito victu inſtituto, moderato potu & conuenienti exercitio: aliquando, & in pleriſque, ſola hac vitæ ratione, & ſæpe leuiſſimis przſtitis auxiliis. Quibus profecto oſcitanter, aut praue obſeruatis, vel nihil proderunt magna auxilia, vel reincidet ſæpiſſime in eaſdem obſtructiones, etiam ſi recte, & vt par eſt, cures, & ob id cuiuſque earum rerum, quas neceſſarias loco diximus, ſeorſum meminiſſe oportet, & explicare, qua lege & ratione pueris proficuæ eſſe poterunt.

Victus & vitæ legalis inſtitutio quantum in obſtructionibus curandis proſit.

6 Inter omnes enim res non naturales, quibus vita & viuendi modus rationem & modum ſalubritatis pueris acquirunt, ſolum hac in parte placet victus, potionis, & exercitii meminiſſe: nam reliquarum, quæ neq; facile ſunt in Medici poteſtate circa puerorum cuſtodiam, neque ita libere inſtitui, neq; pueri poſſant, neq; ſciunt obtemperare, opus non eſt longius meminiſſe, & quia diſciplinæ capaces non ſunt, libenter prætermitto Medicis præſentibus, qui vt occaſio, neceſſitas, & ætas poſtulauerit, moderentur in ſomno & vigilia ac reliquis.

Victus inſtitutio.

6 Victus enim ratio, ſi lactaores fuerint puerulī, iam inſtituta eſt, præter id quod adeo nuper nari raro his obſtructionibus premuntur, quod auxiliares manus expoſtulent, præter lactis in tenuius mutationem, ac ventris iniunctiones, niſi dum pueri ea ſint iam ætate, quod ſimul cibo & lacte vtantur. Quo tempore alterum eorum auferre oportet, maxime cibaria, dummodo lactis bonitas ſemper exquiratur, aut arte talis paretur his, quæ tenuius reddant, vel nutrice mutata, vel ſaltem purgata leuiter, & maiori exercitio dedita: inſtituto etiam aliquo potu huic vſui proficuo, vt *aqua adianti, ſaſſafraſa, cinnamomi, lupulorum, fœniculi*, aut alio ſimili decocta & medicata.

Verum ſi pueri fuerint ablactati, nunc profecto eum victum inſtitues, qui pro ratione ætatis, & exercitii, quod puerulus poterit exſequi, proficuus fuerit. Omnib. tamen ea vſu erit *iure pulli*, aut *pulte*, ſi poſſibile fuerit, ſine micis, ſin aliter cum pauciſſimis, cuius loco tenuem *panatellam* bis terve in hebdomada porriges. Carne etiam vteris modiciſſima, *pullorum, perdicum, aut gallinæ*. Fugies tamen in his plures carnes in vna menſa porrigere, quia perniciosiſſimum eſt, donec exercitium cum cibis poſſit conferri. Proſunt in cœna vel iuris aliquid, vel *oua ſorbilia*, aut *hepar pulli*, vel *pomum aſſum*: in quibus omnibus grauius errant, qui quantitatem copioſiorem, quam puer poſſit conficere, porrigunt. Nam cum pueri ſint voraces, ſemper in copioſiori peccant, præſertim cum aſtantes nil magis curent, quam eos vbiq; ſaginare, credentes eo quod creſcant, plurimo vtendum fore alimento, cum facillimum ſit in hac menſura peccare: quia certiſſimum eſt, obſtructa corpora; quo magis nutriueris, magis lædi, & minus creſcere; quia cum alimentum non libere poſſit permeare, neque diſtribui, citra dubitationem aut non alentur, aut in malum corporis habitum, cruditatibus redundantibus, commigrabit miſerum & tenerrimum corpus. Et ob id alui excrementa ſemper inſpicienda ſunt, & eo minus porrigere oportet alimenti, quo crudiora euaſerint; & eo copioſius, quo magis cocta, & in moderata quantitate excreta. Namque copioſa excrementa in pueris, aut nimis dura corrigere ſemper oportet: nam hoc eſt ſignum paucioris alimenti, quod calor facile reſiccat: & illud copioſioris, quod nequit calor conficere aut diſtribuere, & ob id in excrementa copioſius fundit. Verum quia leges quantitatis victus non poſſunt certo præſcribi, ſiquidem vt Hipp. ſtatuit, incerta eſt coniectura eorum, quæ ad quantitatem caute procedunt: ob id iuſtior menſura æſtimanda relinquitur Medico præſenti.

Obſtructa corpora quo magis nutriuntur, eo magis læduntur.

Victus quantitas medico æſtimanda.

Circa potus quidem inſtitutionē non minor cura habenda eſt, ſed aliquando maior, ſi qui ſex 8

indextero

in dextero bibendi modo, crudius redditur alimentum, frigidior ventriculus, dilutior ſanguis, quibus pueri & plerumque fœmellæ in malum commigrant habitum, dum cruditatibus abundant, vel in atrophiam, dum ineptus alitioni ſupereſt ſanguis, vt dictum eſt. Quapropter nec iuſtam menſuram potius tranſgredi ſine diſcrimine poſſumus, nec citra medicatam conditionem aqua ingerenda eſt, neque intempeſtiue (videlicet inter prandium & cœnam, aut ventre ieiuno, & longe minus dum puer it dormitum) ſumatur. In qua re modum etiam ſeruabis: nam ſatis eſt, bis in prandio bibere: nam pueri ſua natura bibuli ſunt, & niſi præcaueas, plus ingerunt, quam natura ventriculi expoſtulet: & ob id magis læduntur, quam ſitis illa non prodit defectu humidi. Et inſuper opus eſt, maiorem potus quantitatem porrigere in medio prandii, & in vltima menſa minorem, in cœna vero ſat erit ſemel bibere, ſiquidem cœna ſemper prandio futura eſt parcior. At in bilioſis pueris aqua ſemper decocta ſit *coriandro præparato ſacchare, roſis, radice ſiborcionera, acrimonia*, & ſimilibus. In pituitoſis quidem & qui ventriculum habent crudum & frigidum, aqua decoquatur *cinnamomo, aniſo, ſcarcolo, ſaſaſraſa*. Verum in plurimum obſtructis, *adianto*, & *lupulo*; ſicut dum ſplenem obſtructio attigerit, *ſplenio, myrica foliis, vel lentiſco*, aut ex aliquibus ex his. Cæterum in pueris, & maxime in puellis ſic affectis, dum excarnes non ſint, & non bilioſæ, ſi iecur non habeat calidum, & ſiti moleſta non crucientur, ſed molles ſint earum, ventrem ſortiantur frigidum, nauſeabundum, aut vomitoſum, refertum inſuper cruditatibus, & obſtructiones conſtent ex condenſata pituita, ſaluberrimum cenſeo fore, *modicum vini* porrigere, nimirum quantum par fuerit, calorem ad viſcera reuocare, craſſa excrementa attenuare, coctionem crudorum iuuare, quo obſtructiones & accidentia longe melius curantur, quam quouis alio auxilio: quod fidiſſimis experimentis & exemplis probatum habeo: ſicut nocuum eſſe his quibus, vt dictum eſt, non conuenit. Verum ſi porrexeris, ſat eſt ſemel in die, non quidem merum, ſed aqua leuiter cocta admiſtum: at ſi conſtiterit eo ventriculum plurimum indigere, & iecur aliquo modo tenuere, poteris præſtare bis coctum madidum *aqua cruda* ad medietatem lymphatum in prima menſa, quo ventriculus beneficium ſuſceptet, & iecur non perſentiat vim & calorem vini.

Bibendi modi in dextero incommoda.

Potus inſtitutio in obſtructis.

9 Non ſunt profecto minoris momenti conſiderationes in exequendo exercitio neceſſariæ, quam quæ ad victum & potum attinent: nam ſicut victus corpus reparat, ita quidem exercitium optimam diſpoſitionem corpori conciliat. In cuius miniſterio, præter miſſis multis, quæ de exercitio copioſe adduximus *Tom.* 1. ſolum vſui noſtro tria conſiderare in pueris ſtudebo. *Primum* ſit, tripliciter exercitium prodeſſe ſic affectis: & ob id triplicem oportere inſtituere exercitii modum. Nam obſtructi pueri plerumque defectu coctionis ventriculi laborant: item defectu diſtributionis, & inſuper ineptitudine corporis obſtructi, ad veram curationem, quæ obſtructionibus debetur: ſiquidem ex tribus conſtat, corpus vel in malum habitum commigrare coctionis defectu, & crudorum abundantia: vel in atrophiam aut maciem delabi, defectu diſtributionis alimenti, & vltimo ab obſtructionibus raro liberari, niſi corpus diſpoſuetis ad delendas obſtructiones.

Exercitium quale conueniat obſtructis.

Exercitii inſtituendi modus triplex.

10 Quibus præmiſſis, triplex conſiderabis exercitii idoneum tempus: *alterum* pro ventris beneficio, quo felicius concoquat *ſecundum*, diſtributionis alimentorum gratia: & *reliquum* ad deobſtruendas vias, aut ſaltem ad corporis præparationem huic miniſterio aptam. *Primum* quidem exercitii tempus erit idoneum, parum ante prandium: nam ſic corpus & venter in calorem aguntur, quo facilius alimento ſumpto colligitur & euocatur calor commotus ad ipſum ventrem, & perfectiori modo celebrantur coctiones. Quo factum eſt, vt ſapientiores Medici conſuluerint in his, qui ſeſe exercere non poſſunt, hauſtum *aquæ feruentis* in prima menſa porrigere, quo calor ventriculi excitetur, vegetiorque fiat, & citius coctionem incipiat. *Secundum* tempus exercitii erit, ſummo mane, quo felicius alimenta heſternæ diei ad membra alenda diſtribuantur: ſic enim excrementis alui depoſitis, aut iam delapſis à ventriculo, id alimenti quod in vltimis vaſorum viget, citius in carnem eſe ſinuat: & loco eius ex maioribus vaſis ad minora reliquus peruenire poterit: quia partes calore concitantur, dilatantur & ex humoribus & quauis ſubſtantia aliquid euaporat, quibus diſtributiones alimentorum facilius fiunt. Verum ſi nequiuerit laborans exercitio ſeſe committere, corpus eo tempore leuiter fricabis, id enim adeo diſtributioni incumbit, quod corpus impinguet. *Tertius* vero exercitii modus, & idoneum tempus eſt etiam, mane, ſtomacho ieiuno, quia tunc laborans deobſtruens medicamentum ſumere tenetur. In quo miniſterio hanc legem obſeruabis, quod primo ante ſumptionem aperientis pharmaci corpus ſeſe exerceat, quo viæ patentiores factæ, medicamento aperienti promptius cedant, quod in hac re ſummopere paulo inferius latius explicabo. Verum ſi id fieri non poſſit, aquæ calidæ hauſtu id curabis ſupplere.

Exercitii inſtituendi tempus triplex. 1. 2. 3.

11 His præmiſſis, ad peculiarem obſtructionem in pueris curationem accedendo, multa ſeſe nobis offerunt explicanda. Primum quidem eſt, quærere, quibus modis corpora, quorum ſtudemus aperire obſtructiones, liceat præparare, vt libere & vtiliter aperientia pharmaca adhibeamus. In qua re quia frequenter conſpicimus, Medicos more vulgi procedere, diſceptandum eſt, *an in omnibus ſic affecta neceſſum ſit præmittere expurgantia medicamenta* quod multi Medicorum religioſe admodum, nulla diſtinctione facta obſeruant: enim conſtet ex ratione medendi & fidiſſimo experimento, corpora obſtructa, raro medicamenta purgantia, ante aliquam obſtructionum apertionem, ſine diſcrimine admittere. Quippe eiſdem longe magis ad obſtructam partem commotos humores trahunt quo magis laborantes læduntur; quia partes ſic affectæ nequeunt eos recipere, neque permittunt permeare. quod grauiſſimum ſolet eſſe: præterquam, quod aut frequentiſſime purgantia pharmaca euomunt, vel nihil purgant, aut moleſte ſeruunt, & nunquam ſi in ſecretum affectum commi-

De purgatione.

Obſtructi vtrum purgandi ab initio, aut purgationi præparantia præmittenda.

grant;

grant. Et vt breuiter ab hac hæſitatione me expediam, ſtatuendum eſt, in fœminis, aut viris grandioris ætatis, vtile & neceſſarium fore purgare; quia plerunque ex prauo vitæ inſtituto, recrementa præſunt, quæ niſi ante aperientium exhibitionem purgaueris, longe magis lædes. Voraces enim ſunt omnes, qui obſtructiones patiuntur, maxime grandiores fœminæ. Inſuper ea corpora purgabis, in quibus propter obſtructiones, ſucci non diſtribuuntur, redundant, & in viis ductuum vagantur, cuiuſque naturæ hi ſucci ſint. In quibus omnibus, prudenter tamen, curandum eſt purgare, his quæ poſtulauerit regio, in qua ſuperuacui illi humores præfuerint, & quæ expoſtulauerit humorum idea, dummodo medicamentum non ſit ex his, quæ à longe humores alliciunt, quia erroneum eſt, neque copioſa quantitate exhibitum, quia hoc potius per vomitum erumpit: illud vero magis ad obſtructas partes attrahet; quæ cum obſtructæ ſint, ſuccos illos capere non poſſunt, & verendum eſt, ne corpus magis turbetur, ac deterius ſe habeat. Cæterum in puellis & pueris, & in reliquis omnibus, qui ſe abſtinent à prauis & copioſis edulijs, non ſemper neceſſum erit corpus purgare, quinimo vel præmiſſis cruditatum vomitibus, vel iniectis clyſmatis, aut exhibitis ſerapiis modice abſtergentibus, aut coquentibus, libere poſſumus deobſtruentia medicamenta porrigere, eo maxime, cum præterit aliquibus ante diebus parca & legalis victus & potus inſtitutio, præſertim cum deobſtruens chalybem receperit, nam id auxilium ſolum in partibus vbi recipitur, ſuas vires exercet & operatur, non in diſtantibus, vt reliqua deobſtruentia, quæ ad vtrinque inſtrumenta, & ad vterum vſq; permeant, nã illud ſolum ad ventrẽ deſcendere conatur, & vias illas abſtergit, licet vi ſulphurea reliquis ſine damno ſuas vires communicet. Verum ſi in prima regione plurima abundauerint excrementa, aut aliter vſu venerit, vel placuerit vulgo ſatisfacere, leniter facito, aut per vices, interim dum vteris deobſtruente, quarto aut quinto quoque die. Ego quidem obſeruatiſſimum habeo, ſatis eſſe, pueris vſq; ad octauum annum præbere *mellis Perſici aut ſyrupi principis* (qui ſit ex *ſucco Perſicarum roſarum & ſaccharo*) *vnam aut duas ad ſummum vncias. vel ſyrupi Perſici tantundem*: alijs præſtare potaris infuſionem *drach ß. rhabarbari in vnc. ij aquæ cichorii aut lupulorum aut inſtillationis ſyrupi ſolutiui roſarum Perſicarum, vel vnc. i. decocti pugini*, ſi ſplen male ſe habuerit: & vltimo aliquid horum addere poteris aliquo ex prædictis ſerapiis purgatiuis. Quod ſi in forma ſolidiori placuerit magis aliquid purgatiuum præbere, bis porriges tabellam *drachmæ vnius diacarthami*, *aut duarum drachmarum dialacca*, cum modico ſucco *pulpæ carthami. vel diarrhodonis duplicato rhabarbaro*. Prodeſt & *conſerua roſarum Perſicarum cum eodem ſucco admiſta*; ſed maior eſt *conſerua violarum aut florum borraginis cum ſucco roſarum Perſicarum*. Ex vſu quoque erit ſuccus *roſarum Perſicarum menſura vnc. ß. cum pari portione decocti pugini & infuſione ſcrup. i. rhabarbari*, dummodo citra expreſſionem colatur, maxime ſi ſolum *in vncia vna aquæ cuſcutæ* extrahatur. In his etenim pueris non eſt minoris vtilitatis, niſi aluum ſolutam habuerint, aut plurimum vomuerint, aperientia pharmaca à principio præbere, & ſemel in ſeptimana aliquid horum purgantium porrigere: mirabile enim efficitur conſilium. Namque omnea indiſcriminatim purgare ante deobſtruentium pharmacorum vſum, aut nullum purgare, erroneum eſt: aliquos tamen, & id efficere adæquatis medicamentis naturæ, modo & tempore, ea arte & vtiliſſimum eſt, ſicut reliquos citra illam præparationem, non minus vtile, quinimo neceſſarium.

De ſanguinis detractione. Obſtructis an ſanguinem mittere liceat ante aperientium vſum & quibus.

12 Eadem profecto dubitationis ratio militat circa ſanguinis detractionem, In his quorum obſtructiones curare intendimus: nimirum *an liceat in omnibus ante vſum aperientium ſanguinem mittere, an in nullo vel in aliquibus, & qui ſint qui id auxilium expoſtulent*. In qua re ſtatuendum eſt, in his qui maturiori ſunt ætate, & aliqua ſanguinis euacuatio conſulta, diminute cæcat, aut ſuppreſſa fuerit, aut febre tentantur moleſta, vel conſuetis exercitiis non vtantur, ſignum aliquo modo eluceat ſanguinis redundantis, aut caloris viſcerum, moderatam ſanguinis detractionem inſtituere oportebit. Non quidem quæ vires infirmet, ſed quantum par ſit, vt locum præſtent vaſa medicamentis aperientibus, cauentes ſemper, ne corpus malo habitu aut cacochimico ſit affectum, aut inſinuatum. Namq; aliter corpora ſic affecta exercitio committere, graue eſt & ſuſpectum. At in puellis & pueris, vt qui frequentius vitioſis ſuccis & longe frequentius crudioribus abundant, raro aut nunquam ſanguis mittendus eſt. tum quia ſic affecti non habent robuſtas vires; tum etiam quæ humorum ſors ceſſura non eſt niſi purgationi, quinimo ſanguinis detractione longe deteriores & crudiores redduntur, præter id quod vires amplius infirmentur, eoq; maxime quo pueri fuerint albidiores, molles carnium, oculis tomentibus, aut principium ſortiatur, mali habitus, aut excarnes, & qui diminute nutriantur. Cum hoc profecto pueri qui boni ſunt habitus, cum pulſuum conſtantia, non animi deiecti, non vomitorum aut nauſeabundi, neque aluum habent ſolutam, non tenuerem, maxime ſi febris adfuerit, crura aut brachia ſcarificare tenuerẽ tamen ex vena ſanguinem fundere, niſi vltra quintum annum fuerit puerulus, idque tunc parce, aut ſuppleren indigentiam huius auxilii parciori victus inſtitutione.

Obſtructorũ corpora qua via preparare liceat quo ſecurius aperientia porrigantur pharmaca.

13 Quod ſi neque opus fuerit, aut non libuerit ſanguinem mittere, aut purgare, dubitatione etiam dignum eſt, *qua via liceat corpus preparare, quo ſecurius poſſimus aperientia pharmaca porrigere*. In qua hæſitatione ſentio, ſatis eſſe his qui ventre ſunt frigido, & crudis abundant, *mellis roſacei* ſeptem aut octo diebus, ante vſum prædictorum pharmacorum, modicum præbere; maxime ſi addideris aliquid decocti *cinnamomi, ſaſſafras, aut fœniculi* cum hauſto *calidiſſimæ aqua*, aut *eiuſdem decocti*. Præſtat *mel roſaceum* conficere, cum decocto *ſparteparilla*, aut *cinnamomi*: item & *minima corticum citra cum ſyrupo capillorum Veneris*. Sunt etiam in his maximi vſus *iuſ pulli cum radicibus fœniculi, adianti, & corticis radicis acetoſæ*. In quibus omnibus commendare ſoleo eiſdem diebus ſummo mane exercitium. Ex maioris vſus exiſtunt fomenta, quæ tertio quoq; die ventri & obſtructis viſceribus adhibeantur, ex decocto *caparrorum, abſinthii, chamæmali, myricæ & epithymi, & roſarum*. Verum ſi iecur male habuerit, ſatis erit ad præparationem

corporis

corporis vſus ſyrupi cichorii, de duabus radicibus cum *aceto*, addita *aqua graminis & ſonchi*, aut [illegible] nec diſplicebit, ſi addideris *aquæ rhabarbari vnciam*, quo aliquid abſtergatur, & non mouetur [illegible] natiſonem electiuam. Præſtat & idem ius decoctum *cichorio, ſcariola & acetoſa*. Cæterum [illegible] ſtudueris deobſtruere, conuenies porrigere ſerapium *lupulorum, eupatorii, & de biſantiis, cum* [illegible] *aqua myrica*: at in ſic affectis non improbo aliquid purgantium admiſcere, quale eſt decoctum *pog* [illegible] *menſura vnc. ſ. vel infuſionis duarum drachmarum pulpa ſeminum tartami* in ligatura. quibus maxime [illegible] regioni ſplenis adhibita conferunt, vt nuper retulimus.

14 Corpore igitur ſic præparato, vel vt poſtulauerit eius ſtatus & indigentia, in controuerſiam & longe maiorem vertere licet, *an ſemper & vbique expediat obſtructa corpora medicamentis quæ chalybem recipiant, aperire, an ſufficiat in aliquibus vti his quæ antiquitas huic miniſterio commendauit.* In qua re ego [illegible] ſentio, in his qui vehementi exercitio vti neque valent, neq; ob aliquod impedimentum poſſunt, ſatis eſſe, & multis experimentis confirmari, medicamenta quæ chalybem non recipiunt, nam in his opus eſt laborioſo exercitio, in illis vero minime: nam vis aperientium & forma medicamenti poteſtatem habent adimplendi exercitii defectum, aut quam leuiſſimum ſufficere. Quo conſtat, pueris & puellis prædictarum ætatum hæc propria & vtiliora eſſe, ac minus moleſta & ſecuriora, niſi iam conſtiterit, adeo eſſe antiquatas & rebelles obſtructiones, quod illa nil videantur prodeſſe, quo tempore tet neceſſitas & vrgentia cogit ad chalybeata pharmaca deuenire. *Chalybea* [illegible] *ſint, nisi pro-* [illegible] *ficuum ſit.*

15 Cuius doctrinæ gratia duo mihi ſeſe offerunt explicanda. Primum, *qualis naturæ ſint medicamenta quæ ſine chalybe id opus poſſint perficere.* Secundum, *chalybeata medicamenta quibus modis & præparationibus liceat diſponere vt & grandioribus & puellis ac pueris poſſint prodeſſe.*

16 Circa primum, perſuaſum mihi habeo, vt liſſimum fore, tempus non conterere in recenſendis medicamentis, quibus antiquitas in hoc miniſterio vtebatur, ſed ſatius eſſe, quæ diuturno experimento noſtris temporibus probatiſſima habentur, tam pueris, quam adultis recenſere. In quo opere expendat diligens Medicus, eſſe inter ea prima, quæ ſua tenuitate ſupplent exercitii defectum, qualia ſunt quæ liquidiori & tenuiſſima conſtant ſubſtantia. ne tamen minoribus natu aut maioribus præſidia deſint, hic recenſebo præter ea quæ hucuſq; dicta ſunt) aliqua, ſi prius lectorem monuero, quod medicamenta diuretica, & quæ menſes mouent, licet in hoc opere etiam prodeſſe poſſint, & neceſſaria aliqua admiſceantur; vnum tamen habent ſuſpectione plenum, nimirum, quod cum lente & ſenſim ac diutino tempore id efficiant, vereri oportet, ne prius ad vrinas, aut vterum tenuatos humores, aut ſuperuagantes alliciant, quam obſtructiones induratorum humorum aperire poſſint: quod in chalybeatis pharmacis vereri non licet: quia ocyſſime obſtructa aperiunt, ſi probe ſuccos præparaueris, & ad ventrem inferiorem deuehunt. Quæ quidem cauſa fuit, quod ſapientiores Medici plerunque aliquid ad ventrem ducens aperientibus admiſcuerint, quod non ſolum in obſtructionibus ventris & meſeraicæ vſu eſt, ſed etiam neceſſarium in aperiendis ſplenis ac iecoris obſtructionibus, nam ſecurior regio eſt, quam quæ ad veſicam terminat, niſi in gibba hepatis obſtructio ſit. *Medicamenta* [illegible] *ſine chalybe qualis naturæ ſint.*

17 Sed ne deſit materiæ copia, inter ea quæ probata reperio primum locum tenent fluida & tenuium partium, & mox quæ opiatæ forma conficiuntur, & vltimo quæ ſolida ſunt, quorum ſeorſum clarioris & vtilioris doctrinæ gratia meminero. Circa primum aperientium modum, vſitatiſſimum reperio puellis ſic affectis ſummo mane poſt leue exercitium præbere duas, tres, aut quatuor vncias, prout ætas poſtulauerit, iuris pulli hac lege confecti. Excipe pullum ab omni recremento intus & extra mundatum, cuius ventrem reple *foliis capillorum veneris, cichorii, lupulorum, agrimoniæ & borraginis*. item adde *radicum fœniculi & petroſelini & graminis, ana* quantum capere poſſit, & in ſufficienti aqua decoque ad veram cocturam, & vtere cum conuenienti exercitio, [illegible] ſolet hoc præſidium adeo multis fœmellis prodeſſe, quod alio opus non ſit: nam [illegible] ſimul, & alit atque attemperat. *Deobſtruentium medicamina* [illegible] *liquidorum catalogus.*

Inter potabilia medicamenta, vt ſunt magis proficua, quæ [illegible] inſtillationem parantur multis modis. *Primo* quidem accipe *duos pullos columbarum, perdicum aut gallinæ* & eorum ventres reple foliis prædictis, & adde *linguæ ceruinæ, radicis acetoſæ rubeæ & rumicis, & ſtalinla pomorum dulcium*. & coquere tinito vaſe probe cooperto ad perfectam [illegible] & mox [illegible] in [illegible] vitreum, & addere ac diſſolue in prædicto iure, *confectionis Alchermes, & de hyacintho ana vnc. ſ.* & in duplici vaſe inſtillentur. Ex quo liquore poteris porrigere vnc. ij. [illegible] *ſemiſſe ſyrupi adianti, aut lupulorum*, vel *de biſantiis*, aut tantundem prædictæ decoctionis admiſcere, [illegible] auxilio debilitente. Parantur & alio modo aquam, quæ interim dum eo [illegible] ſerapia de *radicibus cum aceto*, aut ſine ipſo, de *biſantiis, de adianto, cichorii, & lupulorum*, colligi [illegible] in capitello; eſt profecto nihil [illegible] efficaciæ. [illegible] autem eius potens ſic efficere. Excipe *prædictorum ſerapiorum ana vnc. iiij.* & adde *radicum graminis, fœniculi, aſparagi, acetoſæ, aut rumicis ana vnc. iij.* piſtentur omnia cum drachmis duabus pulueris *diam tragacanthi*, & inſtillentur: eſt profecto [illegible] deobſtruens. Nec minori [illegible] prædictarum radicum *ana vnc. iiij.* & addere *radicum graminis manip. ij. rhabarbari monachorum* [illegible] *adianti, lupulorum, linguæ ceruinæ, cichorii & borraginis ana man. iiij. pomorum* [illegible] *cum corticibus & ſeminibus* [illegible] minutim incidantur, & addere [illegible] *rubrorum p. ij.* [illegible] quantum ſimul [illegible] ad medietatem, & [illegible] *drach. ij. electuarii de hyacinto & Alchermis* [illegible] duplici vaſe inſtillentur. Quibus omnibus inſtillationibus ſi modicum *rhabarbari* addideris & [illegible] inſtillaueris mirabiles [illegible] Viui etiam habeo probatum ex his omnibus (exceptis [illegible] carnes pullorum [illegible] conficere, addens [illegible] libra, tantundem ſuccorum *cichorii, lupulorum, borraginis, & pomorum dulcium, cum ſacchararo aut melle.* Vel poteris, prædictis inſtillationibus addere ſerapii [illegible] cuius ex diureticis vnc. duabus ipſius inſtillationis efficaciſſima efficies deobſtruentia præſidia. Sed fœmellis quæ vel robuſtiores ſunt,

vel ætate maturiores, proſunt decocta quæ hoc modo parabis. Excipe *radicis acetoſæ & rumicis ana unc. iiij.* minutim incidantur & cunquaſſentur, & tunc decoque *in lib. 6. aquæ lupulorum, adianti & graminis ad conſumptionem tertiæ partis*, & facta colatura cum leuiſſima expreſſione, præbe huius decocti laboranti *unc. ij. aut iij.* vel ſi malueris, cum *ſacchara aut melle* confice ſerapium, addito ſucco *borraginis & lupulorum*. Beneficium conſimile huic facies ea decocto *rhabarbari monachorum* eodem modo facto, quo emplastiens quidam plures fœmellas ſanitati reſtituit. Sed multi Medicorum pro his puellis vtuntur decocto *graminis, lupulorum, adianti & ciceris rub. cum ſaccharo aut melle*. Alii quidem ſola aqua rhabarb. pluries obſtructiones aperiunt, ſed conſulo eam præſtare longe à cibo: quippe non laudo mixtam cibis, nam ocyſſime eos à ventre ante actuationem aut coctionem pellunt: Hanc enim aquam rhabarbari ſic facies. Excipe *aquarum lupulorum, graminis, adianti, aut cinnamomi, lib. ij.* & infunde *rhabarbari triturati ℥. iij.* & finito ibi, donec aquam conſumſeris, præſtitis eius laboranti ℥. ij. ſingulis diebus: cui aliquando ex prædictis ſyrupis addes ℥. ß aut paulo plus.

Aqua rhabarbari.

Deobſtruentium pharmacorum ſolidiorum catalogus.

18 Hæc n. ſunt liquida, & potabilia medicamenta, ex quibus ſolidiora & quæ ſine maſticatione denotari poſſunt ad formam opiatæ reducta. quæ multis modis, pro vſus indigentia, & puellarum ætate & poſſibilitate, conficere poteris. Cui vſui ſic facies. Excipe *cuiuſuis prædictorum ſyruporum, aut duorum vel trium unc. viij.* & adde pulueris *rumicis, radicis acetoſæ triaſantalorum & diamargariti ana drach. i.* miſce, & fiat ad modum opiatæ: puetulis n. ſatis erit, *quatuor vncias ſerapiorum drach. i. pulueris electuarii de gemmis, aut diamargaritonis*, dummodo bis dilutius reddatur admixta *aqua adianti aut ſcorcionera*: qua lege adſeruata, mille modis poteris opiata conficere.

19 Parantur etiam eiuſdem efficaciæ medicamenta, quæ maſticando ſumuntur, vel in forma tabellarum, vel in bolis, aut pilulis. Cui vſui multi noſtri temporis Medici præbent *lapidem bezoar* multis modis præparatum, his maxime quæ deiecto ſunt animo, & debiles corde, ac melancholicis accidentibus premuntur. Ex quo lapide in minutiſſimum puluerem redacto tabellas conficiunt cum puluere *diamargaritoni aut radicis acetoſæ & ſacchari* præbentes *drach. i.* quæ recipiat g. viij. aut paulo minus. Item ipſum puluerem admiſcent conſerua *adianti florum borraginis, roſarum vel bugloſſa*, ac præbent deſuper *unc. i. aquæ graminis, adianti, aut lupulorum vel ſcorcionera*. Præſtat etiam *radix ſcorcioneræ* ad modum conſecturæ *roſarum cum ſaccharo* conſecta. Cui vſui pretioſiſſima eſt *mica ſcorcionera*, quæ ſola ſufficere ſolet, nedum cum admiſcetur aliquo ex prædictis pulueribus.

In deobſtruentium vſu quæ leges obſeruandæ.

20 His præmiſſis, quæ in puellis & pueris ſufficere videntur, & in adultioribus vicem præparationis præſtant, ſcito in eorum vſu has leges obſeruandas eſſe: nimirum, quod ea quæ potabilia ſunt, non requirunt ante ſumptionem exercitium aliquod, ſed in aſſumptione: quæ vero formam habent opiatæ, expoſtulant primo ante ſumptionem ad minus quartam horæ partem exercitii, lente & paulatim facti: ſed neceſſum eſt, *hauſtum aquæ calidæ* ſuperbibere. Verum quæ in forma ſolida ſumuntur, oportet vt actuentur, & liquari incipiant ante exercitium (quo loqui grauatur eiſdem ventriculus) vel parum deſuper dormire, vel mox ipſo exhibito hauſtum calidæ ſuperbibere: quas leges ſeruabis pari modo in chalybeatis medicamentis.

Chalybeata medicamenta quibus & quo modo liceat præparare & præbere.

21 Secundum quod in deobſtruendis fœmellis polliciti ſumus, eſt, docere *quibus & quomodo chalybeata medicamenta liceat præparare & præbere*. In qua te ſatis mihi erit recenſere quæ pueris neceſſaria & vtilia eſſe poſſunt: nam quæ adultioribus debentur, pluries retulimus. Conſulo enim in tenerioribus ætatibus, prius ſine chalybe præbere aliquod aperientium ea prædictis per aliquot dies; quod ſi non profuerint, tunc ad ea quæ ipſum recipiant, rei vigentia & neceſſitas coget peruenire. Verum ſi velis ab ipſis incipere, crede mihi aliquib. diebus ante, corpus exerceri iube, ſolo exhibito *cochleare vno mellis* cum modica *aqua calida* ſuperbibito, & ſecuritus beneficium optatum conſequeris. Componuntur pariter tatione chalybeata pharmaca variis etiam modis, nimirum aut in forma potabili ad modum ſerapii, vel ad modum opiatæ, aut in forma ſolida, quorum ſeorſum exempla vſualia ſcribam. In primis compoſitum reperies antidotum ex ſpuma chalybis quod primi compoſitores cum *vino* confinxerunt. cæterum pueris mihi longe magis placuit in aqua efformare, hac lege. Excipe *limatura chalybis vino prius ſæpius lota, lib. ß* quam vale vini eo excipe. & adde *aquarum graminis lupulorum, & linguæ ceruinæ, lib. ij.* totum vas illud igni molliſſimo appone, diligenter hinc inde chalybem, & aquam ſurſum ac deorſum agitando: tandem decem aut duodecim ebullitiones feruere ſinito, quoad vſque eius ſpumam ſurſum ſi videas, & mediocriter craſſeſcere comperies, tunc enim ſpumoſam partem, quæ feruore ſeparatur, ſimul cum aqua in aliud vas transfundito, & in eodem chalybe dimidiam aquæ partem proiice, & feruere ſinito, & ſpumam ſepara & adſerua, idque quater eodem ordine facito, & aquam cum quadruplici ſpuma quatuor coctionibus ex chalybe extracta, ruſſus igni appone, donec leniter feruens mellis craſſitudinem acquiſierit, & ex eo medicamentum confinge. Excipe *ſeminis petroſelini dauci ſpecierum diacurcuma, ana drach. i. cinnamomi ſcrup. i. chalybis modo dicti præparati drach. vi. cum melle optimo & deſpumata*, fiat electuarium, cuius poteris porrigere *drach. ij.* Sed ego aliter conficio præſidium ex ſpuma: nam ſumo ſpumam cum prædicta aqua, & cum *mica ſcorcionera & pulueribus diamargaritoni aut triaſantali, ac diarrhodonis, vel lapidis bezoar*, & electuarium conficio, & quartum & quintum annum agentibus, ſolum ſine chalybe præbeo, adultioribus vero, & qui maius exercitium efficere poſſunt, chalybem addo, & modo dicto præbeo. Poteris etiam præbere *drach. ij. conſerua adianti cum g. vi. chalybis ſubtiliſſime limati, ſuperbibita aqua lupulorum*, vel quæ extrahitur ex *graminæ*. Conficies etiam tabellam, hoc ſummo. Excipe *chalybis ſubtiliſſime limati drach. ſs. cinnamomi drach. ß ſpecierum electuarii triaſantali & de gemmis, ana ſcrup. i. pulueris dictamni ſcrup. ß. cum ſacchari in aqua meliſſæ ſoluti vnc. iiii.* fiat tabella ex puluere *diamargaritoni, lapidis bezoar*, & puluere *triaſantalorum ac diarrhodonis*, aut aliquo ex prædictis, vno aut pluribus, qui

desc ha-

dos chalybis gr. v. Eius vtilitatis conficies ex conſerua *ſcorcionera radicis, cum eiſdem pulueribus* [illegible] *radicum rumicis & acetoſæ, & chalybis in eadem quantitate.* N[illegible] minoris momenti eſt, ſi ch[illegible] cum *conſerua roſarum, violarum aut florum borraginis,* [illegible], cum modico puluere ex [illegible] quorum medicamentorum vſu hanc legem obſeruabis [illegible] puerulus, aut [illegible] medicamenti in forma ſolida, capiat hauſtum alterius aquæ ex dictis ſolidæ, aut [illegible] ab aſſumpto ſuperbibat. V[illegible] quod magis ego probarem, eſt, det[illegible] per parum dormire [illegible] antum [illegible] ſufficere ad liquat[illegible] medicamenti, & mox exercitio v[illegible].

22 Verum [illegible] eliſis in forma potabili puerulis chalybeata medicamenta præbere, [illegible] ficies ex *prædi[illegible] chalyb[illegible] ſpuma, additis aqua & ſpuma ſucci pomorum,* [illegible] *& lupulorum* [illegible] *ſerapio, addito in ligatura, interim dum fit, confectionis Alkermes, aut lapidis bezoar, vel* [illegible] ß. Item ſic facito. [illegible] *pe aquarum myricæ graminis, lupulorum & radicum rumicis ana vnc.* [illegible] *chalybis limati* [illegible] *vnc.* ß. & iterum aliam limaturam eiuſdem quantitatis ad ignitionem [illegible] & in eadem aqua extingue, & ſic quinquies cum nouo chalybe facito: tunc quidem [illegible] aqua [illegible] ris dato, & ea ea confice ſerapium cum ſucco *lupulorum, borraginis &* [illegible] *vnc.* ß. præ[illegible], vel aquam ſolam cum modico ſerapii *adianthi, aut de biſantiis,* menſura duarum vnciarum.

23 Quod ſi velis in forma opiatæ conficere, hac lege potens. Ex *ſpecimina ſcortionera vnc.* [illegible] *adianti vnc. ij. pulueris lapidis bezoar ſcrup. i. pulueris diamargariton & triaſantali, an. ſcrup. ij. miſce* [illegible] *ad modum opiata.* Mirabilis etiam effi[illegible] efficies, ſi exceptis alterius ex duobus prædictis [illegible]. & ei addideris pulueris *rabea & diarhodonis ac triaſantali, ana drach.* ß. & ad modum opiatæ [illegible], quorum drach. ij. porriges, aut paulo minus, dum modo liques aqua *cinnam aut aniſi.* M[illegible] ſed nondum mihi lectoreſt hac in parte, non eſſe minoris momenti, diebus aliquot intermediis, *aqua rhabarb.* [illegible] præbere, cum ſerapio *cichorii aut ſcortionera,* aut cochlearia tria, vel quatuor ſerapii cichorii cum rhabarbaro; mirum enim in modum ſuperuacuos humores ventris, aut meſeraei ad ventrem ducit, maxime ſi addideris *decoctum ſeminis cartami* modicum. Inſuper curabis leuiſſimis [illegible] ventrem [illegible], aut aliquando *mellis roſacei* cochlearia duo porrigere, maxime ſi decoctum *cinnamomi aut ſaſafraſa* ei addideris, aut parum mixturæ aromaticæ, quo feliciores fiant ventris coctiones.

24 Quibus factis, externis curabis duas partes emollire, quo facilius cedant emollientibus medicamentis: quod facito fomentis venter bis, ter ve in hebdomada adhibitis ex decocto *ab*[illegible], *chamæmeli, caparorum,* & eo die puerulus non committatur exercitio. Item ventrem inunges *oleo caparrorum, naphæ, ſiſamino,* cum modico *butyro porci* ex omnibus facto linimento: poſtea emplaſtrum [illegible] mus ex *axungia porcina, & palacre ſeminis lini & ſeſami.* Etiam præſtat vnguentum ex *mucilaginibus althææ, fœnugræci & ſeminis lini, cum puluere caparrorum ſchinanti, ſemine petroſelini dauci & apii, & ſucco apii* [illegible] *fœniculi.* Pari ratione opus eſt duritie illas paruulas inungere vnguento *deoppilatiuo,* aut oleo facto ex *oleo caparrorum loto aqua vitæ:* quod mirum in modum partes permeat, & dura emollit, atque condenſata & viscida ſeiungit. Sic profecto paulatim puerorum ventres reducere oportet ad mollitiem, quo ſolent deinceps copioſiorem reddere vrinam, & facilius alui excrementa deponere. Maxime ſi præter hæc omnia emplaſtrum adhibueris de *mucilaginibus & meliloti, cum oleo garyophyllorum;* interim tamen dum hæc omnia fiunt, curabis per aliquot interualla leniter pueros purgare (niſi ventrem ſolutum habuerint) magnum enim ſic præſtabis beneficium.

Capvt VIII.

De excrementorum alui ſuppreſſione & duritie.

1 MAximè profecto ſ[illegible] infantibus accidere periculum & moleſtiam intolerabilem, ex excrementorum alui durities & ſuppreſſio quia ſimul [illegible] excernunt, graue eſt, ſed pa[illegible] & durum, id quidem efficiunt cum enixu & ploratu, a ſæpe cum periculo [illegible] puonis, aut prominentiæ vmbilici. In quo affectu diligenter curandum eſt ventrem ſ[illegible] & emollire: ne in hæc mala commigret. Indurantur quidem in pueris fæces multis de cauſis. *Prima,* ob ſenſus obtuſionem à pituita vel alio ſucco crudo immorante in inteſtinis, aut ob ſomni diuturnitatem & longitudinem. *Secunda* [illegible] penuria, cum flaua bilis, quæ inteſtina ad excretionem ſtimulat, cohibetur aut aliunde tran[illegible]. *Tertia* [illegible] eſt, inteſtinorum vel adſtrictio quæ cæteris cauſis frequentior exiſtit, vel obſtructio. Quibus accedit [illegible] coris calor, qui fæces indurat; ac ſæpe fit ob lactis defectum aut craſſitiem. Dignoſces quidem, vtra harum cauſarum ſit, ſi diligenter inſpexeris excrementa, tempus excernendi & modum nam ex his venaberis quatenus poſſibile fuerit in re ad[illegible] obſcura. *Fæces quibus de cauſis in pueris indurentur.*

2 In quo affectu [illegible] plex e[illegible] emolliendi fæces ratio: *vna,* quæ cauſam illidat: *ſecunda,* quæ induratas fæces emolliat ſimul ac ventrem: & *tertia,* quæ laceſſat naturam ad excretionem. Ad primam igitur cauſam accedendo, ſtatuendum eſt, clyſmata abſtergentia, & quæ pituitam educant maioris eſſe momenti, cum pituita ſenſum inteſtinorum obtundit: cum hoc tamen, ſi aliquid induratarum præſtò inteſtinis, conſulo, ante abſtergentia medicamenta, emollientia aliqua præmittere, aut ſimul admiſcere. Sic profecto primo iniicies clyſterem ex *hydromelite, & oleo amygdalarum, hydroſaccharo:* mox vero ex *ſolo hydromelite, vel ex vrina pueri, vel ex aqua malaruma & modico ſale aut ſacchari nigro;* qu[illegible] magis in infantibus probo. Secundæ autem cauſæ ſubuenies ſuppoſitoriis [illegible], *ex* [illegible], *ex* [illegible], *ex biera, & alumine, ex butyro* [illegible] *ſalito, ex axungia gallinaceum ſale,* [illegible] *mercurial*[illegible] *ex pineæ nucleo, ex p*[illegible] *oleo intincta* quibus mirum in modum facultas ſop[illegible] ad expu[illegible] ex*citatur.* At ſi inteſtinorum aut meſeræi adſtrictio, vel obſtructio [illegible] colubuerint, tunc *Fæces emolliendi ratio triplex.*

 profecto

profecto ea, quæ ipſa aperire poſſunt, quæ nuper adduximus cap. præcedenti. verùm, ne videar ſæpius eadem ſcribere. Alter autem modus extrahendi induratas fæces, ſolum fit per ea auxilia, quæ vim habent emolliendi indurata, & inteſtina ac ventrem laxandi & cum hoc vires habeant potentiam excitandi ad excretionem. Emolliunt quidem, & ventrem laxant ſimul plura: quale eſt [illegible] *entum ex oleo amygdalarum dulcium, ſeſamino, de ſemine lini, cum axungia*. Item vnguentum *ex butyro vaccæ, aut* [illegible] *ſucco maluarum, croco & oui vitello* Etiam vnguentum ex *mucilaginibus*. ſicut aliud ex *maluis* [illegible] *tract* [illegible] *per ſetam cũ butyro parci & mucilagine althea*. Prodeſt & aliud ex *dialthea & oleo violaceo*. Aliud ex *branchia* [illegible] *ac radicibus althea piſtatis cum axungia porcina*. Nec minoris efficaciæ eſt id quod paratur [illegible] *oleo violarum axungia anatis & muccagine ſeminis lini, althea, & fænugraci*. Quæ ſane omnia vim habent [illegible] di, & indurata emolliendi. ſed inter omnia ſingulari beneficio id efficit clyſma ex *iure p*[illegible] *& oleo* [illegible] *mine violarum aut ſimilibus*: quod ſane mirum in modum emollit fæces, quo facilius nat[illegible] pellat. Proſunt & vmbilicaria medicamenta, quorum, quæ puerulis ex vſu eſſe pn[illegible] [illegible] eſt, ꝙ ex *arantia acri per medium ſciſſa, & ſparſa puluere aloes, & poſtquam igni appoſita ferbuerit* [illegible] *calida* [illegible] *applicetur*. Etiam præſtat *agarici puluerem loco aloes* ſpargere, aut *puluerem ſena*, vel [illegible] bas cum lacte *ſeminis cartami* efficere veluti emplaſtrum. Nec minoris eſt momenti emplaſtrum *ex tecto mercurialis cum puluere ſeminis lini, & mucilagine ſeminis citoniorum*. Præſtat *& mercurialis frixa oleo ſeſami cum puluere aloes aut ficla piſtata cum butyro porcino. & puluere ſeminis ſeſami*. Præſtat & *ſuccus radicis lilii cum polline farina facto emplaſtro*, aut cum *mercurialis butyro ad formam cataplaſmatis*, per os enim ſumta quam plurima reperies, quæ pueris ſic affectis ſummopere opitulantur. Primo enim *mel roſaceum* conficies, aut ei admiſcebis m[illegible] dicum *ſerapii violarum ex infuſionibus*, cuius porriges tertio quoq; die duo aut tria cochlearia. Proſu[illegible] eadem cochlearia ex *oleo ſeſamino aut amygdalarum dulcium*. Item vtiliſſimum erit melli roſaceo addere *mucilagines pſylii, aut citoniorum*. Etiam valet ſerapium cum melle efficere ex prædictis mucilaginibus, vel ex *ſucco mercurialis & roſarum*, mel roſaceum efficere. Mirabilis etiam efficaciæ eſt, ex *ſucco maluarum clarificato, cum melle & ſucco roſarum*, ſerapium conficere, præſertim ſi addideris *modicum decoctionis cartami*. Valet & butyrum vaccinum, cum melle aut ſaccharo tertio quoq; die puerulo præbere. Plura etiam [illegible] lia reperies, quæ licet maioris ſint efficaciæ, ſi mitiora reddideris, pueris ex vſu eſſe poſſunt, dummodo intelligas, hæc omnia, neq; ſemper, neque ſine peculiari indigentia, eſſe adhibenda: ſæpe enim duritie curata, in alui fluxus puero adeducimus, qui longe difficilius deinceps curantur, quam duritiesl.

Capvt VIII.

De infantium difficili reſpiratione ac tuſſi.

Catarrhoſa infantium affectiones periculoſæ ſunt

Cvm certum ſit, & rationi conſonum; ac mille experimentis confirmatum, catarrhoſas infantium affectiones periculis ſemper plenas eſſe, ob id inſtitui diligenter eam rem explicare, quantum rei difficultas permiſerit. Comperimus enim nobis, leui tuſſi primo infeſtari, ac mox apparere ad nares etiam aliquid confluxiſſe, quo grauantur, & eum ſpirant, difficulter facere, & vltimo creſcente tuſſi, [illegible] ge difficilius reſpirare; non quidem vitio obturationis narium, vt malum à principio efficit, ſed ex ea pituita, quæ ad fauces, & thoracem aut pulmonem def[illegible] Quibus malis accedit non raro febricula, & aliquando adeo intenſa, quod magna expoſtulet auxilia, ita vt auxiliis quæ neceſſaria ſunt adhibitis, ex p[illegible] ædictis defluxionib. in maximo periculo verſentur ſic affecti infantes: nulla n. tuſſis, nulla ad thoracem defluxio in pueris periculo caret, quinimo ſuffocatione breuiſſima periclitantur: tum quia hæ partes facile recipiunt, tum vero quia difficulter excernunt quod ſemel conceperint; maxime in pueris, q[illegible] ec ſciunt ſpuere, neq; poſſunt. Tales autem huic malo obnoxii ſunt (ſicut ex natu maioribus plurimi qui ventrem habent frigidum imbecillum, flatulentum, & hepar calidum, & cum hoc quã pauciſſimam [illegible] dunt vrinam, vel ſi grandiores ſint, renes habent obſtructos, quo minus ſanguis purgatur, & caput facile repletur, ventre præſtante crudos ſuccos, & iecore æſtuante, & euaporante in caput v[illegible] agi[illegible]

Catarrhoſis affectionibus quinam infantes magis obnoxii.

Capite autem repleto, ſeſe exonerat in fauces, pulmonem & thoracem, etiam in adultis, iuuante [illegible] renum non probe ſerum à ſanguine purgantium: ſicut in pueris, qui, vt dictum eſt, pauciſſimum [illegible] iunt. Quæ mala inde accreſcunt, præſente reddita pituita viſcida & craſſa ob moram & contract[illegible] citatem. Quo cauitates infarciuntur, & via ſpiritib. redditur anguſtior. & reſpiratio diffic[illegible] ſſo[illegible] cationi propinquior. Quod ſi malo non protinus ſubuenias diligentiſſime, acceſſione r[illegible] que ad veſperam exacerbabuntur, quia eo tempore creſcit materia mali, & ſomno rarior effi[illegible] iuuante iecoris calore, & eius recurſu ad interiora: cæterũ cum languidus ſit, nequit ꝙ attenuat reſ[illegible] uere; donec calore creſcente à crudis ſe exuat, vt in adultorum acceſſionibus in aſthmaticis paroxyſmis conſpicimus: quo ſæpe humores ſicciores remanent, aut viſcidiores potius quam cocti, quo [illegible] ulæ & cauernæ pulmonis materia catarrhali & cruda magis replentur ac debilitantur, ita vt ocyſſime ſic affecti ſuffocentur, quia receptam, & alte reconditam materiam nequeunt expellere, nec nouiter fluenti reſiſtere.

Catarrhoſarum affectionum in infantib. cauſa.

Coniectabile quidem eſt, in pueris harum omnium fluxionum cauſam eſſe (præter externas [illegible] & gorir, caloris, aeris, nebulæ aut pluuiæ acceſſum) aſcenſum craſſorum vaporum lactis ad caput, in q[illegible] concreſcentes inferius dilabuntur, tum ad ventrem, tum ad reſpirationis vias. Eſt etiam cauſa n[illegible] alimenti caput petentis confecti ex aquoſo lacte & crudo, aut ex craſſo & inconfecto. I[illegible] em ve[illegible] ut [illegible] morbus omnia hæc in puerorũ dentitione comperimus increſcere nam protinus tuſſiunt, nec [illegible] a

reſpirant,

reſpirant, aluum mille modis ſolutam & turbatam habent: quia cum diu noctuq; plorando vigilent, donec dentes erumpant, febrib. non minus corripiuntur, & aliis quæ inferius leges. Sed hæc diximus hoc loco, ne Medicus decipiatur in his dent[illegible] dentibus, quantumuis ſimilia ſint his, quæ ex vero catarrho prodeunt: nam in illis parum au[illegible]e oportet: in catarrhoſis vero magna opus eſt diligentia. Cum hoc tamen, ſi dentitionis accidentia (maxime quæ catarrhum æmulantur) plurimum & vltra modum creuerint, non ſunt omnino poſthabenda, ſed auxiliares oportet præſtare manus; quia non minus vires infantium labefactant, ac reliqua.

3 In quorum curatione, ſiue ab hac cauſa, ſiue ab alia tuſſis ac difficilis reſpiratio pueris ſuccreſcat, primo conſiderabis, *an vitio lactis craſſioris vel tenuioris, quam par ſit, affectus erumpat*, & ſi poſſibile fuerit breuiter corrigere, non eſt abs re id tentare: verum ſi nec facile, nec breuiter id poſſibile fuerit conſequi, conſilium ſapientiſſimorum virorum eſt, nutricem mutare in eam quæ lac ſortiatur contrariis conditionibus inſignitum his quas præcedens lac obtinebat. Crede mihi, quod quanto citius id feceris, tanto breuius puerum ad ſanitatem priſtinam reduces. Quod ſi ex capitis vitio, vel alia occaſione id malum oriatur, duplex erit medendi ratio: altera, quæ cauſam ſeu principium elidat, & reliqua, quæ ſymptomata compeſcat. Ad primam igitur accedendo, conſiderare oportet occaſionem, quæ fluxionem concitauit, aut ſi nulla fuit, principium vnde fluit nam ſi ex frigore, vel calore liquante prodit, huic primo prouidebis iuxta indigentiam ipſius: ſinaliter, fluxionem & humorem, & principium vnde fluit, conſiderabis: fluxionis materiam, vt euacues; impetum fluxus, vt auertas, principium, vt illi prouideas, iuxta intemperiem, quæ cauſa fuerit horum omnium. Quæ omnia exequeris, ſi hæc omnia prius conſideres, nimirum fluxionis impetum, quo neglecto inopinato commoriuntur, non ſolum pueri, ſed & adultiores. *Secundo*, acceſſiones & mali huius incrementa, nuſquam prouenire, neque vltimam, niſi vno è tribus modis, præter fluxionis impetum. *Primo*, ob viarum pulmonis anguſtiam, *Secundo*, ob thoracis plenitudinem, qua nequit pulmo ſufficienter dilatari. *Tertio*, quia caro pulmonum imbibita eſt copioſa, ſeroſa & excrementitia humiditate. Quæ omnia nouiſſe diligenter oportet ad capeſſendum legale curationis principium. Nam hoc vltimum plerumque prodit in pueris qui diminutam reddunt vrinam, aut in adultis vitio renum, quo minus ſanguis repurgatur ſeroſis recrementis, & facile incidunt ſic affecti in pulmonis hydropem. *Secundum* ſuboritur ex vniuerſo corpore excrementis crudis & exuſtis pleno ſeſe in thoracem exonerante. Primum quidem prodit, quia caput catarrhoſum prædictis modis & multis aliis plenum in canales pulmonis ſe exonerat, & ipſum thoracem replet. Et ſic ad curationem, impetum fluxionis primo compeſces (*vt mox dicetur*) ac poſtea pulmoni prouidebis pleno per euacuationem per locum conferentem, & quia pituita eſt craſſa, viſcida & impacta, præparanda ad eductionem, & meatus reſpirationis aperiendi: capiti etiam catarrhoſo prouidendum, & ventriculo tanquam tranſmittenti, & iecori vt mouenti, ac renibus, ne vrina illuc recurrat. Quæ omnia facies præſidiis, quæ infantibus commodiora videantur. Nam ſi copioſa fluxio ſit, ſi impetu ruat, ſi caloris aut tenuitatis vel ſalſuginis aliquid participet, dubitandum non eſt, brachia protinus ſcarificare, maxime ſi febris acceſſerit, ac ſi puerulus vltra ſecundum annum egerit, venam ſcindere oportebit, præſertim ſi iam ablactatus fuerit, & ſolidiori vtatur victu. Verum ſi frigidus, crudusve fuerit fluxionis humor, præſertim ſi à ventriculi cruditatibus ortum duxerit, capite fuerit plurima & aquoſa humiditate abundante, vt etiam in dentitionibus ſolet contingere: tunc profecto *purgatione* leui prouidendum eſt, copiam minuere, & fluxionis impetum compeſcere ea lege, qua antea pueris purgationes inſtituimus: hoc vno in hoc opere obſeruato, quod in pueris ſint leuiſſimæ, & quæ loco ſint lambentia medicamenti, & ſimul ventrem ſubducant. Verum in adultis, in morbis pectoris inueteratis non probo vacuationes, nec fortiores, nec frequentiores, quia hæ nil faciunt ad coctionem, neque ad euacuationem materiæ in pectore, neque ad deriuationem, cum magis commoueant: neque ad capitis & ventriculi robur: neque ad hepatis intemperiem corrigendam. Quod ſi his viſceribus ſubuenire velis, non oportet tranſcendere ab his quæ ex *aloe & maſtyche* conficiuntur: ſecus res ſe habet ſi affectus dependens ſit à iecore, vel ventre. Sed redeat oratio ad impetum compeſcendum. Proſunt vtriſque frictiones, cucurbitæ, citra ſcarificationem aut cum ea, ſi aliter ſanguis mitti non potuit: idque in brachiis aut ſcapulis. Quibus præmiſſis (ac ſi venter cruditatibus caput infeſtauerit, clyſmatis ex *hydromelite aut ſuppoſitoriis* ipſum euacuabis) ad ſecundam mitigationis viam deuenire iam conueniet, niſi vrgentia ſymptomatum veram curationem anteuertere cogat: in qua cum certum ſit, ratione concitationis tuſſis, ſitam eſſe in aſperitate viarum reſpirationi ſeruientium, duplicem exequi mitigandi & compeſcendi tuſſim rationem oportebit: vnam, quæ aſperitatem leniat, leuigetque quod inæquale eſt in prædictis viis, & reliquam quæ ſenſus acrimoniam retundat, quæ auxilia *paregorica* Medici nuncupant. Diligenter tamen in hac tuſſi ex defluxione ſeu diſtenſione viæ, quæ largior ſolito redditur, nam ſæpe hæc tuſſim concitare ſolet: id quod dignoſces, quia plerumq; tuſſiunt, dum lac ſugere incipiunt. Sic enim inquit Hippocr. lib. de dent. *Infantibus quibus in ſugendo tuſſis inſtat, vuam maiorem habere ſolent.* Verum, cum ex aſperitate tuſſiunt, proficua eſt *ptyſana* retuſiſſimus *cremor*, *amylum*, *lactis omne genus*, *butyrum ex lacte* vel *ex amygdalarum expreſſione*: *oleum amygdalarum dulcium*, *mucilagines cotoneorum*, *pſylii*, *tragacanti*. At ſenſum obtundunt, & ſomnum conciliant *ſyrupus violarum & papaueris*. Cum hoc tamen aliis vtetis quæ relictam materiam poſt ſanguinis detractionem aut expurgationem, expulſioni & minori tuſſi paratiorem reddant. Nam id pleronque magis ex vſu eſt, quam quodnis præſidium: quippe vehementibus motibus thoracis ad tuſſim vehementem pueri periclitantur ruptione, vel alicuius venæ in thorace, vel vmbilici, nec non ad copioſam ſuffocationem, quod ad liuorem & faciem nigriorem:

T 4 & ad

& ad animi defectionem perueniant. Et ob id, ſi materiæ tenuitas cauſa fuerit vehementis tuſſis, incraſſare curabis, porrigens *mel roſaceum*, *aut ſyrupum roſarum* admiſto violaceo: vel addes aliquid *papaueris*, *aut portulacæ cum mucilaginibus aut decocto hordei*. Cum hoc tamen in pueris non placeat ad *gummi tragacanthi*, *aut Arabicum* peruenire, ſolet enim eorum aliquid in viis exſiccari, quod maximæ ſuffocationis ſolet eſſe cauſa. Et cum in pueris parum liceat porrigere, idque lambendo, quod ipſi ne[illegible]eunt facere, non placuit hac in parte puluerem, nec tabellas, aut conditorum eorum, quæ ſpi[illegible]nem habent, meminiſſe: ſatis enim mihi videntur quæ memorata ſunt, ſi per interualla & parum a[illegible] ſæpe porrigas. Verum quia ſæpius ob tuſſiem pituita motibus & impetui aeris reſiſtit, ob id curandu[illegible] ſt, atte[illegible]are & incidere, adhibito ſyrupo *capillorum veneris*, *de liquiritia cum guttulis oxymellitis*: *aut* [illegible]*rupo borraginis cum modico ex duabus radicibus ſine aceto*: aut veteris *melle roſaceo cum decocto cinnamomi*, *vel ſol*[illegible] *mille tenuiſsime inſtillato ex ſauo mellis*. Prodeſt & *hydromel ex aqua liquiritia*. Prætermitto alia, quæ cop[illegible] me [illegible]ipti ab Practicis, quorum huic vſui menſura & moderatione facta pro ætatis indigentia proficua reperies. Sed pueris inſtillationes parabis ex *ſyrupis pectoralibus* factas pro ratione craſsæ materiæ, a[illegible] nuan[illegible]es, aut fluxiles, incraſſantes, vt ſunt *mucilaginum extractiones*.

Exterius vero *aſperam arteriam* & thoracem iounges *oleo amygdalarum dulcium*, *ſ*[illegible]*amino*, & deſuper pones tela cerata ex eiſdem, & *axungia gallina*. Quæ ſane omnia exequeris in tuſſi & diffici[illegible] reſpiratione ex eadem cauſa orta. Hoc tamen difficilis reſpiratio expoſtulat peculiare, q diligentiorem requirat materiæ diſceſsionem, quantum grauius impendet periculum, quam in tuſſi: quod facies frictionibus, cucurbitis, & repetita purgatiuncula: tamen quæ per os præbueris, tenuioris oportet eſſe ſubſtantiæ, & magis abſtergentia & repurgantia thoracem, quam lenientia, vel incraſſantia. Et ob id potius *aqua calidæ*, *hydromel* & alia huius naturæ ex vſu magis erunt, quam lambitiua: item quæ exterius thoracis pituitas reſoluant, aut concoquant, leuiter tamen, quantum tenera pueri ſubſtantia poſtulauerit. 4

In quo caſu non dubitarem conſulere, ſi diutius durat capitis affectio, quæ diſtillationem mouet, ac veluti habitualis efficitur, occiput ferro candenti modice vrere, veluti in præſeruatione ab epilepſia, aut ſetonem affigere ea parte, per quam poſſit, quod indies in capite generatur caſurum in thoracem, euacuari, ac deriuatorie expurgari. Quippe in diuturnis his affectionibus, quæ in periculum vitæ abituræ ſunt, nullum aliud auxilium commodius excogitari poteſt, quam propoſitum. Ego quidem non video differentiam quæ dehortetur ab hoc auxilio in defluxionibus capitis, magis quam in epilepſia & aliis capitis affectionibus, in quibus magno cum beneficio eo vtimur. 5

Caput XI.

De Puerorum alui fluxibus.

Alui fluxus puerorum vna è tribus cauſis ſuccreſcunt.

FLVVNT præter naturæ & conſuetudinis modum ventres in pueris vna è trib. 1 præcipue cauſis, inter alias quæ in adultis, & aliquando in ipſis reperiri ſolent. *Prima* quidem eſt lactis vitium: *Secunda*, ventris imbecillitas. Et *tertia*, fluxiones quæ à capite vel ab alia parte originẽ trahunt. Quo fit, vt ventris fluxiones non ſolum differant cauſa, vt dictum eſt, ſed & modis & conditionibus, & [illegible] earum differentiis, & non raro periculi vrgentia: vt de dyſenteria mox leges.

Lac variis modis ventrem ſoluit.

Verum vt ad primã cauſam accedamus, ſtatuendũ eſt, lac variis modis ventrem ſoluere: *Vno*, pro vitio & corruptione, eo quod ea ratione non ſit familiare alimentum, & ob id mutatur in nidorem aut aliam corruptionem, à cuius periculoſo conſortio fugiens natura, & præcauens maius damnum, per inteſtina pellit; ſiquidem ex pra[illegible]o alimento, & praue etiam præparato in officinis, corpus non alitur, ſed ex fluxus aſſiduitate ſenſim & paulatim diſſipatur. Quo caſu vnus ſolum ſalus ipſis infantibus eſt, nimirum lactis in melius, dulcius & familiarius mutatio. Solet etiam lac propter inſuperabilem craſſitiem, & caſeoſæ partis vbertatem non confici, aut diminute, & ſic crudum plerunq; aut acidum excerni, ac non raro grumoſum cum copioſa vrina; præludium profecto atrophiæ.

Lactis vitium quibus emendetur.

Lac caſeoſum & craſſum quibus attenuetur.

Quapropter antequam ad alias cauſas accedam, curandũ eſt diligenter, huic malo & cauſæ [illegible]b- 2 uenire: id q; duobus modis facies, ſi protinus mutare nutricem non placuerit, quod tutius foret *Vno*, [illegible] cte, quantũ poſſibile fuerit, attenuato, præſtitis nutrici ciboriis attenuantibus, & admiſtis ferculis [illegible]*rigano*, *hyſſopo petroſelino*, *aniſo*, *fœniculo*, *carco*, *& modico croco*. Porriges inſuper nutrici mane *iuſculum* [illegible]*agenatis radicibus petroſelini*, *& aſparagi cum ciceribus nigris*, *croco & ſummitatibus fœniculi*. Verum ſi ne hæc [illegible]odeſſe videantur, nutricem bis in hebdomada ad vomitum crudorum & craſſorum recrement[illegible]m incitabis & mox ventriculo prouidebis, nec non & inteſtinis, his quibus felicius & perfectius concoquat, vt mox referam: ſi prius dixero, l[illegible] etiam nimis tenue fluxum concitare, vel eo quod copioſum prouentum præſtet, vel q ob tenuitatem immorari in ventriculo non poſſit. Quod [illegible]ne vitiũ corriges, ſi nutrici præbueris *orizam*, *alicam*, *extremitates vituli*, *& ſuis*, ac ſi mulier vino fuerit aſſueta modico conceſſo. Itẽ alimenta craſſiora & aſſa proficua erunt, ſicut *panatella*, & alia quæ craſ[illegible] ſanguinem gignant.

Fluxus ventris ex impotentia ventriculi vnde ſiſtatur.

Sed vtrumq; fluxũ [illegible]ompeſces, ſi iã neceſſitas & impotentia vrgeat, eiſdem mei au[illegible]is, ac ſi fluxus vitio impoten[illegible] [illegible]p[illegible]ius ventricul[illegible] ſuboriatur: quo tẽpore diligẽtius roborabis & adſtringes. Fiet aũ hoc [illegible]pius, p[illegible]m[illegible] [illegible]ncto ventriculo pueri *oleo citoniorum*, *cum modico ſpica*, *aut maſtychino cum omphancino*, [illegible] *myrt*[illegible] [illegible], [illegible]uib addes pulueres ex *bolo*, *ex margaritis*, *ex maſtyche*, *thure*, *ſantalis*, *cinnamomo gariophyllis*, [illegible] dito pulu[illegible] *grana*. Item ex eiſdem cum modica cera vnguentum conficies: præterea deſuper im[illegible]ones

pan[illegible]

panem toſtum cum modico vino rubro, & prædictis pulueribus, aut *aromatici roſati*: inſuper ex eis cataplaſma conficies, additis *ſorbis immaturis, coctis & piſtatis cum piris immaturis, aut ſiluestribus, & modico pollinis farinæ, & oleo cotoneorum*. Præſtat etiam *cotoneum aſſum*, & poſtea *vino rubro coctum ac piſtatum cum modico panis toſti*, & pulueribus *maſtiches*, aut aliquo ex prædictis. maxime ſi addideris, vbi immodicus fuerit fluxus, puluerem *ſanguinis draconis*. Inſuper idem beneficium præſtabis emplaſtro *diaphenicon*, aut alio, quod conficitur ex *dactylis ſemimaturis vino auſtero decoctis, & piſtatis cum prædictis pulueribus & furfure*. Sic ex *conſerua cotoneorum piſtata vino auſtero, pane toſto & pulueribus balauſtiarum, & modico aloe & puluere grana*. Sed quid multa? cum antea etiam plura alia retulerim, quæ huic etiam vſui proficua ſunt per vices & interualla adminiſtrata. Dimitto etiam hac in parte, quæ antea dixeram in vomitu lactis; quia non minus erunt proficua, ſi diligenter eis vtaris. nam in vtroque affectu opus eſt corroboratione.

3 Fluit etiam in pueris venter, idque non raro, ex lactis corruptione. quæ degenerat in porracenm ſeu viridem colorem. In qua ſane fluxus forte licet dubitari poſſit, an compeſcenda ſit, quia videtur eo colore affecta, qui toto genere cenſetur præter naturam: In pueris tamen, *vt latius antea probauerim*, non ita coniectandum venit: ſiquidem viridis ille color, non prodit ex calore aſlante, qui pernicioſam & ſumme lethalem ſemper præſtat ſignificationem, ſed ex lactis facilitate & tenuitate, ac biliofi ſeri admiſtione, *vt antea diximus*. Quo fit, vt compeſcendus non ſit, ſed roborato ventre in melius mutare curandum erit; ſua enim ſponte melius ſaneſcunt.

Fluxus ventris e lactis corruptione in viridem colorem vtrum compeſcendus.

4 Prodeunt etiam alui fluxus in pueris, vel totius corporis vitio, vel alicuius partis, qui profecto plerunque variorum colorum prodeunt: quando nimirum adiunguntur excrementa exurente iecore, & incrudante ventriculo, aut vitioſo vel vitiato alimento. Quod ſane malum maioris ſolet eſſe momenti: ſiquidem ſi diu fluere permittas, in tabitudinem infantem deuenire ſines: ſi tamen compeſcas, in immedicabiles febres, & alios grauiſſimos affectus. Quapropter primo acceſſu alimentum mutabis, iecur attemperabis, & ventriculo languido his quæ roborant citra adſtrictionem, prouidebis. Cæterum nil horum facere tentes, quin prius puerulum leniter *rhabarbaro* aliquo ex prædictis modis præparato purges. Nam ſatius eſt olida & vitioſa excrementa deponere, quam alimentis admiſcere, vel roborantibus cohibere: ſiquidem facilime vitioſa hæc lac, alioqui facile ad corruptionem, in ſui conditionem mutabunt, aut detenta & cohibita, protinus in principem partem irruent, & facilime puerum perdent. Quo ſic conſiderato, protinus iecori prouidebis his quæ modice attemperent, vt *ſyrupo roſaceo, de cichorio, aut acetoſitatis, vel modica ptyſana*, aut ex his omnibus ſeceptis, *ptyſana & ſucco pomorum ſemidulcium ſtillatitia aqua*: Id enim pueri auidius appetunt. Item eo tempore ventri adhibebis, quæ poſſe roborare ſuper diximus: ac deinceps regioni inteſtinorum adhibere oportet, quæ modice coerceant fluxum: & inſpicies, his appoſitis, an mutentur in melius pernicioſa illa excrementa: ſin aliter, tanto minus adſtringes, aut plus, ſi bene exeant & ad melius mutentur. Præſtat in hoc difficili caſu non parum, vſus diacodionis, maxime ſi puer vigil fuerit.

Fluxus ventris totius corporis vel partis vitio quib. curetur.

5 Sed non ſunt minoris momenti *clyſmata*, quę inhibeant inteſtinorum exulcerationem; quia maxime ſolent infantes hoc fluxu affectos infeſtare torminibus & vigilia intenſa; quibus ploratu incompeſcibili ſummopere torquentur: hæc autem conficies ex *lacte, ex iure pingui, aut decocto hordei, iam amylo & ſaccharo*.

6 Excernuntur etiam in his pueris plerunque fœtida quædam, vt in fine huius cap. leges, quæ craſſiori faniei ſimilima ſunt, & opima videntur, ex pituita putrefacta, vel in inuolucris inteſtinorum, vel in exilibus venis eorum, quibus oſculis apertis natura per interualla pellit, nunc pauca, nunc copioſa, nunc raro, nunc frequentius: vtrumque maioris mali præludium exiſtit: quibus diligenter ſubueniendum erit medicamentis veluti alexipharmacis, vt *terra lemnia, corallo, cornu cerui*, & ſimilibus: ſed ad propius præſtat *ſaccharum roſaceum, vel violarum*. admiſtis adhuc proprius alimentis quæ laudabilis ſint ſubſtantiæ, vt admiſtione ſuccorum malitia attemperetur.

Fluxus ventris ſaniei ſimilis ex pituita putrefacta, quibus curetur.

7 Fluit etiam venter, vt antea dixeram, & mox quoque referam, toto dentitionis tempore ex defluxione à capite: nam cum caput dolens in dentitione ad ſe ſuperuacua excrementa rapiat, facile ipſis delabentibus ad ventriculum, ipſum imbecillum, laxum & fluidum reddunt. Cognoſces autem ex hac cauſa fluere ventrem, quia ſpumoſa & tenuia excernuntur cum rugitu & crepitu, quo caſu protinus curabis ventrem roborare, quo facilius ſuſceptam crudam, & tenuem pituitam contineat; concoquat, aut reliquis alimentis admiſceat, vt minus ſubſit quod fluere poſſit. Nec diutius inſiſtem in huiuſmodi fluxus cohibitione: nam detentus iterum ad caput, vel euaporat vel remeat; ſed lente, prudenter & per interualla licebit permittere, aut ne immodicus fiat inhibere, donec dentitionem ceſſare videamus: & ob id venter ſemper roborandus erit, aliter enim doloribus, vigiliis, & fluxibus puer contabeſcat.

8 Solent non raro pueri torminoſis & dyſentericis fluxibus adeo premi, quod præter ſanguinis fluorem, præter tabeſcentes colliquationes, ita doloribus, teneſmo & vigiliis affligantur, quod inſerere eorum plerique pereant. Reperies alios, qui ita frequenter fæculentum ſanguinem & craſſum, ac non prorſus rubrum, cum torminibus aut citra ipſa fundant, quod mirum primo acceſſu videatur, ſi eo malo diu viuere poſſint; cum in reliquis omnibus ſani conſpiciantur; quorum omnium cauſas diligenter rimari oportet: nam ex his plerique in tabeſcentiam deducuntur: alii in malum corporis habitum, nonnulli vero vigiliis & doloribus atque ſumma imbecillitate, ſiti incompeſcibili, atque ingenti cibi faſtidio pereant. Cęterum hac in parte non eſt mihi in animo de vera dyſenteria, ac de eius ſpecie-

Puerorum torminoſi & dyſenterici fluxus quib. compeſcantur.

ſpeciebus verba facere: nam huius affectionis, quam cum aliis affectionibus communem habet, ſatis dictum eſt lib. Praxis. Nunc autem ſufficiet docere, pueros quam facillime in primum veræ dyſenteriæ ſpeciem incidere; tum ex cruditatibus acidis; tum ex ſalſuginoſis, tum ex his quæ bile admiſcentur. Quibus niſi cito prouideas, breuiſſimo tempore comperies in immedicabilem dyſenteriam prolabi: nam ocyſſime eorum inteſtina, vtpote quam tenuiſſima, grauiſſime exulcerantur. Quapropter primo his prouidebis ventriculi cruditatibus concoctis, & calore iuuante coctionem: quod facies vnctionibus ex *oleo citoniorum, abſynthii & napha*, & ſuperpoſito *pane toſto vino odorifero irrorato*, cum pulueribus *aromatici roſati*, ac modico *gallia muſcata*. Item adhibebis ex his omnibus efformato cataplaſmate, bis, terve in die mutato. Tamen non mox aggredieris clyſmata iniicere, ſed vbi dolores vrgent & infeſtant: idq; facies primo *iure pulli decoctis hordeo iam ſaccharo*: poſtea eiſdem, ſed addito *amylo, aut modico oleo roſaceo*: alia autem fuſius leges lib. Praxis.

Fluxus ventris copioſus cum faeculentis, craſſis & ſubalbidis qui ne compeſcatur.

9 At cum inteſtina non abraduntur, ſed copioſus excernitur ſanguis cum fæculentis, craſſis & ſubalbidis, aut varii coloris, quibus diu viuunt, & veluti ſani degunt pleriq; puerorum, tum quidem inquirendum eſt, *qualis nam conditionis ſit hoc excretionis genus, & vnde prodeat, & quas fortiatur cauſas, & quibus modis ſubueniendum ſit*. In qua re arbitror, prædicta excrementa in pueris non excerni, vt in hepatica dyſenteria, craſſa & fæculenta excernuntur vitio iecoris, & vitio etiam ſplenis non ſugentis craſſum & fæculentum ſuccum, ſed ſolum ob impenſam ventriculi cruditatem, quam quidem iecur nequit, neq; attenuare, neque prorſus in ſanguinem mutare: ſed incepta illa mutatione in ſanguinis craſſi figuram, pellit ad inteſtina citra aliud damnũ aut periculum, licet corpus minus alie ratione contingat. Quod ſane vitium aliquando prodit recti inteſtini affectione, nec non & podicis, qui nequeuntes craſſum ſanguinem ſibi in alimentum tranſmiſſum continere, & prorſus in ſui ſubſtantiam mutare: natura tunc pellit, & ſæpiſſime cum eo, teneſmo & enixu in excernendo adeo grandi, quod podicem extra pellat, vt plerisq; ex ea cauſa ſic affectis frequenter contingit. Diſtingues autem, vtra harum duarum cauſarum ſit, ex enixu in excernendo, cum dolore & pondere podicis; quæ accidentia cum hic fluxus eo vitio ventriculi prodit, non reperies, ſed leniter & citra moleſtiam craſſa illa excrementa pelluntur.

10 Subuenies quidem primæ harum cauſarum, quæ ex impenſa ventriculi cruditate prodit, haud ſecus quam dictum eſt ſæpius, ipſi eſſe prouidendum, inunctionib. nimirum, calidis fomentis, emplaſtris exterius appoſitis, & aliis intus aſſumptis: quibus addes quæ vim habent extenuandi & incindendi craſſas illas cruditates, quo facilius iecur eas poſſit attenuare, & in ſanguinem laudabiliorem commutare. Reliquam vero cauſſam, quæ ſita eſt in podicis & recti inteſtini vitiis, auferes his quæ craſſum illarum partium ſanguinem attenuent, mordacem & ſalſuginoſum attemperent, clyſmatis infeſſionibus & fomentis earum partium ex *roſis, chamamelo, meliloto, abſynthio, myrica* & ſimilibus, quibus vini modicum adiicies. Clyſmatis etiam *hydromellitis & lotionibus podicis* ex ſimilibus factis, & aliis quæ duobus ſequentibus latius reperies ſcripta.

11 Supereſt adhuc alia fluxus ſors, quam frequentiſſime conſpicimus pueros pati, nec non & adultos, quæ ſimilis eſt loturæ carnis & lanei vlcerum: cæterum differens ab ea quæ vitio iecoris fit, & veſe hepaticam conſtituit. Namq; hæc ſolum prodit internis partibus exulceratis ex toto corpore colliquato, aut ex impotentia partium, quæ nequeunt prorſus commutare proprium alimentum, vel definere permittunt: graue quidem malum, & quod ſolum alimentis & roborationibus iuuatur, quorum ſiluam reperies cap. *de puerorum contabeſcentia, & de dyſenteria*. Cæterum cum præter id prædicta excrementa exeunt fœtida & optima ac putrefacta, coniectari oportet, in inuolucris inteſtinorum, & exilibus eorum venis amplius adhuc vitiari. (*vt paulo antea in hoc cap. dicere cœperam*) quippe tunc, apertis exilib. venis, natura per interualla pellit. Cui malo ſubuenies, vt loco citato dixeram, ne videar pluribus locis de eadem ſe verba facere.

Caput X.

De Ani procidentia.

EX huiuſmodi alui fluxionibus & vlceroſis torminibus duo ſolent importuniſſimi 1 morbi pueris ſuccreſcere, qui ſane adeo moleſti exiſtunt, quod aliquando in calamitoſam vitam, aut, ſi diu perſtent, in mortem deducant laborantes, maxime puerulos: ſunt autem hi ani procidentia, & teneſmus: quorum latius meminiſſe oportebit, ſiquidem vigiliis, doloribus & innumeris aliis moleſtiis ita torquentur pueruli, vt nec quieſcere, aut alimentum ſumere, aut aſſumtum cõficere permittuntur.

Ani procidentia quid.

Eſt itaq; ani procidentia, exitus extremæ partis recti inteſtini, quam extremitatem, *anum ſeu podicem* dicimus. Qui ſane recti inteſtini meatus dicatus eſt tranſmittendis ſuo tempore fæcibus. Rectum igitur inteſtinum ob id longius factum eſt, vt cum recrementa reddere volumus, propellantur extra, ita vt non immorentur, aut remaneant in ſinu quodam, qui eſt, inter clunes, quia ob extenſionem rectum efficitur & peruium. itaque miniſterium retentionis fæcum exequitur natura validiſſimo quodam muſculo, à quo tanquam crumena ea pars vltima inteſtini conſtringeretur, ne ante tempus excrementa prolaberentur, & ob id *ſphincter* nuncupatur, à munere adſtringendi. Altero etiam opus habuit muſculo, ne vltima hæc prædicti inteſtini pars extra excideret, aut promineret, quia ei hæc vitia ſæpiſſime ſolent contingere. Quod ſane vltimum munus exequitur duobus muſculis, qui ex vtraque parte ipſum retrahunt, quia oblique ſupra rotundũ ſiti, ſurſum tenellunt, quib. ad maiorem fortitudinẽ adiectæ ſunt membranæ, quib. alligantur oſſi ſacro & lumbis. Primus in motibũdia

hiat;

hiat, animali facultate extincta: alter vero ob diarrhœam maxime acrem tantopere infirmatur, vt anum procidere relinquat, nec poſſit in locum ſuum reuocare. Quod ſi aliqua de cauſa excidere aut prominere contingat anum, vtrumq; vitiū prodit ex muſculis aut neruis his ſurſum reuellentibus, vel membranis alligantibus male affectis. Quæ ſane affectiones prodeunt plerunq; in pueris magis quam in adultis, aut ſenibus. Ratio eſt, quia puerorum corpora vbique humida & laxa ſunt: ſenes vero licet excrementitia abundent humiditate, propria tamen carent, & partes habent vbiq; reſiccatas: at in pueris ex innata laxitate prædictarum partium: & hęc multis de cauſis: prima quidem eſt horum muſculorum reſolutio, item inflatio & protenſio prædicti inteſtini. At huic etiam parti contingit, excrementa defluere permittere, nobis inuitis, cum videlicet ſphincter reſoluitur, & veluti paralyſi afficitur, de qua affectione alibi.

3 Cum vero anus prędictis muſculis non retrahatur, regerendum eſt in ſummam imbecillitatem, vel in eorum reſolutionem, vel quia, vt dictum eſt, inteſtinum protenditur. Imbecillitatis autem cauſa vel à ſummo virium languore prodit, vt in morientibus, vel à vitio inſtrumentorum: hoc autem à laxitate, quæ à nimia humiditate prodit, vt plerunq; in pueris ab alimentis vel potibus humidioribus, aut à ſeroſo lactis. Procedit etiam reſolutis duobus prædictis muſculis, vt contingit in paralyſi: item accidit poſt longam natationem in frigidiori aqua, aut diutina mora in aquis, etiam ſeſſionem moroſam ſupra terram aut partem humidam: ſicut ob quoduis frigus, vtcunque diu perſtiterit, aut ex humore fluido & aquoſo ad eam partem aliunde defluentem. Nec tamen raro contingit: ſed ſæpiſſime ob ingentem contentionem & enixum, tum in reddendis alui excrementis, durioribus aut acrioribus, vt teneſmo & vrinæ ſtillicidio, & calculo veſicæ grandiori, ac non etiam raro conſpicimus in partu difficili: item in dyſenteria. At inteſtinum protenditur & inflatur, ac podicem pellit, ob inflammationem aut humorum imbibitionem, quo tempore id noſces ex dolore & rubore ac tenſione. Hanc quidem inflammationem vocauit Hipp. *lib.* de fiſtulis, *phlegmata*: poteſt etiam rectum hoc inteſtinum ab aliis humoribus intumeſcere. Quorum omnium notitiam facile habebis ex relatione laborantis aut aſtantium. Eſt quidem hic morb. in ſitu huius partis mutato, quo & expulſio excrementorum & ambulatio vitiantur. Item hic affectus ex his eſt qui difficulter curantur, *vt Gal. 9 localium ſtatuit*: tum quia pars illa acutiſſimo pollet ſenſu, tum quia via eſt, qua excrementa prodeunt: item quia huic parti difficulter adhibentur præſidia, & adhibita difficilius continentur, & tum vltimo, quia ob acutum ſenſum, quia auſtera & exaſperantia ſutura ſunt, non admittit, neque tempore debito retinet, quia tranſitus eſt fæcum.

Ani procidētiam quę cauſa efficiant.

Ani procidētia cur difficulter ſanabilis.

4 Prima conſideratio in huius mali curatione habenda eſt à ſitu podicis: nam ſi extra appendet, leniter & blande reponendus eſt, ac in ſuum locum reducendus, quo ſtatu ſi durus ſit, frigidus ac veluti torpidus, præparatione habita, fotu *aqua calida, aut vini*: ac ſi laxus & veluti reſolutus, *vini calido cum guttulis aqua vitæ*. quo facto, manibus reponendus erit leniter & indoloroſe, quantum poſſibile fuerit, & mox interim dum parantur auxilia propriora & maiora, linteis ſuffumigatis (his quæ inferius leges) continendus ligatura, aut blanda manu, vel ſacculo puluerum vino irrorato.

Ani procidētiam curādi ratio.

5 Secunda conſideratio & præcipua eſt, quæ à cauſa delumitur: nam ex cauſis, quædam (quales ſunt internæ) primo conſulunt totius corporis prouidentiam, ante auxiliares manus, & topica præſidia quædam ſecus; nam externæ cauſæ nullam aut leuem requirunt corporis præparationem, ſed ſatius eſt mox auxilia topica adhibere, qualia ſunt quæ cauſæ externæ aut prægreſſæ impreſſionem derelictam in parte adimant & illidant, ac poſtea reductione præmiſſa, continentia, conſtringentia, & firmantia auxilia ſunt adhibenda. Verum, quia non raro impeditur in ſuum locum redire ob mucorem, quo obducitur, aut propter inflammationem, quę in magnitudinem morboſam eleuatur, horum quoque ante reductionem habenda prouidentia eſt. Sic profecto mucores primo abſterges, non muria, vt nonnulli cunſuluerunt, quia partis ſenſus non tolerabit ſine ingenti moleſtia, ſed *aqua ſaccharata*, maxime ſi aqua ſit pluuialis, aut aqua mellis plurimum diluta, quod ſæpius facies, & anum in linteis ea madidis inuolues. Ac ſi inflammatio apparuerit, primo ſanguinem mittes, vel vena ſciſſa, ſi grandis fuerit puer, vel brachiis ſcarificatis, vel cucurbitis ſcapulis affixis & ſcarificatis. Nam de purgatione prudentius conſiderandum erit, ſiquidem difficile eſt, per partem inflammatam humores educere, & ob id ſemper conſului ab his abſtinendum fore, cuius pręſidio vſum ſum, eo quod blande aluum moueat leniendo, aut potius per vrinam moueat, quale eſt quod fit ex *lib. 1 ß. ſeri caprini* optime depurati, & ex *vncia vna & ſemiſſe ſeminum melonum*, quod & vrinam mouet, & blande purgat. Sed inter omnia laudo *aquam ſtillatitiam lactis caprini*. Quæ profecto eo maioris momenti ſunt, quo magis dolorem ſedare curaueris inſeſſionibus tepidis ex decocto *roſarum, florum chamæmeli, meliloti, capitum papaueris, altheæ & nymphææ*, item vnctionibus ex *oleo roſaceo omphancino, lumbricorum*, maxime ſi veſicam prædicto decocto, aut his oleis ano appoſueris moderatiſſimo tempore. Prodeſt parti appoſitum *ouum coctum oleo lumbricorum & vino ac ſemine lini*.

In ani procidentia an purgatio adhibenda.

6 Sic facto initio, in reliqua curatione à paralyſi nerui, in eum muſculum inſerti, & laxitate prædictarum membranarum, idq; præ casu, ictu, refrigeratione aut defluxione in regionem oſſis ſacri, quarum vltima potiſſimum requirit corporis euacuationem: vel (ſi poſſibile fuerit per vomitum,) ſiue aliter purgatione leui ſemel bis, aut ter facta, ex ſyrupo *confecto ex decoctis pruni & cartami cum ſaccharo, aut prædicto decocto & ſucco roſarum Perſicarum*, aut aliquo ex his quæ ſæpius ſcripſimus purgandis pueris idonea. Quod ſi alicui prædictorum purgantium modicum infuſi *agarici trochiſcati* addideris, proculdubio vtiliſſimum facies, ſiue vomat, ſiue per aluum purges.

7 Quo facto, omni arte curabis partes reſolutas exſiccare, vnguentis, fotib: & emplaſtris ſupra coccigem

cigem & os ſacrum appoſitis. Fouebis primo *vino, decocto ex ligno Guaiaco, ſaluia & rore marino*: Item *aqua vitæ vbi ſaluia & chamamelum, aut nux muſcata, vel caryophyllus ferbuerint*. Ex eiſdem euaporationes parabis, & ſuffumigia conficies, quale eſt quod recipit *nucis muſcatæ, macis, caryophyllorum, cyperi, galangæ, florum anthos, ſtœchados, corticis thuris, maſtiches, & thuris maſculi ana ℥.ij. ladani puri. hypociſtidos & therebinthinæ, ana quod ſufficiat*, vt cum pice fiant trochiſci, qui in carbonibus poſiti fumum ſpirent. Parabis etiam linimenta, & vnguenta ex exſiccantibus & calefacientibus, quale eſt quod recipit *olei nardini, coſtini, & maſtichini ana ℥.i. vini albi odoriferi ℥.ß. cyperi, coſti, galangæ & piperis longi & nigri, ana ʒ.i.ß.* decoquantur in duplici vaſe, & locus oleo prædicto inungatur, maxime iuxta os ſacrum. Ex quibus vnguentum potens conficere magni momenti, ſi addideris *cera rubea & viridis*, quod ſufficiat.

In huius cauſæ prouidentia magna eſt habenda cura, alimentorum, lactis & potus: tum pueri ipſius, tum nutricis: nam exſiccantia & modice calefacientia eſſe oportet, & in ſumma, qualia paralyticis proficua eſſe diximus.

Verum ſi ab externa cauſa podex prolabitur, curare oportet, ac firmiter (poſt repoſitionem) continere per adſtrictionem & roborationem muſculi eius loci & membranarum, quibus oſſi ſacro, lumbiſq; annectuntur. Hæc profecto auxilia ſunt in triplici differentia: nam quædam profunt ſuffumigata, aut fota: quædam per inunctionem, & rurſus alia pulueris forma parti inſperſa. Fomenta quidem ſic parabis. Excipe *roſarum ſiccarum p.ij. florum ſaluiæ, plantaginis. ſummitatum abſynthii, myrthi & oleaſtri. ana. m.ß. balauſtiorum, gallarum, nucum cupreſſi ana ℥.i. ſeminis coriandri præparati ℥.i. maſtiches ʒ.ij.ß.* coquantur in vino rubro, & *aqua ferrata*. & cum *ſpongia* fiat fomentum. Inſeſſus etiam fiat in prædicto decocto, aut in alio quod recipit, *sharabe, maſtiches, corticum thuris, nucum cupreſſi, baccarum myrthi, boli Armeni. & balauſtiarum, an. ʒ.ij gallarum vſtarum, coralli rubei, ſeminis coriandri præparati ana drach.i.* ex quibus duo facies præſidia: primum, fotum, ſi incoxeris *vino rubro* & ex eo etiam inſeſſionem & euaporationem. Item hæc omnia in puluerem rediges, qui à fotu, aut ab inſeſſione aſpergatur per partem. Præterea ex eiſdem met ſuffitum parabis, ſi eis addideris *picis reſinæ partem tertiam*, & cum *therebintina trochiſcos* efformaueris, quibus igni appoſitis efficaciſſimus expirat fumus. Inſuper ex eiſdem vnguentum conficies, additis *oleis adſtringentibus. vt myrthino, lentiſcino, aut maſtichino, cum cera rubra & viridi*. Sed inter omnia auxilia, maximi eſt momenti cataplaſma, quod recipit, *ſtercora lacerti ℥.ij. ſtercoris columbarum. & hirundinum ana vnc. s. ſtercoris capræ vnc. ij. ſaluiæ in puluerem redactæ drach ij florum ſtœchados & ſaluiæ ac roſarum ana v.ß.* excipiantur omnia *therebintina & pice liquefactis, cum oleo myrtino, & maſtichino*, & reducantur ad formam emplaſtri, aut ſine oleoſis, & pinguoſis ad formam cataplaſmatis cum vino adſtringente. Cui etiam vſui multa alia operies *lib. de fœminarum morb. cap. de vteri procidentia*. In omnib. tamen cauere oportet, ne pulueres, linimenta, aut vnguenta acria nimis, aut vehementius exſiccantia ſint, aut adſtringentia: quia in pueris hæc omnia adeo magnam inferunt aſperitatem & moleſtiam, quod dolores & vigilias concitent implacabiles. Quapropter in pueris admiſcere oportet his quæ diximus, aliquid, quod lenire & ſedare reliqua vim habeat, vt oleis addere in doloribus *oleum papaueris*, in ardoribus *oleum roſaceum*, aut *cucurbitæ*: item pulueribus *ceruſam, amylum, aut terram ſigillatam*. Reliqua prudenti Medico committenda ſunt.

Capvt XL.

De Teneſmo.

Teneſmus quid.

TEnaſmi (qui nil aliud eſt, quam aſſidua egerendi cupiditas, ſine magna excretione) naturam, cauſas, ſigna & curationem complexus eſt Hipp. *lib. de affectionibus*, compendioſa quadam & mirabili ac artificioſa breuitate, ſic ſcribens. *Teneſmos vbi apprehenderit, ſecedit ſanguis ac mucus, & dolor fit in ventre inferiore, maxime vbi ad ſeceſſum deuenerit. Huic conducit, ventrem humectare, & pinguefacere ac tepefacere: & qua iuſſerat. ſubducere, & calida lauare, excepto capite. Solet autem hic morbus plures cibos expetere. Tormina enim, euacuato ventre à ſanguine ac muco pertranſeuntibus, & ad inteſtinum allabentibus fiunt. Cum autem inſunt cibi, minorem mordacitatem inteſtino inferunt. Et fit quidem ex eiſdem à quibus & dyſenteria, verum debilior & breuis. & non lethalis.* Primo, ſapientiſſimus Hippoc. explicat locum huius affectionis, nimirum inteſtinum rectum, *ea maxime parte, qua fæces ſecedunt: tunc quidem ſecedit ſanguis & mucus, præcedentibus aliquando torminibus videlicet, cum tranſeunt ſanguis & mucus: nam ex eiſdem fit teneſmus, ex quibus dyſenteria concitatur.* Quibus breui loquendi ſtylo Hipp. inſinuat, hunc affectum eſſe quendam appetitum inanem egerendi fæces cum dolore & moleſtia. Nam cum pars illa vltima recti inteſtini ſenſu ſit acuto prædita, & ex ſalſis mucoribus, aut biliofis, crudis & tenacibus ſuccis ſummopere excitetur, in perpetuo eſt egerendi deſiderio: verum quia prædicti ſucci mordaces non ob copiam, ſed ob acrimoniam, id ſymptoma commoueant, ob id, licet ingens ſit cupiditas egerendi, inanis apponitur conatus: quinimo aliquando ex vi conatus, & ex acrimonia irritantis, ſanguinis ramenta cum mucoribus ſecedunt. Quo fit, vt hic affectus nuſquam reperiatur ſine moleſtia & dolore. Eſt igitur hic affectus vitium tangentis potentiæ: quo expulſio deprauata aut diminuta, aut vtroq; modo elucet, quanuis ſic affecti conentur plurima excernere, vt rectum inteſtinum, & eius hæc extrema pars de more habent. In hac enim tangentis potentię læſione excitatur natura ad pulſum nocui laceſſita, non, vt ſecundum naturam ſolet, pondere excrementorum alui, ſed moroſicatione & impenſa moleſtia ſucci alicuius acris aut mordacis plurimum huic parti adhæreſcentis: ita vt ſe [illegible] in munere excretionis, licet nihil excernat: quia quod irritat, pauciſſimum eſt, & plurimum adhærens.

Huius

2 Huius importunæ & moleſtiſſimæ affectionis cauſa ſita innumera varietate ludere conſpicimus vt difficillimum ſit, eas poſſe diſtinguere, ac longe difficilius, noſſe vtriuſq; principium. Nam cum conſtet, quaſdam lædere primo & per ſe p[ro]p[r]i[e] dicê, vbi malum hoc viget. & quaſdam per conſen[ſum] vitiorum aliarum partium vicinarum: ac rurſus nonnullas prodire ex aliis partibus vel aliquid tranſmittentibus, vel per aliquam communitatem lædentibus, ob id difficilis eſt curationis, quantum & cognitionis: licet ipſe affectus ſua ratione notiſſimus exiſtat. Prodit hic affectus, vtcunq; ſit, re aliqua mordente, irritante, adhæreſcente, ac exulcerante & laceſſente naturam ad pulſum illius quod nocet, & id fruſtra conetur, quia nihil eſt quod poſſit excerni. tum quia paruiſſimæ eſt quantitatis rû. quia plurimum adhæreſcit, tum etiam, quia aliunde præeſt cauſa, ita vt per eam partem expelli non poſſit quantumuis natura enixu perpetuo conetur. Sic ex cauſis quædam in nuda diſtemperie ſitæ exiſtunt; quæ vel calida eſt, inflammatoria & irritans ea ratione: vel frigida: illa cû calore acri & rubore: hæc cum frigiditate ſicca & mordaci: illa qualis ex iecore calido, & excrementis bilioſis illuc deſcendentibus frequenter. hæc ex frigida natatione, aut ex ſeſſione ſupra ſaxum, aut rem aliam frigidam, quæ partem illam conſtringant. Aliæ rurſus cauſæ, & frequentiores. ſitæ ſunt in adhæſu humorum viſcidorum, ſalſugine, acredine, & mordacitate affectorum, haud ſecus quam in dyſenteria contingit, qui cum ibidê impacti ſint, perpetua irritatione moleſtant, & ſemper cogunt in enixu eſſe. Ad hanc cauſam reducea vlcera inteſtinorum, maxime recti. Pari etiam efficacia prodit ex vermibus ſemper eam partem mordentibus: cui conſimile irritamentum efficit ſtercus durum ibidem diu detentum. Inſeſta hic modo eſtiſmus affectus non raro ex ani rhagadiis, à quauis cauſa excitentur: nam etiamſi cauſa quæ ipſas concitauerit, ceſſet, ipſæ tamen rhagades ſemper ad egerendum laceſſunt, ſicut quæuis alia ſolutio continui, quę ibidem pręſit: & eo maxime, quo inceperint fæces deponere, aut poſtquam depoſuerint. Sed preſſius & moleſtius id malum machinatur veſicæ lapis, maxime ſi inæqualis ſit, qui pungendo veſicam mordet, & ob viciniam rectum inteſtinum laceſſit: ac nô minus, cum calculus grandioris fuerit magnitudinis: nam pondere idem vitium conciliat, quia ægrotans arbitratur, ibi ſtem magnam eſſe ſtercoris dum compreſſam copiam, quã perpetua & inani cupiditate egerendi nititur expellere, licet fruſtra tentet. Eſt n. inter veſicam & podicem adeo mutuus conſenſus, quod veſicæ vitia ipſe luat quoque, & recti inteſtini mala vrinam frequenti deſiderio natura reddere conetur. Nec minoris mali cauſa exiſtit inflammatio adenarum paraſtatarum, vteri & partium vicinarum, nec non & defluxiones à ventriculo, meſereo, aut ſplene, & aliquando à capite præſertim catarrhoſo, cum iecore calido.

3 Cauſarum varietatem noſces ex relatione: ſi perpeſſus fuerit puerulus dyſenteriam, aut fluxum quemuis ex acri, mordaci, fœtido, aut maligno alio humore: ſi forte ſederit ſupra petram, aut locum alium frigidum: ſi inter excrementa lumbricum eiecerit aliquando: nam ex his facile noſces cauſam, aut ex harum priuatione alias exquires. Quippe tunc tenetis ab excretis cauſam rimari, nimirum, an mucoſa aliqua excernantur, ſi acria, ſi viſcida, ſi bilioſa, ſi dura & ſicca: hæc n. euidenter monſtrant, materiam mordacem id malum efficere. Quod ſi nil horum apparuerit, inſpicere partem oportet, ſint ne in ea rhagades, aut vlcus aliquod: & ſi ne id quidem apparuerit, & in vrina aliquod vitium præfuerit, côſtabit euidenter, vel inæqualem calculum, vel grandiorem lapidem per conſenſum teneſmum efficere. ſicut ex priuatione horum omnium, fieri à defluxione alicuius prædictarum.

4 Tribus modis inſtituenda eſt huius importunæ affectionis medela & ſubſidium: *vno*, qui cauſam illidat *alio*, qui ſymptoma vehementiſſimum enixum & dolorem leniat: *& tertio*, qui contractum in podice vitium prorſus extirpet & curet. Vérum quia omnis recta curandi inſtitutio, vbi nil adſit quod impediat, à cauſa malum excitante auſpicanda venit, ob id iuxta pręhabitam diſtinctionem cauſarum, initium ſumere oportet, ſi prius dixero, quod ſi à calculo veſicę inæquali, aut grandiori lapide, malum oriatur, fruſtra laborabit qui ſtuduerit veram curationem præſtare, niſi calculo extracto: ſatis n. erit, vt teneſmus ſubſideat, diligenter incumbere. Cæterum quia lapidem extrahere, neq; ita facile, neq; ſemper tutum exiſtit, ob id in hac cauſa, interim dum maiori, & totali præſidio per lapidis extractionem vtimur, prorſus mitigatoria curatione rem agere, & qualis illa futura ſit, mox docebo.

5 At ex lumbricis, pari ratione ipſis extractis, aut extinctis, huic malo prorſus medeberis, vt proprio capite inferius reperies vt decocto *abſynthy, marruby, Perſicariæ & centauri minoris cum myrrha & amaris omnibus, cum hiera & picra.*

6 Cæterum ex nimia perfrigeratione, vtcunq; ſit, primo calfacere oportet linteis calentibus, aut aqua calida: vel, ſi hæc non profuerint, *calido vino* fouebis, & in eo vel in aqua coques *pulegium, origanum, chamæmelum, hyſſopum*, & ſimilia. Item euaporationes, inſeſſiones ac fomenta adhibebis, cum *meliſſa & ſalvia*. Erit quoq; vtiliſſimum, ſedem & perinæum inungere *oleo dulci calido, vel chamæmeli aut naphe, aut liliorum alborum.*

7 Quod ſi à recrementis induratis & retentis malû oriatur, clyſmatis & inſeſſionib. ex decocto *maluarû, althea, violarum, malagmae fænugræci & ſeminis lini, cum oleo ſeſamino, ſeminis lini, & amygdalarum dulcium, aut violarum vel roſarum*, ſi ardor ea parte ſentiatur. Erit etiam iniectio *olei communis cum vino* vtiliſſima.

8 Verû ſi multa pituita viſcida circa ſedem cauſã præſtiterit vtiliſſimû erit *vino & hydromelite*, aut *aqua medice ſalita* clyſmata inijcere, addito ſucco *mercurialis*, vel aliis quæ abſtergere poſſint, *vt melitã vino*:

9 At ſi medicamentum acre, aut vlcus à dyſenteria relictum, malo cauſam præſtiterint, præter alia quæ in propriis capitibus proficua fore diximus, poſt pinguium (*vt butyri & olei*) vſum, ad deterſionem te conferes hoc clyſmate. Excipe *olei torrefacti p. ij. foliorum myrti acrimoniæ ana m. ij florum centauri minoris p ß. roſarum ſiccarum & abſynthy, ana p* i. fiat decoctio in *hydromellite*, & ea vtere: ac ſi vlcus ſordidum fuerit, addes *vnguenti pompholigis modicum*, & poſtea nonnihil *diapalma*.

Verum

Teneſmi quibus oriatur cauſis.

Dignotio cauſarum.

Teneſmum curandi ratio.

Verum quia ſæpius in pueris maius faceſſit negotium teneſmus propter dolorem, enixum, plorarum & vigilias, ob id cuiq; cauſæ adhibebis mitigatoria huius accidentis, maxime ſi cũ calore aut ex calore malum ſuboriatur: quippe ad calorem compeſcendum proſunt inſeſſiones & fomenta *maluarũ, althea, violarum & branchiæ vrſinæ*: quibus addere oportet frigida citra adſtrictionem, vt *folia violarum, cucumeris vel melonis, aut papaueris, lactuca vel ſolani, cum oleo violarum, roſarum, & modico papauerino* ı dolor & ardor plurimum valuerint. Mitigant etiam hoc ſymptoma fomenta & inſeſſiones ex decocto *verbaſci, dictami Cretenſis, & taſſi barbaſi*: cui vſui appones ſpongiam etiam his imbutam, & ano affixam. Proſunt etiam ſuffumigationes ex *reſina therebintina, & ex pice, aut nucleis pineis*, vel ex ipſo *ligno piceæ*. Valent & glandes in anum immiſſæ ex g.ıy *opy. & ∋.s. croci*, & altero ſcrupulo *thuris, cum vitello oui aſſati*: nam dũ dolor viget, & alia non proſint, ad hoc etiam veniendum erit. Similiter & *vitellum oui aſſatum cum butyro vaccino, aut oleo amygdalarum dul. vel oleo papaueris*, quod mirum in modum prodeſſe ſolet. Quod ſi quid adhærens fuerit, vel in rhagadis aut vlcuſculis inhæſerit, aut ex frequenti enixu ea pars inflammetur, aut incaluerit, præter temperata fomenta, mirabilem efficies lotionem, quæ & artemperet, & mitiget, & abſtergat. Nam recipit *decoct. roſarum, & violarum, & maluarum li.i.ß. ſeminis cotoniorum* ℥ ıy. *ſeminis pſylii* ℥.ß. & extracta mucilagine cum colatura addes *ſacchari albi* ℥. ıııȷ. & omnia hæc inſtillabis in alembico vitreo in balneo, & eis vteris, fomento, ſyringa, aut quouis alio modo. Quod ſi hæc non profuerint, *vnguenta rubra* aut ad rhagades ſcripta vteris, quibus vlcuſcula curentur.

Caput XII.

De puerorum dentitione.

Dentitio quid. Qvantvmvis dentitio naturale miniſterium ſit; cum hoc tamen inter morbos pueriles annumeranda venit, non quidem ratione ſuæ naturæ, & cauſarum eius, ſed ob grauiſſima (& aliquando periculoſa) accidentia quæ ſecum accerſit. Nam licet dentitio nil aliud ſit, quam dentium è ſuis alueolis eruptio (ſiue actum erumpendi, ſiue tempus eruptionis conſideres) cum hoc tamen, quia dentiũ ſubſtantia oſſea eſt, carnem diſrumpens, dolores & varia concitat accidentia, quæ corpus morboſa affectione mille modis moleſtet, & ea ratione inter pueriles morbos iure optimo venit annumeranda. 1

2 *Dentes cur duri ſolidi & frigidi.* Eſt quidem dentibus oſſea ſubſtantia, & cunctis oſſibus durior, propter frequentem attritum: ſolidior propter externas iniurias, quib. reliqua oſſa carne munita carent: frigidior, & cum hoc minus à frigidiorum incurſu læditur, licet à frigidis, poteſtate & exceſſu plurimum lædatur, vt Hipp. ſententia docet, ſtatuens, *frigida eſſe dentibus inimica*: nam ab his quæ conſueta ſunt & exterius accedunt, non ita offenduntur: qua lege Hipp. intelligendus venit: quippe dentium ſoliditas ad perferendas externas iniurias plurimum iuuat.

3 *Dentes doloris expertes.* Doloris etiam, vt reliqua oſſa, dentes expertes ſunt, ne mutuus per manſum attritus, eſſet illis dolorificus: nam licet doloribus ſæpe moleſtiſſimis inſeſtentur, non ab oſſea eorũ eſt ſubſtantia, ſed quia intus caua exiſtit, venulis & arteriis ac neruo intra cauitatem prædita, quib. non ſolum dolore, ſed pulſatiua & immani cruciatu moleſtatur. Probat hanc veritatem manſio citra dolorem, & fractio, atq; limatura; quæ omnia perſert citra dolorem, donec ad neruulum intus protenſum perueniant.

4 *Dentes 32. figura & officio differunt.* Dentium quidem numerus, vt plurimum, triginta & duo ſunt, figura & officio differentes. Notatur prima differentia octonario numero, quos *inciſorios, ſeu primores* nuncuparunt antiqui: tum quod inter ridendum, deductis labris appareant: tum vero quod ad incidendos cibos dicauerit natura. Secunda autem differentia *caninos* appellatos continet quatuor, frangendis durioribus cibis deſtinatos. Tertia continet *molares viginti*, tales nuncupatos, quod cibos mulant & alterent. Præterea ſinguli pro officii dignitate congruam ſortiuntur figuram: nam inciſores latam baſim & extremitatem tenuem: canini baſim quoq; latam, ſed extremitatem acutam: molares ſuperficiem latam aſperam & inæqualem. Inſuper inciſores ſolum gaudent vna radice, vt canini: ſed hi longiore & duriore: ex molarib. vero ſuperiores radicibus trib. inſigniuntur: aliquando etiam quatuor: inferiores ſæpius duobus: ſed horum poſtremos duos ſuperiores, *dentes ſapientiæ* nuncupauit Hipp.

5 *Dentes cur non ſimul omnes emergant.* Præterea licet omnes veri dentes ſimul generentur, non tamẽ omnes ſimul emergunt & extant. inciſores n. aut ſaltem eorum epiphyſes, quinto aut ſeptimo fere menſe: canini nono, decimo, aut duodecimo: molares vtrinq; primo biennio: reliqui omnes ſeptenario primo annorum exceptis duob. vltimis in vtraquaq; maxilla, qui *ſapientiæ* dicuntur, quorum varium eſt exortus tempus: nam prima dentium productio cum aliis oſſibus initiata eſt in vtero: ſecunda, quæ plurimum eſt doloroſa (quia gingiuarum carnes diſrumpit, & mille alia accidentia accerſit) dicto tempore: Tertia, vt prima, indoloroſa eſt, quia maxillæ & gingiuæ iam perforatæ ſunt, in ſecunda dentitione, quæ eſt cum primo dentes extra prorumpunt, multi primam dentitionem appellant. In qua ſciendum eſt, vt nuper cœperam dicere, prima dentium ſeminaria & fundamenta fieri, & ex lacte eorũ augmentum, donec prorumpant & appareant: & rurſus redentitionem fieri, poſt caſum & corruptioné dentium qui primo apparuerũt.

6 *Dentis cauſæ procreatrices quæ.* Cauſas procreatrices habent dentes vt reliqua corporis membra: nam ab eadẽ potentia formantur calore efficiente, ob vſus & fines varios, nimirum loquelá, & ciborum miniſterium & maſticationem: à materia quidem duplici: vna cũ reliquis partibus, ſemine nimirũ, à principiis generationis in vtero præſtita, dentium rudimenta licet in homine obſcura, & in alueolis recondita gingiuarũ, cæterũ

bruto

brutis quibuſdam manifeſta. At materia ſecunda, propria eſt dentibus anterioribus, ab excremento viſcido tertiæ coctionis reſiccato, epyphyſib. dentium dicato. Nam ſic Hipp. lib. de carnibus loquitur. *In vtero dentes ex menſtruo: extra vterum lactentib. ex lacte calidiore & ſicciore partim: ablactatu ex ciborum aliditate materia.* Itaq; epyphyſes illæ excluduntur ſine vllis radicibus, quæ veris dentibus accedunt, & ſic dentes ſemper creſcunt, ne frequenti attritu ante tempus deficiant.

7 Non placet hac in parte plurimum immorari in enodanda differentia inter dentes & reliqua oſſa, cum certū ſit plurimum differre, quantumuis ſecundum genus & materiam idem eſſe videantur; vt teſtatur Ariſt. 2. *de gene. am. c.* 4. quia differunt ſecundum ſpeciem: nam oſſa omnia in prima hominis conformatione emergunt; dentes multo poſt. Inſuper oſſa deſtinato tempore creſcunt: dentes toto vitæ tempore. Dimitto, oſſa ſenſu priuari: dentes ſuo modo dolere, præterquam q̀ oſſa vbi ſemel perierint, non amplius renaſcuntur: dentes ſæpiſſime. Sed de hac re hæc ſint ſatis: quib. conſtat reſponſio ad dubitationem, & explicatio locorum Hipp. vbi videtur ea diſtinguere, dicens *frigidum oſſibus & dentib. inimicum*: nam ſi idem eſſent, ſufficeret vnum eorum dicere.

Dentes & oſſa quibus differant.

8 Quantumuis dentitionis affectio reponanda ſit inter ſymptomata actorię facultatis, à morbo dependet facto per ſolutionē continui ortā à re dura commota per teneras gingiuarū partes: verū quia actus eruptionis à natura recte agente conetatur, ob id nullā expoſtulat curandi rationē, ſed res hęc omnis contenta eſt ſola mitigatoria artis parte: nā ita ſolent exacerbari huius mali accidentia, vt non parum verendū ſit, ne in maiora degeneret. Quo fit, vt duo incumbat curaturo Medico miniſteria exequi: primū eſt, accidentia corrigere: ſecundum vero gingiuas diſponere, quo facilius & indolorosius rumpi poſſint. Primum vero, q̀ ad correctionem accidentium attinet, ea prolixius ſunt quæ retulimus præcedentib. capitibus: nimirū *alui fluxus, dolores gingiuarum ceruicis & mandibularū, tuſſes, catarrhi, & reliqua* quæ præ dolore & ſolutione continui commouentur: ſicut & ſomnia, vigiliæ, & pauores, quib. oō opus eſt ſubuenire, vt repræſentat accidentis ſæuitia, ſed vt cauſa ſolum expoſtulat: alia ex dolore prodeunt, ſat eſt ea mitigare, niſi accidens maius ex ſe periculū mineretur: nam eo tempore curare oportet, ne malum grauius efficiatur. Nā in dentitionis accidentib. monere velim lectorem, ne penitius eorum ſæuitia, citra conſiderationē auxiliares manus adhibeat: nec rurſus credens, omnia accidentia & mala, quæ in dentitione patiuntur pueri, à dentib. prodire, citra auxilium miſere permittat puerulos torqueri. Quippe certiſſimum eſt, q̀ ſi hæc mala adeo creuerint, q̀ vires proſternant, non minus periculum eſt auxilia denegare, q̃ vbi leuia ſunt, auxiliares manus adhibere. Cæterum circa gingiuarū pręparationem, ſemper ſatius ſuit cenſui, rem omnem naturæ committere q̃ inutiliter tempus conterere & emolliendis gingiuis. Quas profecto nil citius aut tutius q̃ copioſa & tenuis humiditas, quæ pueri eo tempore in ore abundant, emollire poterit. Et ob id tanquam vtilius ab omnib. probatur, rem aliquam duram, ſiue ea *cryſtallo*, ſiue ea *iaſpide viridi*, aut ex *ferro auro*, & *argento*, per gingiuas leui compreſſione trahere: nam cum hoc tempore ſum oris calorem compeſcunt, & pueris gratum efficitur leuamen. Quippe pinguia aut glutinoſa, ſi forſan infantes deuorauerint, præter id q̀ leuiter emolliunt, quia parum ibidem immorantur, ventrē mouent, aut cibi faſtidiū accerſunt. Cum huc tamen multa ſunt, quæ ſi eis prudēter vtaris, maximum præſtant pueris leuamen (nam leuare dolorem ex ſolutione continui, magni eſt vſus) & ploratum compeſcunt, ac ſomnum conciliant. Ob id curet ſemper nutrix papillas frigidas puero præſtare, aut prius fomentis leuare, ex decocto *maluarum, violarum, lactucæ*, & vſq; ad *ſolatrum, cum oleo amygdalarum dulcium, aut roſarum*: item eodem oleo loco prædictis decoctis cum *modica cera*. Prodeſt linimentum ex *butyro, aut ex butyro & melle, ex axungia ex medulla oſſium vituli, arietis, hædi, vel adipe gallinæ aut anatis*, ex quibus poteris linimentum parare ad colli & ceruicem, qua pueri plurimum leuantur. Valet inter omnia cerebrum leporis, ſi totum caput fregeris, ac gingiuas eo perfricaueris. Idem facies cum *cerebro hædi aut gallinæ*. Prodeſt & vitellum *oui cum butyro*. Tanquam dubia prætermitto quæ nonnulli conſulunt collo appenſa, *vt dentes lupi, iaſpis, aut dens viperæ*, & reliqua.

Dentitionis affectio quã curationem poſcat.

Capvt XIII.

De lumbricorum generatione & curatione in pueris.

1 Parvulis fere omnibus, ſiue ea lactis craſſitie, ſiue ex panis immodico vſu frequēter lumbrici adnaſcuntur in inteſtinis, ſed maxime cū & lacte & pane ſimul veſcuntur. Eſt quidem hoc malum adeo frequens, importunum, & ſæpe periculo plenum, q̀ niſi diligentia præueniatur, aut dum adeſt, curetur, proculdubio multorum malorum ſolet eſſe cauſa, eaq; adeo efficax, quod nulla alia maiora poſſit præſtare, aut grauiora accerſere accidentia, quam quæ à lumbricis prodeunt, vt mox referam: ſi prius dixero pauca quædam de natura & generatione lumbricorum, quibus quiſq. eorum prouidentiam (quod ſatius eſt) habere poſſit, & ſciat, antequam lethalia ſymptomata accerſant (vt de more habent) quod agere oporteat.

Lumbrici quib. cauſis naſcantur.

2 Vermes, ſeu interaneorum animalia, aut lumbricos (eſt n. vermis animal viuum in ventre genitum) pueris & plurib. hominum in variis humani corporis locis gigni, euentus fidiſſimus monſtrat. In qua re monere oportet lectores (ne decepti vocabulorū ſimilitudine, in re ſcientia decipiantur) non eſſe leuem differentiam inter hoc verbum *Vermina*, ſeu *Verminationem*, & inter *Vermes*: quia hoc ſolum ſignificat animalcula in viſceribus genita: illa duo vero, tormina, ſeu torſionem inteſtinorum: nam ſic ea diſtinguit Seneca *epiſ.* 97. Lumbricus vero animal eſt, morbum à toto genere præter naturam, & va-

Vermes in variis corporis partib. gigni. Vermina, Verminatio, & lumbricus differunt.

rias læſionas actionum concitans, qui ob id dicitur toto genere præter naturam, qui cauſa finali caret, licet ſecundum communem & vniuerſalem naturam, ſuum habeat finem. Sed de his alibi.

In hoc autem morbi genere compertum habemus, quibuſdam puerorum adeo copioſum lumbri- 3
corum eſſe prouentum, vt non vnius ſortis, ſed plurium in ipſis generentur. Cuius euentus veritas multis modis probari poſſet, niſi quotidianum experimentum ſufficiens probaſſet: nam ſæpiſſime conſpicimus, varias eſſe lumbricorum ſortes: quoſdam frequenter apparere, alios rariſſime, & monſtroſæ apparitiones non ſolum diuerſi ſpecie, ſed & loco in quo generantur, & per quem excernuntur: ſicut monſtroſus etiam eſſe ſolet eorum numerus. Communis itaque fere omnium autorum ſententia eſt ſolum tres lumbricorum ſpecias reperiri: nam quidam ſunt *rotundi*, plerunque gracilibus inteſtinis geniti, qui nonnunquam in ventriculum irrepunt, & per os vigilantib. proſiliunt, dormientibus vero per nares: quidam ſunt *lati*, cucurbitæ ſemini ſimiles, plerunq; geniti in craſſo inteſtino, vel in coli cellulis, qui mira ſerie inter ſe connectuntur, vt in magnitudinem incredibilem extendantur. Alii præterea ſunt paruiſſimi, *aſcarides* nuncupati, plerunq; adiscentes recto inteſtino, & ad anum peruenientes, & cum fæcibus (vt in canibus) excretos cernimus. Præter hos nonnulli *latos* addunt, quos ad cucurbitinos reduces: & *tineas* nuncupatos, ad aſcarides. At præter hos *erucæ ſimiles* quidam autores excretos referunt ſe vidiſſe: alii *ſcarabeos* æmulantes, quos & alius prætermitto tanquam monſtroſas rarit ates. De loco per quem excernuntur, non minor eſt controuerſia: nam & viſi ſunt excerni per aures, per nares, ex pulmone, & per vterum, & cum vrina. Sed hæc non ſunt noſtri inſtituti.

Lumbricorum tres ſpecies.

De cauſa autem efficiente, licet multa autores fabulentur, tamen poſtea reincidunt in eam met 4
quæ multis argumentis & rationib. ſtuduerunt infirmare, & ob id ſatius fore arbitror ſtatuere, hæc animalia fieri, ſicut quæ à cœlo producuntur ex putredine terræ: non quidem vtcunque & quouis tempore, ſed cum ad eam diſpoſitionem per putredinem materia peruenerit, quæ neque vt excrementum cum aliis excernatur, neque vt alimentum in nutritionem degeneret, quia facta eſt media inter excrementum & alimentum, tamẽ alitioni ineptum: ſed quia ob aliquam ſimilitudinem quæ remanſit poſt putredinem, vt in alimento viuenti non prorſus diſſimili, calor partium vbi præexiſtit, vehementer diſponit, & ad viuentem ſubſtantiam corporis nititur reducere, & cum id videatur impoſſibile, ob prædictam ineptitudinem, cœli virtute concurrente, viuens quoddam generatur, ſed ſpecie diuerſum ab homine, lumbricorum formam ſuſcipians: quia talem ſuſcipere formam apta redditur calore hominis materia, non quidem qua calor hominis eſt, ſed qua calor viuentis: nam ob id in quouis animali generantur iidem lumbrici, quamuis animalia ſint diuerſæ ſpeciei, propter conformitatem modi caloris vt viuentia ſunt, cœlo tamen concurrente, vt cauſa æquiuoca, quę ad minus debet eſſe æque perfecta viuenti à ſe genito: maxime concurrente virtute intelligentiæ. Sed de his alibi.

Lumbrici quibus excitantur cauſſis.

De materiali vero cauſa, ſolum ſtatuam eam quæ lumbricis in viuentium corporib. generandis 5
idonea eſt: quam arbitramur eſſe pituitam ſolum, non alium ex humoribus, licet in aliis rebus animalcula ex putredine variarum ſubſtantiarum generari poſſint: at in homine ex ſola pituita hæc ob innatam frigiditatem non poteſt adeo intranea & totali putredine corrumpi, quod prorſus deſtituatur ab aliqua qualitate, quæ non prorſus ſit diſſimilis, & aliena à noſtra ſubſtantia: & ob id membrorum calor, ſi vehemens ſit, coctione nititur reparari: & cum id ſit impoſſibile, in dicta animalia modo dicto commigrat. Et licet autores ſtatuant, minorem putredinem poſſe melancholiam contrahere, quod frigida etiam & ſicca ſit, & cum hoc ex ea vermes non fiunt, expendant, obſecro, ſubſtantiam melancholiæ diſtinctiſſimam eſſe à noſtra viuenti ſubſtantia, & ob id licet raro putrefiat, nihil tamen in ea remanet, quod poſſit à noſtro calore beneficium ſuſcipere, vt pituita: quæ ſicut cruda in ſanguinem, & ex eo in noſtram ſubſtantiam verti poteſt: ita eo modo putrefacta aliquid adleruat, quo calor in eam agere poſſit, licet non prorſus perficere. Et hæc de cauſis lumbricorum ſint ſatis; iuxta huius inſtituti rationem.

Hanc autem rationem in curatione lumbricorum conſiderare ſtudui, quod materia in primis 6
minuatur, quod lumbricos genitos educamus, viuos aut mortuos, & accidentibus quæ non rarc lethalia ſunt, ſubueniamus: licet aliquando euerſo ordine cogat nos incipere vigentiæ ratio. Prius tamẽ hęc conſiderare ante omnia oportet, quod accidentia lumbricorum ſępiſſime ſimilia ſunt accidentib. aliorum morborum: quapropter diſtinguere oportet, à qua nam cauſa proficiſcantur, ne nos ſimilitudo decipiat: & ob id viſis accidentibus, quorum cauſam nequimus conſequi, coniectabile eſt, forſan ex lumbricis ſuccreſcere: maxime ſi poſt dentium eruptionem (aut nullis apparentibus dentitionis ſignis) appareant: nam id eſt tempus, quo frequentius gigni ſolent. Sed lumbricos præeſſe cognoſces, ex copioſo prouentu humiditatis ſaliuoſæ labiorum noctu inter dormiendum, & de eius exiccatione in die, quia extenſa caliditas non ita liquat, ſicut noctu collecta. Item ex turbulentis ſomniis cum rixa & mentis alienatione, ob vapores putridos ſurſum elatos. *Præterea* ex dentium ſtridore, ac perpetua & inani maſticatione, quæ conuulſionem æmulatur ab eiſdem vaporibus factam in muſculis maxillarum: quibus ſi adiungatur punctio & dolor oris ventriculi, maioris certitudinis eſt indicium. Quod ſi malum vltra pergat, colores faciei mutantur in ſubalbidum aut ſubrubrum, retracto intus calore, ac iterum euaporante ad faciem: adſunt & caros, ſyncope, febris, extremorum frigiditas, cum ſudore frigido, & lamentabili querela ac ploratu. Venter quoq; ſi tangitur, durus ſentitur & ſub manu ſubſultans, cum fœtore anhelitus, & tuſſicula inani ac ſicca, cum motibus conuulſiuis. Sed *teretes* eſſe *lumbricos*, ſpecialius cognoſces, quod pueri inter dormiendum tremunt & exurgunt, ſiq; cũ clamore expergiſcuntur, & iterum procidunt in ſomnum. Item ex his quidam ſingultiunt, & lingua

Lumbricorũ dignotio.

foras

foras protenduot: oculos claudunt, & taciturni ſunt, & ferunt moleſte e a citari: ac ſa[illegible] qoe-unt ob impotentiam: præter [illegible]uam quod dentibus ſtrident & maſticant, & fere [illegible], & pul-ſu quaſi deſti[illegible]ur, cu[illegible] nu[illegible] frigido ſudore, & pulſu inæquali: ſe iactant in ſ[illegible] eleuant [illegible] mauer[illegible] ao[illegible] ceptui [illegible] euomunt, vel vix [illegible] uorate [illegible] ſunt, ob frequente[illegible] nauſea[illegible] inflatur, & o[illegible]da at[illegible] ipra e[illegible]. *Latai vero luai*[illegible] fæcile cognoſces, ſiue eum febr[illegible] ſiue [illegible]cus [illegible]ſta[illegible]t: nam [illegible] m[illegible]o a [illegible], maxime in lon[illegible] turnis febribus, & cum ho[illegible] n em[illegible]ca[illegible] in a[illegible] n[illegible] ſemper habent adiunc[illegible], [illegible] ſi c[illegible]bum auferas animo deficiunt, & [illegible]na v[illegible] & [illegible] cito excernu[illegible] opere g[illegible]deſcunt & [illegible]p[illegible]es fi-un[illegible]us tan[illegible] ctum eſt, [illegible]m tecrementis quædam ſemini cucurbitæ ſeu cu[illegible]meris ſimilia excern[illegible] p[illegible]ſtaturit 4.[illegible] *morb & Gal. 1. de locu* Aſcari[illegible]es lumbri[illegible]os facile cogn[illegible]ces, tum ex a-ni, vbi [illegible] u[illegible] immorantur, pruritu: tum quia vi[illegible] pe[illegible]cipiuntur facile, atteſtantes magnam ci-borum [illegible] ſepreſſeni.

His autem [illegible] ſtrutis, ſi puer ſolum lacte [illegible]tatur, ſat erit eius minorem quantitatem porrige-re: aut ſi quid ali[illegible] ſolum antea admiſceueris, auferre vel [illegible]minuere curabit, & ventrem (niſi fluat) clyſ-maris præuenies & mox ante omne conſilium materiam eorum imminues. In citius imminutione cõ-ſidera, eiſdem poſſe bene auxilius, quibus & lumbricos excerni: quod duplici beneficio præſtantius eſt. Et ob [illegible] quo[illegible] inua præſidia adhibeas, puttem pituitam & chylum viſcidum primo acceſſu purgabis: exhibito infanti *mellis Perſici cum aqua graminis medica, aut ſyrupo abſynthy, vel mentha ſemuncia* nam hac in parte non eſt mihi in animo [illegible] natu ma[illegible] b[illegible] curare, ſed [illegible]lum in infantibus) cum mo-dica *aqua rhabarbari, aut lactu ſeminis cartami, aut inf[illegible] ſolterum ſena.* Qua leuiuſcula purgatione fa-cta, ad ea traſeundum eſt, quæ & lumbricos inte[illegible]ficere, & eos extrahere nata ſint, ſeteres maxime & primo. Si prius conſideraueris, in pueris febrientibus, aut natura calidis, ſemper his quæ frigida ſunt, v-tendum eſſe ad lumbricos interne candos, & in reliquis adhibenda ſunt quæ calida exiſtunt. Frigida hinc vſui proficoa ſunt, *coriandrum portulaca herba & ſemen & atriplicis ſemen, hypociſtis, terra lemnia, ſemen plantaginis, & folia ſerri, cichorium, dens leonis, acetaſa, rubi mora, & caul culi eius cacitex acetra.* Calida vero ſunt, *ſalia Perſici arboris praſium, centaurum, abſynthium, abrotanum mentha, radix tridu* & al[illegible] a eiuanatu rae. Sed placet, vbi febris non adeſt, omnium miſturam facere, & in teretibus lumbricis his aut ter in hebdomada puero præbere pulueris ex *vermibus terreſtribus ſalſis* ℥ i. aut in minorib. natu ℥ ß cum *ſyrupa de acetoſitate citra.* Item præſtabis eandem doſim pulueris, qui recipit *ſeminis quod lumbricas internecat, ſan-toanicum nuncupatum* ʒ ij. *carnu cerui vſti, ſemina citra cedoaria & portulaca, ana* ʒ i ß. miſce, & modo dicto præbe. Præſtat & *acetoſitatis citra* ℥ i. *ſucci menthæ* ℥ ß. miſce, & paulatim puerulo adhibe. Inter al[illegible] vero quæ autoribus probantur, multa reperio quę infantibus ex vſu eſſe nõ poſſunt, & cum mihi in hac par-te ſolum in animo ſit, eis ſubuenire, ea tantum ſcribam, quæ his profutura; quæ adult[illegible] f[illegible]es proficua, ſa vel copiam adaugeas, vel fortiora admiſcueris. Sic profecto ex vſu eſt ſerapium ex *mentha, ex abſyn-thio,* & facto ex decocto *fumaria, graminis & centaurÿ minoris.* Item ſerapium ex *portulaca, & ſemine citri. &c atriplicis, ſeminis plantaginis & acetoſa.* Præſtat & pulueris qui recipit *ſeminis ſantonici* ℥ ß. *cornu cerui vſti* ʒ i. *ſeminis abrotani* ℈ i. *pulueris roſarum* ℈ ß. *vrtica & braſſica ſeminis ana* ß. miſce, & fiat puluis, quem infunde in decocto calaminthæ graminis & abſynthii, & poſt noctem exprime, & eius colaturæ puerulis adhi-be *cochlearia* duo, aut ſi mauis, confice ſerapium, nam mirum in modum eis opitulabitur: vel prædicti pulueris exiccari in vmbra poteris modicum præbere cum ſaccharo. Præ[illegible]rea f[illegible]lus ſemi[illegible]is *ſantonici pulua* cum lacte nutricis iuuare ſolet, aut [illegible]um decocto *abſ[illegible]nthy,* vel cum [illegible]*rupo menthæ.* Ex vſ[illegible] quoq; eſt *aqua lupinorum* potui data cum puluere radicis, aut decocti eius. Item ſerapium ex *ſucc[illegible] marruby cum mel-le.* Sed quid opus eſt multis recenſere, quæ his parari ſoleant ad varias ætates va[illegible] [illegible] dde *aloe r[illegible]*[illegible] *ro, agarica,* & ſimilibus, quibus lumbrici internecantur, & educuntur, non ſolum teretes, [illegible] & [illegible] A-ſcaridibus vero prouidebis cognita mali radice, nam ſæpe ſolent hæreditar[illegible]um aliquid fort[illegible] vt ma-teria adeo alicui parti inhæret ſua & à vitio partis propagata, quod hæreditatem æmoletur: ſi quid [illegible]m adeo eſt copioſus earum prouentus, quod mox ab abſterſione muliaroni rerum poſt vnum aut al[illegible]e-rum menſem in maiorem ſobolem prorumpant, calamitoſam non ſolum pueris, ſed & adultis vitam moltentes. Quapropter medicamentis ex *aloe* confectis vteris, ſi adultus ſit puer, vel bo[illegible]is ex *ſacchara roſaceo & rhabarbaro, aut aloe;* vel conficies decoctum ligat Guaiaci, & in eo extrahes cremorem *ſeminis cartami,* & ad purgandum præbeto, aut aquam ex *ſaccharo roſarum Perſicarum* extractam per colaturam cum forti expreſſione, vel in eadem aut decocto Guaiaci lauabis *rhabarbarũ* & eorabis p[illegible]tius ea[illegible]pa-re radicem mali, & fumiterram afferre: vel ſi adultus fuerit, maſticet rhabarbarum, aut pilulis vtatur ex *aloe rhabarbara, & agarico.* Quibus factis, vtendum eſt vehementioribus medicamentis, vt quæ extrinſe-cus adhibenda ſint: nam ad interiora, ſat eſt eſſe ea forte præcedentium. Quo caſu clyſmatis [illegible]ibus bottonibus & ſuppoſitoriis rem omnem agea: quare ex *muria* infunde, vel *abſynthy, calaminth, hyſſopi pu-legij chamæleontis, aut lupinorum* cum ſale aut melle & ſaccharo, quibus frequenter ſyringa an[illegible] [illegible]luere cur[illegible]bis: ſed maximi ſunt vſus præſertim in poeris, glandes ex *carnibus ſalita,* maxime po[illegible], add[illegible] o pul-uere *ſtercoris muris, ſalis gemma, agarici, vel aloes.* Præſtat & ſuppoſitorium ex caſeo veteri me[illegible] [illegible]llitum: poſtea vero pars roboranda eſt vino adſtringenti.

Sed per externa ventri, ventriculo & vmbilico multa ſolemus adhibere, quæ magni ſunt momẽ-ti, velut eſt quod recipit *olei abſinthy, mentha & amygdalarum amararum, ana* ℥ ß. *ſucci abſynthy, ruta ana* ℥ ij. *tormentilla, dictami albi cedoaria, ana* ʒ ß. *fellis bubuli* ʒ iij. *aloes* ℈ i. pulueri zentur, & [illegible] medica cera fiat vnguentum. Præſtat & inungere vmbilicum *alcanthum.* Sunt etiam qui modicum panis p[illegible]is ma-ne præbeant cum modico vino. Sic magni eſt momenti quod recipit *colocintidis* ℥ [illegible]tur, & cum

Lumbrici curandi & pellendi ratio.

Purgatio.

Lumbricos necantia pharmaca frigida.

Aſcarides quibus pellantur.

Vermes necantia pharmaca externa.

 felle

felle bouis, & vino imponantur [illegible]ico, quo & vermes interficiuntur, & veuret [illegible] tæſia & aliud quod recipit ſuc[illegible] *Perſicariæ* ℥ ſ. ex trahatur cum [illegible] & [illegible] *lupore* [illegible] *farinæ lupinorum.q.ſ.* vt fiat ad modum cataplaſmatis. Quod ſi [illegible] in pueris alu[illegible] flux[illegible] hoc vteris, q.r. *olei citoniorum* ℥. ß. *ſu[illegible] portulaca* ℥. [illegible] extrahatur cu[illegible] *aceto farina lent*[illegible] *cornu cerui vſti, ana* ℥ iiij. incorporentur ſimul, & cum pauc[illegible] ce[illegible] fia[illegible] nguentum [illegible] confectum ex *lupinorum farina cum hydromellite* decocta: e[illegible] am ex [illegible] eſt, [illegible] tur, vel melantio cum *lacte maherii, ſeu abſynthio aut abrotano* cum fi[illegible] ubus p[illegible] a[illegible] neficium præſtat aliud, q. t. *menthan, abſynthium, & Perſici folia* ſimul co[illegible] la, & *puluere, lupinorum farina, & mica panis toſti, cum aceto & aqua ro[illegible] acea*, medicame[illegible] oendum, quod eſt mirabilis efficaciæ. nam maxime ſi ad[illegible] deris puluere[illegible] *innamo*[illegible] ſtat noo minus id quod recipit *aloes, abſynthy, farinæ lupinorum, ſcriphy, melantiy, ana* ℥ [illegible] *q.ſ. fellis taurini aridi modicum*. leuigentur, & fiat ceratum.

Vermib. alui fluxum ſuperuenientem quibus curetur.

Clyſteria.

Inter alia vero quæ huic vſui probantur ab autoribus, clyſteria ſunt, velut ea [illegible] 9
rum, ſacchato & vitellis ouorum fiunt, quæ primo acceſſu iniicienda erunt, poſtea [illegible] *aloem, ſuccum abrotani, abſynthii aut* aliud amarum. Sed efficacius eſt id quod recip[illegible] *a*[illegible] *yni*[illegible] *norum, calaminti, florum chamameli, caulium rubi, pulegii, marrubii, ana m. ß. ſeminis coriandri prap. [illegible] ana* ʒ. ſ. fiat decoctio in aqua communi, cuius excipe li. 1. & adde *hierapicra* ℥ ß. *benedicta* ℥ [illegible] *thy & amygdalarum amararum & communis ana* ℥ ß. fiat clyſter. Sed expende, pueris non ita eſſe [illegible] um, ſicut adultioribus. Sed eis parari poteſt ex eiſdem in minori quantitate, & admiſtis quæ mo[illegible] temperent.

Lumbricorũ prouentus cũ febre quibus curentur.

Cæterum ſi cum febre lumbricorum prouentus complicetur, proculdubio ante auxiliare[illegible] nus conſiderandum erit, an febris ſit morb. per ſe, vel accidens lumbricorum, & materiæ eorum qu[illegible] ſi primum, omne curantis conſilium conuerti debet ad febris curationem, licet eis aliquid con[illegible]ed tur, dummodo ex eis ſint, quæ frigida eſſe diximus: ſi forte aliqua apparent lumbricorum acciden ſin aliter, febri ſolum prouidendum eſt. Hæc autem conficies ex ſemine *portulaca atriplicis, hypociſtidis, & plantaginis*, vel in puluerem redactis, vel *aqua graminis aut lupinorum decocto*, & potui datis, quæ febri non nocebunt, Item *portulaca & folia ſeris, & cichory, dentis leonis & acetoſa*, quæ coquantur in prædictis aqu[illegible]s; cuius decocti cum ſyrupo de *ſucco citri aut conſerua eius*, vtriq; affectioni maximum præſtabis iuuamentum: in reliquis vero febri proutdebis. Verum ſi febris accidens lumbricorum fuerit, miſtis auxiliis vo[illegible]ſis ex frigidis & calidis admiſtis, ea lege quam hucuſque docuimus.

Capvt XII.

De puerorum epilepſia.

ADEO accurate de puerorum epilepſia li. de curandis internis affection[illegible] 8
ſcripſimus, vt opus non videatur quid aliud addere, aut ſcribendo mutar[illegible]ed ne huic tractationi aliquid deeſſe videatur, decreui quæ pueris lactatio[illegible] pote, aut paulo poſt, ſi hoc affectu corripiantur, proficua eſſe poſſunt, [illegible] tum præcautionis, tum curationis gratia.

Epilepſia puerulis ſuccreſcit vna è quatuor cauſis.

In qua re præmittere oportet puerulis ſuccreſcere lactentibus, [illegible] & 8
ve[illegible] ſimul alio cibo vtentibus, vna ex quatuor cauſis & rationibus, nec non & [illegible]lis corporibus natu etiam maioribus, vt de puero epileptico & Gramm[illegible] latiſſime docuit Gal. *Prima* quidem fit lactis vitio ex nutrice: *ſecunda* ex [illegible] tiato, damno ventriculi: *tertia* lumbricorum conſenſu: & *quarta* ex toto corpore, aut parte al[illegible] male affecta, quod cum ab ipſa aliquid caput aſcendat, protinus epilepticam conciret acceſſi[illegible]ne & longe vehe[illegible]entiorem cæteris cauſis. Quibus accedit alia, quæ non eſt minoris momenti, [illegible] ua capitis di[illegible]poſitio contracta ex ſenſus natiua acrimonia & ſenſibilitate[illegible] & etiam ex facilitate [illegible]res ſuſcipiendi, cum diſcutiendi difficultate, & impotentia ſeu imbecillitate ipſius capitis: ſiue id [illegible] parentibus hæreditarium, ſiue per acquiſitam diſpoſitionem ab internis aut externis cauſis caput [illegible] eom appar[illegible]tum ſuſcipiendum praue diſponentibus. Succreſcit quidem is apparatus eo quo[illegible] paulatim & ſenſim acquiritur ex vaporibus, quæ caput ad id diſponunt, & præter id caput [illegible] vt cogant naturam co[illegible]itare epilepticam acceſſionem: quod etiam contingit, quia ex [illegible] put ſigillatur ea diſpoſi[illegible]ione, ita vt citra aliam præparationem ex prædictis epileptica acce[illegible] re[illegible]ſcat. Quo[illegible]ne hæred[illegible]arium malum, neq; in pueris, neq; in adultiorib. faciliter, ne[illegible] ſſibi[illegible]li[illegible] curatur: licet non ſit ita periculoſum, ſicut quod ex cauſis reliquis paulatim diſpon[illegible]us contrahitur. quod ſane licet curabile ſit, tamen ex ignoratione modi quo in capite efficitur, incurabi[illegible]us & [illegible]tius ac certius lethale efficitur, quia nobis deliteſcit & occultatur præparatio ad illum habitum: & [illegible] præſente acceſſione cogno[illegible]cimus, difficilime curatur, & (vt dictum eſt) citius intermit acceſſi[illegible]nu[illegible] frequentia. At iis q[illegible] hæreditarium patiuntur, non protinus & ſemper mortis periculu[illegible] ccre[illegible] dum adeo fr[illegible]te[illegible] fiunt acceſſiones, quod vires prorſus deiiciantur. At in pueris, in quibu[illegible] b[illegible] lum acq[illegible] at[illegible], & ad eum, apparatum ſibi comparant per dictam d[illegible]poſitionem [illegible] [illegible]e eſt no[illegible]e, q[illegible] naturæ & [illegible]nditionis prædictus habitualis apparat[illegible] quod noui[illegible] ag[illegible] [illegible]c[illegible] tea[illegible] ares manus, ſemper magni feci & [illegible]onſului. Proh[illegible] u[illegible]mm[illegible] alein [illegible] [illegible]oru[illegible] apparatus, ſeu capitis ep[illegible]eptica diſpoſi[illegible] con[illegible]act[illegible]

[illegible] paratus epilepticus & malum hæreditarium quid differunt.

Quippe certiſſimum eſt, in pueris ſic affectis ſæpe eſſe ſigna quædam leuia non admod[illegible] & à parentibus & nutrice no[illegible]rata, neque cur[illegible] animaduerſa, quæ ſi Me[illegible]cus [illegible] ac æſtimaſſet præcaut[illegible] hab[illegible]ta, facilius à morte immatura pueros erueret & præcaueret. Q[illegible]ap[illegible]pter [illegible] in parte huius rei [illegible]æ non admodum eſt conſpicua, aliquid ſcribere in[illegible]tui: ac poſtea e[illegible]pli[illegible]bo, qual[illegible]s nat[illegible]æ [illegible] [illegible]at [illegible] epilepticus, qui contrahitur & reſultat ea prædi[illegible]is cauſis d[illegible]ponen[illegible]ibus caput ad e[illegible] d[illegible]i[illegible]onem [illegible] & qualiter can[illegible] deinceps accedens epilep[illegible]a ac[illegible]ones conc[illegible]tet.

3 Apparent qui[illegible]em in his [illegible]i ad epilepſiam diſponuntur, vel frequentes & inſolitæ pandiculationes, [illegible]tationes, & ocu[illegible] atque palpebrarum leues mo[illegible]us, labiorum, ac manuum commotiones & brachiorum extenſiones, nec non & pauores ac tremores ſine cauſa, adeo breues, & qui adeo [illegible] tempore durant, quod neque percipi poſſint, niſi a diligenti & ſapientiſſimo Medico. *Diſpoſitionis ad epilepſiam ſigna.* Nam cum nut[illegible]ces, parentes aut aſſiſtentes conſpiciant, ea parum durare, & puerulum deinceps, vt de mo[illegible] habet, alacriter viuere, exiſtimant, ſymptomata illa nullius eſſe momenti, & parui f[illegible]iunt; quibus [illegible]abitus prauiſſimus in cerebro ob cauſæ ea mouentis vehementiam & poteſtatem, & copia vaporum & craſſorum ſuccorum ibidem congeſta epilepticas acceſſiones, eaſque cunctis grauiores accerſunt: quia qui ſic diſponuntur, ſenſim habent caput male affectum, adeo vt cum iam acceſſiones apparent, ea frequentia aut larga cuiuſque duratione, quam breuiſſime puerum interficiunt, Medicis credentibus, ab eo tempore quo vehementia acceſſionum apparuit, malum incepiſſe: cum longe antea malum fixionem in capite obtinuiſſet: quo fit, vt fruſtra tentatis omnibus aliis auxiliis, culpam mortis tegerunt in mali grauitatem & deprauatam naturam. Quod ſi cum caput præparatur (cauſis prædictorum accidentium, quæ primo acceſſu videbantur leuia) ad prædictum habitum & epilepticam diſpoſitionem, cognouiſſemus futurum malum, facilius & certius ac ſecurius res ſucceſſiſſet, & felicius prædicere & curare potuiſſemus: vt accidit infanti cuidam ex nobiliſſimis parentibus orto; qui cum à ſomno exurgeret, oſcitationibus plurimis & pandiculationibus, atque labiorum variis & conſiderabilibus motionibus premeretur, Medicis hæc omnia conſiderantibus, illi inſtituerunt *mel roſaceum ex aqua tiliæ, ceraſorum, & radicum peoniæ* confectum, & mutata nutrice, probe ſe geſſit, & protinus ſigna illa futuri mali deleuerunt. Contrario prorſus euentu contigit primogenito cuiuſdam Principis, qui cum his motibus premeretur, Medicis credentibus id de more habere, poſthabitis his ſignis, leuiter ſe in curatione geſſerunt, donec alter ſenior accedens, qui ſignis inſpectis, primo intuitu mali ſæuiſſimã naturam cognouit, ac mox dixit & prædixit periculũ; quod intra viginti & quatuor horas aduenieus, puerum interfecit paroxyſmis tribus, quorum tertius durauit ſpatio duodecim horarum, cui nullum præſidiorum aliud attulit ſubſidium, quam crudeli curatione ipſum grauiter moleſtare, ne dicam citius interficere.

4 Quibus enim ſignis & cauſis ſenſim & paulatim diſpoſito capite, contingit non tam ita pueros ex vna ſolum acceſſione (maxime ſi diu durauerit) habitum contraxiſſe, ob paratiſſimam illam diſpoſitionem, diu & ſenſim contractam, quod fidendum non ſit, ſed mox oporteat maioribus vti præſidiis; namq; habitus ille non ea ſola illa acceſſione, ſed ex præmiſſis præparationibus generata & iam radicata fuit. Sed vt quis, qualiſq; ſit is habitus, qui ex vna longiuſcula, aut ex pluribus acceſſionibus, vel à genitoribus impreſſus ſit, aperte cognoſcas, decreui, tanquam ſummopere neceſſarium (tum ad eſſentiam huius mali, tum ad veram & legitimam eius cognitionem & curationem adipiſcendam) exacte monſtrare, *quanam cauſa ſit, & quiſnam modus, quo epilepticus apparatus in cerebro conſtituitur: & quis vere ſit ut epilepticus apparatus qui accedente cauſa aliunde, epilepticam concitet acceſſionem.* Namque aliud eſt, caput diſponi ad ſuſcipiendum hunc apparatum, & longe aliud, caput habere impreſſum [illegible]alem apparatum & ſortitum iam rationem habitus & morbi epileptici, & non diſpoſitionis, cuius nuper memini[illegible]us. Sed hoc iam monſtrare aggredior.

